


Hobart 25

16-a-17 B3



0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20

16-166

A-3

166

de R. de la Congr. de Sanx de Granada R. 4672

# VOTVM PLATONIS.

DE  
IUSTO EXAMINE DOCTRINARVM;  
& de earum probabilitate; & de primis  
instantijs, & alijs recursibus, præ-  
fertim in causis Fidei.

## COLLECTVM,


Ex publicæ luci datum, opera, & expensis Do-  
ctoris Icannis Autosij de Saura, oppidi de  
Morella, Dicæcis Dertus. Commissarij  
Sanctæ Inquisitionis Toletanæ.

A.D. SVPREMV M SANCTÆ  
generalis Inquisitionis Senatum.

Comprobato. el d<sup>o</sup> 22 de Mayo 1672  
CVM PRIVILEGIO.

Cæsar-augustæ. Apud Petrum Verges.

M. DC. XXXIX.



i 153286.7x  
Damos licencia se pueda imprimir. En Zaragoza 6. de Março 1639.

El Dotor Esmin Vir. Gén.

## APPROBATIO.

MVRAR CIRCAE TULMATE OPE  
**E**xaminis de *Votum Platonis* hoc Platonis, id est, de examinò iusto propositione; & de primis instantijs, maxime in causis Fidei, quod & ego praefiti labens: iam enim pridem habui in votis Votum hoc Platonis; & ita me voti compotem fecit, ut superanterit, & minus mente finxi, quam quod diuinus ille Pldto perfecit. En prodit in lucem iterum, et hunc iam ante in alijs Regnis in veritatem confirmatum votum Platonis, tanquam Lydius lapis utilissimus sacrae Fidei Censoribus: ut muneri tanto valent satisfacere, & ut illud nocturna versent manu, versent diurna. Labor improbus, & Praeolo multo, & Doctore exigio, sapientia referto, & de Fide benemerito, lieet delitescente sub modo dignus, agendae gratiae. Doctori Iuan Antonio de Saura Toletana Inquisitionis colligenti Commissario, magna fateor; sed maiores Auctori: at Signemo Fidei Hispaniarum Senatui, cui in primo Praeolo dicatus, maxima. Quibus omnibus debitores sumus cuncti. Votum hoc meum de voto Platonis huius profero, tanquam de forcipe aureo, de auro mundissimo veri & gloriosi. In Collegio Caſar-augustano Societatis Iesu, die 13. Martij, 1639.

Hieronymus Villanoua Societatis Iesu, apud Sacre Fidei Illustrissimum, & exquisitissimum Tribunal Aragonum Propositionum Censor.

DON

ON Felipe, por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusalen, &c.


ON Pedro Pablo Fernandez de Heredia y Vrrea, Caballero mesnadero, del Consejo de su Magestad, su Gobernador, y Teniente de Capitan General en el presente Reyno de Aragon, y Presidente en la Real Audiencia del. Por tenor de los presentes, de nuestra cierta ciencia, y por la Real autoridad, de que vamos deliberadamente, y consulta, en nombre de su Magestad, damos licencia, permiso, y facultad a Roberto Duport, mercader de libros, vecino de la presente ciudad, para que por tiempo de diez años contaderos de la data de las presentes en adelante, pueda imprimir, y vender, y hacer imprimir, y vender en el presente Reyno de Aragon, y en qualquiera parte del, un libro intitulado, *Votum Platonis. de iusto examine doctrinarum & de earum probabilitate, & de primis instantijs. Qua procerisibus, praesertim in causis Fidei, collectum ex variis operis calis*, compuesto por el Dotor Iuan Antonio de Saura, natural de la villa de Morella, Diocesis de Teruel, Comisario de la Santa Inquisicion de Toledo, sin incurrir por ello en pena alguna, por quanto tiene la misma licencia, y aprobacion del Ordinario desta ciudad, y Diocesis de Zaragoza, y que auiendo mandado veer, y reconocer, no se ha hallado en el cosa contra nuestra santa Fe Catolica, y buenas costumbres. Prohibiendo, como prohibimos, que durante el sobredicho tiempo, ninguna otra persona lo pueda imprimir sin licencia de su Magestad, nuestra, & del que presidiere en la Real Audiencia del presente Reyno, so pena de mil florines de oro de Aragon, a sus Reales Cofres aplicaderos, y de que tengan perdidos los moldes de la impression, y los libros que se huieren impreso. Por lo qual ordenamos, y mandamos a todos los Ministros de su Magestad, mayores, y menores, en el presente Reyno de Aragon constituydos, y constituyderos, y otras qualquere personas sujetas a nuestra jurisdicion, que lo sobredicho obseruen, cumplan, y guarden,

den, sin poner en ello estoruo, ni dificultad alguna al dicho Roberto Duport, o aquien su poder tuviere, si la gracia de su Magestad les es cara, y demas de su ira, e indignacion, en las penas arriba dichas, y otras a nuestro arbitrio referuadas desean no incurrir. Y assi mismo mandamos, que la presente licencia vaya impressa en el principio de cada volumen de los que se imprimieren. En testimonio de lo qual mandamos despachar las presentes en la forma acostumbrada, y selladas con el sello comun de su Magestad. Dat.en Zaragoza, a xviii. de Março, M.DC.XXXVIII.

*El Gouvernador de Aragon.*

*V.Hortigas Alless.*

*Dominus Regens Generalis Gubernationis mandauit  
michi Balthasar de Robres, & Loflla, visa per Hor-  
tigas ordinarium Allessorem.*



# SANCTO SVPREMO GENERA- lis Inquisitionis Hispanie Senatui.

*D. IOANNES ANTONIVS SAVRA.*



OTVM Platonis id est, quod ipse Doctrinarum examen, & nationalium iudicium, potestatemque fréquenter scriptis monumentis desideravit, id in unum codicem, ex alienis lucubrationibus, partim manuscriptis, partim præexcussis, collectum, forte ad manus meas peruenit; quod iterum atque iterum legens, & perlegens, dignum existimati ne tantus labor, & tanta eruditione refertus, sub terebris delitesceret, Dialogo 3. de Republica, vel iusto, sic ait: *No non turpe videatur,*

etur, & mala educationis magna conjectura, vt cogamur ob proprias virtutis inopiam iustitia vti externa, ab alijs videlicet tanquam dominis, & iudicibus iuste operari compulsi. Omnia profecto turpisimum. Hanc Platonis mentem, & votū, sēp̄ in ipsius scriptis repetita plura Conciliorum, & Pontificium decreta in hoc opere alleganda sua praxi comprobauerunt. Idem in Protagora, vel Sophista plura dicit, pro debito examine doctrinarum, illisque attentè iuxta suos gradus discernendis: *Longe (inquit) grauius periculum est in discipulis, quam in cibis emendis.* Etenim qui esculenta emit, & poculent, potest antequam ijs vescatur, in alijs quibz fidam vasculis illi a domum referre, ibique deposita diligenter examinare, & adiuvato aliquo istarum rerum perito. &c. Ideò sēp̄ hoc votum exprimit, vt quis cuiusque doctrine valor sit innocentiar, quod nos pro disciplina Christiana, tractatu de examine doctrinarum præstare curauimus. Hoc opus sub eadē verborū serie, qua ab alio mihi traditū est decreui publi ex luci meis expensis dare, vestra que Celsitudini dicare, vt ex illustri gloria vestra quasi à nouo Sole colluceat, & vibret. Hec monumenta in Christiani orbis quasi theatrum daturus, nec potui, nec debui alium adire Principem, præter Celsitudinem vestram, cui argumentum addictum, & inscriptum de examine doctrinarum, de earum probabilitate, de iurisdictione ordinaria, & extraordinaria in causis fidei, de nonnullis propositionibus in tabulas recitationē solūm, & examinationē digestis, singulari iure vestrae Celsitudini debetur. Vrget me etiam alterum grati animi, memoriisque nomen; quoniam tametsi indignus, ad gremium sancte Inquisitionis, ex officio, debito que pertineo, vt hoc quidquid est muneris, non officij sit, sed penē necessitatis, & obligationis sempiteris. Quoniam vero nihil Celsitudini vestrae dicari oportebat, quod non doctissimorum virorum examine fuisset discussum, & approbatum, ideò ante euulgationem volui doctissimorum innumeras subscriptiones, & approbationes præcedere, vestrae Celsitudini originaliter exhibendas. Hoc vtique votum Platonis sapientissimi viti approbauerunt: referam ex duabus solim Hispaniaz vrbibus, Magistros, & Doctores nonnullos. Ex commissione Doctoris Ludosci

Toral, Pronotris, & Generalis Vicarij in Diœcesi Salmanticensi, examinarunt, probaruntque opus hoc Magister Angelus Maurique, Lector primarius facultatis Theologicæ, in Academia Salmanticensi, ex ordine Cisterciensi, Magister Petrus Ouedo, eiusdem professionis. Abbas Collegij eiusdem Academie; Doctor Martinus Lopez de Hontueros, Decretorum Cathedraticus, Doctor Franciscus de Roldi, Cathedraticus Vespertinus iuris Canonici; Petrus Puentehurtado de Mendoça, primarius Societatis Iesu Lector in eadem Academia; ex aliarum Academiarum doctissimis viris, similiter approbationes, & subscriptiones emanarunt: que omnes, & singulæ ad verbum propter iustas causas proponentur in libro de probabilitate multiplici opinionum, in primis priuata ad conscientiæ forum pertinente; deinde publica; tertio judiciali; quartò politica; quintò de probabilitate inchoata, & in fieri; sexto de probabilitate consummata in facto esse; septimo de probabilitate in subitis casibus postulantibus presentaneam executionem; octauo de probabilitate in extrema necessitate, nonò de probabilitate secundum quid; decimò de probabilitate dubia: quarum singulæ species valde diuersa exigunt fundamenta. Nihilominus ex ianuæ approbationibus voti Platonis, in libro de probabilitatibus, vestrae Celsitudini dicando apponendis, referam nonullas, ex vñica vrbe Cordubensi. Tubente, & committente D. Dominico Garcia Alvarez de Benavides, Pronotore, & Vicario Generali eiusdem Diœcesis, examinavit, probauitque ex Iesuitis, Alfonsus Fernandez de Cordona. Examinate utero, & approbarunt, ex Augustinianis, Andreas de Cordona, Magister in Theologia, & functus officio Provincialis; ex Ordine Sanctissimæ Trinitatis, Petrus de Torres, Magister in sacra Theologia, & Minister in Conuentu Cordubensi; ex Ordine sancte Mariæ de Mercede, Ludouicus Mendez de Sotomayor, & Petrus Cangos Ahumada, Studiorum eiusdem familie Regentes, Michael de Alcantara, Lector Theologiz: ex Ordine Minimorum sancti Francisci de Paula, Ioannes Franco, Lector Theologiz, & Minister Provincialis. Ex secularibus Doctor Michael del Agui-

Ia, Doctor Ferdinandus Rodriguez Yanez, Doctor Petrus Monterus Aguayo, Licentiatus Ioannes Ildefonsus de Vi- des, Licentiatus Alphonsus Rodriguez de Villarteal, Li- centiatus Martinus de Torres Horum omnium, & plu- rium aliorum Doctorum ex plurimis alijs Academijs, & sa- cris Ordinibus plurium verbium, & Provinciarum in præmis- so tractatu de multiplici probabilitate ad verbum propo- nentur. Deus Celsitudinem vestram, quod Hispa- nia, & vniuersæ Ecclesiæ vota deside- rant, in perpetuum augeat, & fortunet.

## EL REY.

Por quanto por parte de vos Pedro Ciello, mer- ader de libros, vecino de la villa de Madrid, nos fue fecha relacion, que en el nuestro Reyno de Aragon, se auia impreso el libro de que ante los del nuestro Consiljio fue hecho la presentacion, intitulado: *Votis Platoni*, de examine propositionum. Compuesto por el Doctor Juan Antonio Saura: el qual dicho libro, por ser muy util y provechoso, nos pedistes, y suplicastes, os mandassemos dar licencia para le poder meter en estos nuestros Reynos, y venderle en ellos, ó como la nuestra merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro Consiljio, y como en el dicho libro se hizieron las diligencias que la prematica por nos ultimamente fecha sobre la im- presion de los libros, dispone, fue acordado que devia- mos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la di- charazon, e nos lo tuviimos por bien. Por lo qual os da- mos licencia y facultad, para que por una vez podais entrar, y meter en estos nuestros Reynos, y vender en ellos los dichos libros que de suyo se haze mencion, sin por ello incurrir en pena alguna, no embargante que se ayan impreso en el dicho nuestro Reyno de Aragon, y las leyes y prematicas que lo prohiben, que para en quanto a esto por esta vez dispensamos, quedando en su fuerza y vigor para en lo demas. Con que los que asy se ven- dieren aya de ser y feas, al precio que por los del nuestro

Consejo se cassare: la qual dicha tassa se aya de poner, y  
ponga al principio de cada uno de los dichos libros, y  
no se ha de poder vender, ni venga de otra manera.  
Dada en Madrid a veinte y ocho dias del mes de  
Mayo de mil y sesientos y treinta y nueve años.

## YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Antonio Aloffa Rodarte.

Secretario Miguel Fernandez.

---

Cometióse por los señores del Consejo, para examinarse este libro, al Padre Diego Ramirez Faññas, de la Compañía de Iesús, Predicador de su Magestad, y Calificador de la Suprema, que le aprouó.

---

## Suma de la Tassa.

E stà tassado por los señores del Consejo a cinco maravedis, como mas largamente conita de su original.

# INDEX RERVM quaे in hoc opere tra- ctantur.

*Non est opus Alphabetico indice pro hoc opere, sufficit  
breuissimè seriem capitum exponere, cum nulla fiat  
digressio ad tractationes alias.*

## I N D I C E P R O L O G O.

**P**räludium primum. De more scribendi  
recitatiuè, inquisitiuè, dubitatiuè, ex-  
aminatiuè, conjecturaliter, fol. 1.

Præludium secundum. An prædictus modus  
scribendi sit obnoxius censuræ Theologi-  
cæ, fol. 4.

Præludium tertium. An probabiles illationes  
ex Scriptura, Concilijs, &c. Decretalibus,  
sufficient ad censuram Theologicam inferē-  
dam, fol. 5.

Præludium quartum. De necessarijs ad inferē-  
dam notam hæresis, vel erroris, fol. 5.

Præludium quintum. De eadem thesi, &c de ne-  
cessarijs, vt doctrina sit periculosa in fide, &  
sapientia hæresim eamque redolens, fol. 9.

Præludium sextum. De necessarijs vt doctrina  
aliqua, sit male sonans, vel piarum aurium  
offen-

offensiua, vel scandalosa, fol. 13.

Præludium septimum. De necessarijs ad probandum doctrinam aliquam esse temerariā, aut improbabilem, fol. 15.

Præludium octavum. De necessarijs ad probandum doctrinam aliquam esse indecentem. Ibidem appendix de moderatione in adhibendis censuris Theologicis, fol. 18.

Præludium nonum. De locis ex quibus conciliatur probabilitas opinionum. Primo, de proprio loco probabili ex Patribus. Secundo, ex Scholasticis. Tertio, ex Scholastica historia. Quartio, de locis extraneis ex auctoritate Iurisperitorum: ex ratione naturali, ex historia prophana, f. 21. & duodecim seqq.

*In tractatu de examine doctrinarum.*

**S**Ylua locorum de Patribus, Scholasticis, & Doctoribus scribentibus, sine assensu, aut per condescendentiam, &c. & conclusiones vnde deductæ, Caput 1. & 2. à fol. 1. usque ad 7.

De fallis allegationibus, & corruptela libro nū. Cap. 3 fol. 8.

Quod in pluribus controversijs solum ex conjecturis præstetur assensus. Cap. 4 fol. 11.

De examine doctrinae damnabilis, & expurgabili in genere. Cap. 5. fol. 13.

D:

De hæreticis propositionibus, erroneis, sapientibus hæresim, suspectis, male sonantibus.

Cap. 6. fol. 14.

De seditionis, schismaticis, iniuriosis, maledicis, contumeliosis. Cap. 7. fol. 16.

De acerbis, & infamatorijs clausulis historico-rum, maximè in Principes. Cap. 8. fol. 19.

De propositionibus impijs, contra Principes, & personas Ecclesiasticas, & de illutorijs iurisdictionis Ecclesiasticae. Cap. 9. fol. 21.

De insanis, simplicium mentium seductiuis, puritatis fidei denigratiuis, & apocryphis. Caput 10. fol. 26.

De ducentibus ad viam latam, de auersiuis à fide suscipienda, de scrupulosis, sed anxijs, de difficultibus, & obscuris in thesi graui. Cap. 11. fol. 31.

De propositionibus præsumptuosis, & irrationabilibus. Cap. 12. fol. 34.

De periculis in fide, superstitionis, temerarijs, periculis in moribus. Cap. 13. fol. 37.

De irreuerentibus, miscentibus sacra profanis, euersiuis Regorum, decoloratiuis Ecclesiarum, laudantibus personas, aut gesta hæreticorum. Cap. 14. fol. 39.

De propositionibus acerbè, & satyricè, è pulpite prædicatis. Cap. 15. fol. 43.

De coquitationibus necessarijs ad probandum

VII

verbales propositiones, è pulpito prædicatoris, & de retractatione facienda, & alijs, Caput 16. fol. 49.

De notis propositionum, quæ censuram non merentur. Cap. 17. fol. 53.

In contiouersijs de rebus merè naturalibus, an consensus Doctorum damnabiles propositiones reddere possit. Cap. 18. fol. 57.

Principia, & regulæ ad iustâ censurâ. C. 19. f. 38.

Quibus, & quando, & sub quibus conditionibus examen doctrinarum committi debeat. Cap. 20. fol. 61.

An maior pars suffragiorum sufficiat ad condemnationem doctrinarum. Cap. 21. fol. 67.

De audientia debita Doctoribus. Cap. 22. f. 70.

Quam partē habent seculares in examine consultuo doctrinarum nō judiciali, C. 23. f. 73.

De numero propositionum damnabilium. Cap. 24. fol. 79.

*In tractatu de primis instantijs, & alijs recursibus,  
maxime in causis fidei.*

**D**E Decretis Pontificum, & Conciliorū, circa primas instantias. Cap. 1. fol. 81.  
An p. i ne instantiae in causis fidei auctoritate queant Cap. 2. fol. 84.

De legibus Ph. lippi II. circa præmissa, C. 3 fo.

Vtrum in iis aliquid habeat singulare Inquisitio Hispana. Cap. 4. fol. 87.

De literis quibuidam Apostolicis circa præmissa. Cap. 5. fol. 88.

Decreta, & gesta nonnulla Regum circa præmissa. Cap. 6. fol. 90.

De quibusdam literis Apostolicis circa appellations in causis fidei. Cap. 7. fol. 92.

De remissionibus, maximè in causis fidei. Caput 8. 9. 10. 11. 12. à fol. 84. usque ad 107.

Quo titulo, & iure examen, & detentio literarum Apostolicarum præstetur à nonnullis secularibus. Cap. viii. fol. 104. usque ad finem.  
Prima via ex debita consultatione. Secunda, ex D. Bonau. Tertia, ex correptione fraterna executiva impeditiva culpæ. Quarta, ex titulo Patris extraordinarij. Quinta, ex unitate corporis Ecclesiæ. Sexta, ex Ep. iij K. ia. Septima, ex titulo protectorio. Octaua & nona, ex duabus alijs vijs opinandi. Decima, ex auxilio debito oppressis.

In fine de regula quinta & nona Expurgatorij, circa non celandum numen Authoris, & Typographiæ.

PROLOGVS A D OPVS NOVEM  
Præludijs constans.

**C**V M Anno 1635. de quibusdam propositionibus lis-  
versaretur, earum Author sequentia præudie man-  
data præ o exposuit, ut iuxta leges in illi possit ipsius  
doctrinæ examinaretur. Quoniam vero ea m-  
pertractauit, opusculo de examine doctrinæ omnium verò.  
que in ijs præludijs dixerat supposuit, & sum mibi est ante  
summariam collectionem l. eo Prologi bæc præli dia colloca-  
re, que censurarum gradus, & implexas earum distinctiones,  
& separationes, & leges pro ipsis requisitas expendit. Nihil  
in hac re ab eo factum dictumvè est, quod non ex communissima  
Theologorum sententia ortum habeat. Omitto alios ex-  
traordinarios gradus, & nomina censurarum, que ab ipso ex-  
iudicij Ecclesiæ compilantur, quia facilè ad subiectendas spe-  
cies referuntur: verbi gratia: Gregorius XII. anno 1376.  
quendam intitulam Ecclesiasticum inquisitum, & accusatiō  
de heresi Romæ abjurare, die Sabbati decima quarta mensis  
Aprilis, ut vobementer suspectum de heresi præcepit: primò  
quod super articulis ab Ecclesia diffiqutis valde defectiū è, &  
ambiguae loqui videretur: deinde, quod de sumptionibus, defini-  
tionibus, divisionibus, phrasibus, & locutionibus hereticis  
vñus fuisset: similiter quo afferata Innocentius VII. retracta-  
re iussit Picum Mirandulanum, alijs etiam censurarum vo-  
cabulis declarantur, verum tam he quam aliae diuerse  
voce, & nomina graduum aut in subiecten-  
dis continentur, aut ad subiecten-  
da reducuntur.

Biblio. H. D. L. de loro et ambo. T. Granat. 1675  
P R A E L V D I V M  
P R I M V M.

Modus scribendi recitatiōne, inquisitiōne, dubitatiōne,  
examinatiōne, presumptiōne, suspiciatiōne, coniecturali-  
tate, frequens apud Philosophos, Patres,  
& Scholasticos.

**H**Aec veritatem innumeris testimonij, & exemplis  
probat Saura de examine doctrinarum, cap. 1. & 2.  
Ego nunc ex Aristotele, & Augustino summis Phi-  
losophiæ, & Theologie parentibus, & principibus  
evidenter eandem veritatem sancio. Horum exempla irre-  
fragabiles defensiones sunt plurim, quæ in ijs sex partibus  
summarijs tabularum de B. Virgine, aut recitatiōne, aut in-  
quisitiōne, aut dubitatiōne, aut examinatiōne producuntur.

Omitto exempla Philosophorum Scepticorum, siue  
Epheticorum, qui de singulis controvēsijs nihil affirmab-  
ant, sed dubitatiōne solum procedebant, quales fuere noti  
Academici, quorum autor Lacydes, & Cyrenaici, quorum  
dux erat Aristippus Cyrenæus, immo & Socrates ipse, vt qui-  
dam aiunt. De Discipulis Arcesilai, & Pyrrhoijs, de nouis,  
& medijs Academicis certum est nihil ferè assertiōne, sed om-  
nia, aut pleraque dubitatiōne scripsisse. Referam solum exem-  
pla Philosophorum, quos Dogmaticos appellant, quia de  
rebus affirmant, certaque documenta constituunt, vt Plato,  
Zeno, Aristoteles, aliquique quamplurimi. Quoniam verò om-  
nis ferè Christianorum Philosophia hoc tempore vnius Aristotelis sapientia, decretis, & institutionibus innititur, ex  
illo dumtaxat adducemus testimonia, & exempla.

Liber prob' ematum Aristotelis in sectiones triginta  
octo distributus est, de morbis, causis morborum, sudore,  
vino, venere, labore, sessione, sympathia, rigore, vi-  
bribus, cicatricibus, affectionibus hominum, & anima-  
lium, de voce, sono, odoribus, regionibus, Sole, Luna,  
ymbris, affectionibus quibusdam rerum inanimatarum,

& ina-

& animatarum, literarum studio, musica, stirpibus, farina, fructibus, mari, aqua salsa, calido, aere, ventis, metu, fortitudine, temperantia, iustitia, prudentia, intelligentia, sapientia, oculis, auribus, sternutatione, dentibus, lingua, ore, tanguitu, facie, toto corpore, & coloribus, quos mare, & sol immutant: singulæ ex ijs triginta & octo sectionibus in plures alias questiones diuiduntur. In nulla definit quid dicendum sit, sed potius vult alijs decernendi potestatem relinquere, ipse sola dubitatione contentus, ut propterea libro affixerit titulum Problematum: ergo hæc tractationis ratio inquisitiua, dubitatiua, examinatiua, absque resolutione summi Philosophi exemplo commendatur; nec damnandus est, qui sepiùs in rebus obscuris simili exemplo plura conscriberet.

In libris physicis, metaphysicis, & politicis frequenter vritur Aristoteles vocibus ambiguis, & timidis, quæ extreum iudicium, aut firmam sententiam sibi non inesse declarant; fortasse, an, quasi, tanquam, est autem quod sit, rationabile videtur: quæ voces suspensum, pauidum, dubitatium animum ostendunt.

Libro 2. de cœlo air interdum sibi sufficere ad scribendum, Ægyptiorum, & Babyloniorum credulitates; quod, ut expendit Scotus in 4. dist. 43. quest. 2. allegans prædictum locum Aristotelis, frequens est Philosophis.

Proœmio libri Meteororum, diffidentiam, & dubitationem suam in plerisque à se tractandis per quatuor libros Meteororum, ijs verbis declarat; *In ijs aliqua dubitamus, aliqua quodammodo tangimus: & paulo ante; Pertransentes autem de ijs speculabimur, si quid possimus.*

Idem Aristoteles scripsit libros nonnullos externos, circulares, & figuratos de rebus communibus, & facilitioribus: idcirco non adeò exquisita, & exacta methodo euulgavit, quia ita expediret, quod hominum circulis, & multitudini accommodarentur. Huius generis sunt volumina de historia, & generatione animalium, de Rhetorica, de Arte Poetica, de mirabilibus auditionibus, de virtutibus, & vitijs, & consimiles. In ijs interdum altiori stylo procedens scientifica documenta continet, se piissimè tum historias, tum alias doctrinas philosophicas more populari tractat, recitatiue dumtaxat loquens, vel dubitatiue, vel ex aliorum credalitate.

Plura exempla ex Aristotele producere potuisse; sed hæc sufficiunt: superest de S. Augustino tractare, cui hæc forma scribendi valde fuit vsitata.

Scripsit libros duodecim de Genesi ad literam, contientes tercentum, & quadraginta nouem capita, de quibus lib. 2. retractationum cap. 24. sic ipse loquitur: *In hoc opere plura quæsita, quam inuenta sunt; pauciora firmata; cetera vero ita posita, velut adhuc requirenda. Licebit igitur hanc modestiam Augustini imitari. Quod si ille plusquam ducen- tis quinquaginta capitibus nihil dicit assertiuè, sed dubitatiue, inquisitiue, examinatiue absque nota; licuit Neoterico cvidam in multo maiori volumine per sexaginta: solum ca- pita similiter scribere.*

Idem Augustinus libros triginta tres scripsit contra Faustum Manicheum, de quibus ex verbis ipsius Augustini sic refert Ioannes Turrecremata dist. 15. §. *Ad quartum. Præterea ipse Augustinus contra Faustum loquens, sunt in- quiri libri, qui non præcipientis autoritate, sed perscientis exercitatione adducuntur à nobis. Allegat Turrecremata pro eodem instituto Anselmum, & plures alios potuisse allegare; nos tamen nunc solum utimur documentis Augustini. In quo, si non damnatur modus scribendi inquisitiuus, & dubitatiuus, per plura capita librorum triginta trium, non erit condemnanda eadem forma tractandi in multo minori numero questionum multo maioris voluminis...*

Idem præstat S. Augustinus in libris de libero arbitrio, ut ipse facetur lib. 1. retractationum, cap. 9. ijs verbis; *In ijs libris ita multa disserta sunt, ut incidentes nonnullæ que- stiones, quas vel enodare non poteram, vel longam sermocina- tiinem in præsenti requirebant, ita differuntur, ut ex utra- que parte, vel ex omnibus earundem questionum partibus, in quibus non apparebit quid potius congrueret veritati, ad hoc & me ratiocinatio nostra concluderetur, ut quodlibet eorum verum esset, laudandus crederetur, vel etiam offendetur Deus.*

Idem Augustinus in quatuor libris de animæ origine tractat illam questionem, an anima rationalis immediate creetur à Deo, an vero ad eius productionem concurrat etiam cum Deo virtus seminis, & potentum: pro qua poste- riore parte, sicut toto libro 10. de Genesi ad literam, multa con-

concessit argumentā, quæ non soluit, sed rem totam alijs perpendendam relinquit, ita se gerit in libris prædictis de animæ origine, lib. 4. cap. 2. hec ait. De origine animalium, quæ post primum hominem date sunt, vel dantur hominibus, non sum ausus aliquid definire, quia fatoe me nescire: & lib. 2. retractationum, cap. 56. de ijs libris hec scribit: In ijs autem omnibus, in quibus multa necessaria differuntur definitione originis animalium, quæ singulis hominibus dentur, cunctationem missim. Similiter procedit epist. 28. ad Hieronymum, & epist. 156.

Idem S. Augustinus novam innenit sententiam circa septem dies enumeratos à Moysè initio Genesim, quos non temporis duratione, sed solum secundum differentiam cognitionis Angelicæ distinguendos ipse disputauit, nullibi soluendo argumenta, quæ pro illa sententia attulit. In lib. 1. & 4. & 5. de Genesi ad literam, & lib. 11. de cinit. Dei, cap. 7. & 29. cùm timen libro illo 1. cap. 8. & 20. & super imperfetum cap. 1. & 2. & alibi profiteatur se in ea re nihil definire.

Eodem modo disputauit illam questionem, an oculus corporeus possit spiritualiter, ut ipse ait, eleuari ad videntiam diuinam essentiam: in qua questione profitetur se nihil velle definire. Videatur lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. 22. & epistola 111. Nemo tamen haec tenus formam hanc scribendi damnauit in Augustino. Turrecremata in distinctione 9. cap. Ego solis, hec ut certissima statuit. Quintuplices modus reperitur, quibus sancti Doctores fuisse loquitos expermar: unus est inquisitius, scilicet disputando; secundus est reprobatus, scilicet aliorum opiniones reprobando; tertius recitatius, opiniones aliorum recitando; quartus est retractarius, ut Augustini in libro retractationum; quintus est assertius. ut cùm aliquid diffinitè afferunt, vel affirmant aliquid: hanc veritatem illustrat argumentis, & exemplis. Modus igitur recitatius, inquisitius, dubitatiū scribendi familiaris est Augustini, & Patribus: nec ullum incommodum est, quod in ijs tabulis plura inquisitiū, examinatiū, dubitatiū, recitatius proponantur. Hoc sane consilio Doctor Antonius Saura, in tractatu de primis instantijs, & remissionibus, etiam probabiles opiniones in materijs iurisdictio-

dictionibus aut recitatius, aut examinatiū, aut suspensiū proposuit, ut ex earum recitatione, & examine ceteri diligentius, & vtherius questiones penetrarent: interdum in rebus latissimis, & Apostolicarum literarum, & Conciliarum approbatione munitis, ipse sola fuit recitatione contentus.

Prædicta doctrina alia via confirmanda est, simulque declarande particulae nonnullæ, quæ dubiam, & vacillantem sententiam consignant.

Primo, quoties Doctores suam mentem exprimunt per verbum *videtur*, nihil enuntiant assertiū, sed dubitatiū; aut examinatiū tantum proponunt, ut ait Cano libro octavo cap. 5. & suadetur ex l. 2. ff. de pastis, l. si Chirographum, & l. qui testamentum, in fine, ff. de probationibus.

Secundo, quæ dicuntur per verbum *arbitror*, dubitatiū solum scribuntur, aut declarantur, id est conjecturaliter, aut præsumptiū, absque illa assertione, ex l. si hominem in principio, ff. depositum, ideo Plautus in Pœn. Perij certo, band arbitrio, id est non dubiè: Tullius de Diuinatione, ut vacillantem se ostenderet, ait: *Hæc, ut ego. arbitror, veteres rerum magis euentis moniti, quam ratione docti probauere.*

Tertio dubitantem animum ostendunt quæ efferuntur verbis *existimo*, aut *existimabo*, iuxta l. Diuus, ff. de in integ. restit. vbi glossa in verb. existimari, & ibi Bartholus num. 3. ita expressè Tullius lib. de Oratore; *Potius acturos et existimatores videamus loqui, non magistris*; quia docens ut magister, constanter loquitur; existimator, timidè solam, & ut ipse putat, & existimat.

Quartò, verba illa, & nomina, quibus dicunt se conjectare, præsumere, duci conjecturis signis, aut præsumptionibus, manifestè declarant non eos assertiū loqui, sed dubitatiū, aut timidè. Sic habetur l. vñica, vbi glossa, ff. si tab. testam. nullæ ex tab. l. cum annis, vbi Socinus num. 70. ff. de condit. & demon. & sic loquitur Vlpianus, cùm aliquid non auderet affirmare, ut in l. Quod si nolit, §. qui mancipia, ff. de ædil. edict.

Quintò, verba illa, quibus Autores dicunt se credere, aut credulitate duci, aut credibiliter loqui in ijs, quæ ad religionē Cathol. non pertinent, exprimunt se dubios esse, aut vacil-

vacillanter aliquid proponere. Ita Curtius Junior conf. 4. num. 15. versic. ex præmissis; Imola in l. 1. 15. sed si ex fundo; & probatur ex l. consciuntur in principio, ff. de iure codic. Ipse Aristoteles lib. 2. de cœlo, cùm ait se duci credulitatibus Ægyptiorum, & Babyloniorum, monstrat se loqui dubitatiuè.

Sextò, verba illa, quibus Doctores aiunt se intelligere, vel animo concipere, declarant se nihil afferere, sed dubitare, aut per suspiciones, & præsumptiones in partem aliquam inclinare absque villo assensu. Sic Aretinus in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. substic. Albericus in suo dictionario, verbo videtur, & probatur ex l. si patres familias Titium, ff. de hered. in ita iusta lege cùm proponis, C. eodem. Nam ijs locutionibus docent se priuatum sensum, & intelligentiam cum timore proponere.

Septimiò particulæ formidolose, an, forsan, fortassis, & similes aliae ostendunt, nihil dici ab Autoribus assertiuè, sed dubitanter: quod Aristoteli valde esse familiare diximus suprà, & res est certa, atque perspicua.

Otago, verba quæ per subiunctivum exponunt proprium sensum, qualia sunt, dicerem, affirmarem, indicarem, cùm non absolute propositionem enuntient, & formidolosum animum declarant, non habent vim afferendi, nec opinandi, vt notum est: nam quemadmodum verbum vellem, non habet voluntatis consentanea, sic nec verbum dicerem, aut affirmarem habet intellectus consensum.

Nono, cùm in operis, aut tractatus initio, progressu, aut fine dicitur ab Autoribus, questionem esse valde implexam, & difficultem, nec pro eius decisione argumenta succurrere, si postea in aliquam partem inclinant, non id præstant per assensum opinionis, sed per inclinationem suspicionis, aut præsumptionis, absque villo assensu, quemadmodum constat ex duodecim libris S. Augustini de Genesi ad literam, & ex pluribus capitibus librorum triginta trium contra Faustum, & alijs plurimis.

Dicimò, pterumque cùm à Doctoribus dicitur aliquid esse rationabile, vel rationabilius, vt sepiissime loquitur Aristoteles, nullum habent opinionis assensum.

Ex quibus omnibus fit primò, nihil ex ijs, quæ propounduntur in ijs tabulis recitatiuè, dubitatiuè, examinatiuè,

præsumptiuè, suspicatiuè, conjecturaliter, inquisitiuè, vilam posse meteri censuram Theologicam, etiam si altera pars absolutè dicta eam mereretur. Secundò, nihil præstari in hoc modo scribendi, quod familiare non sit Patribus, Theologis, Philosophis, & Iuris Professoribus. Tertio, allegari sèpe ad faciendam opinionem probabilem ab auctoritate extrinseca plura testimonia, quæ quia vacillanter proposita, non firmant sensum opinionis, nec fundant probabilitatem.

## P RÆLV D I V M SECUNDVM.

Quæ scribuntur inquisitiuè, examinatiuè, dubitatiuè, præsumptiuè, suspicatiuè, recitatiuè solum, in controversijs, que primariè, nec secundariò tangunt fidem, nullam Theologicam censuram merentur, et si altera pars absolutiè, & assertiū pro-lata grauiorem notam mere-  
re tur.

**H**æc doctrina tot, & tam grauibus testimonijis, & argumentis manifestè conuincitur, & persuaderetur à Doctore Antonio Saura, de examine dicitur in libro cap. 1. & 2. vt nihil nobis addendum supersit. Illam supremam Inquisitio Hispaniarum, & sacra Congregatio de Indice, authenticè suo exemplo, & praxi comprobauit, vt predicto primo capite idem Saura demonstrat. Ex illustrissima familia Prædicatorum hunc sensum stabilie-runt Melchior Canus libro 12. de locis, cap. 11. Sixtus Senensis libro 6. annot. 81. Turrecremata dist. 9. cap. ego solis, & alij innumeri: ex Minoritis Corduba libro 1. quæst. 17. Castro lib. 1. de insta hæreticorum punitione, cap. 3. & plures alij, quibus subscriptit Simancas de hæreticis cap. 52. Huius veritatis evidens probatio desumitur ex Patri, & Scholasticorum exemplo; qui ideo sepiissimè inquisitiuè, examinatiuè,

natiuè, dubitatiuè, recitatiuè solùm scripsere, ne peccarent, aut errarent. Ergo in similibus controversijs, quas non omnes mediocriter doctri scire tenentur, nullum est peccatum, aut error, ac propterea nulla censura Theologica debita contra eos, qui dubitatiuè, aut examinatiuè absque resolutione disserunt, neque contra eorum scripta.

Ex hoc principio notum est, nihil ex ijs, quæ in sequentibus tabulis de B. Virgine dicuntur, recitatiuè, aut examinatiuè, aut inquisitiuè, aut dubitatiuè solum, vñam mereri Theologicam censuram, licet absolute, & assertiuè dictum alicui nota Theologicæ obnoxium esset. Illustratur hæc veritas testimonio Gersonis, tomo 1. de examine doctrinarū, considerat. 3. cuius verba commentabimur; *Aliquæ sunt doctrinæ palam hereticales apud omnes*. Nulla ex ijs aut recitatur, aut sub dubio proponitur in ijs tabulis, ut notum est. *Aliæ dubia simplicibus, sed manifeste sapientibus, & peritis.* Nulla similis exhibetur in ijs tabulis sub dubio; cum singulæ ex doctrinis relatis sint Doctorum sapientissimorum, pluribus seculis sine scandalo, & cōfessione permissa: & dando gratias, quod nonnullis sapientibus, & peritis esset manifesta ipsatum temeritas, cum alij sapientissimi ita opinentur, non potest censura Theologica inuri, iuxta omnium sententiam, quando solum dubitatiuè, aut examinatiuè, aut recitatiuè scribuntur, quemadmodum superius allata, & ab Antonio Saura allegata demonstrant. Addit Gerson: *Tertia, velut neutra, babentes pro se Doctores rationibus ad utramque partem probabilibus, nec in una tantum Diceant, vel paucis, sed apud omnes Christianos, aut longè plurimos.* Id si habent singulæ doctrinæ sub dubio, aut examinatiuè, aut recitatiuè, aut inquisitiuè, aut præsumptiuè, aut suspiciatiuè, aut conjecturaliter proponeant, verum erit quod subdit Gerson, non posse eas vita censura condemnari. Qui aliter in similibus fecerit, usurpabit sibi officium

Conciliorum generalium, & Cathedræ Apostolice.

(91.)

## PRÆLUDIUM TERTIUM.

Non sufficit ad condemnandum doctrinam probabilis illatio ex Scripturis, Concilijs, Decretalibus, & canonum sensu Patrum, sive Scholasticorum, si non sit evidens, vel necessaria, & vel manifesta consequentia.

**H**ec doctrina recepta est ab omnibus non solum sapientibus, sed etiam mediocriter eruditis: nam a ię, & contrarie opiniones sepiissime à sacris expositoriis, Theologis, & Iuris Professoribus probabilitate deducuntur ex Scripturis, Decretalibus, Concilijs, Iure canonico, & vñanimi sensu Patrum, & Scholasticorum, quarum singula sunt probabiles, etiam si contraria, aut contradicuntur: ergo illatio, qua conuiscatur propositionem aliquam esse contra Scripturam, Decretales, Concilia, Ius canonicum, ad vñanimum sensum Patrum, vel Scholasticorum, debet esse manifesta, & evidens. Declarat, & confirmatur, quia opinio habens pro se grates Autores & fundamenta, est absolute probabilis, si non obsecet aliqua reuelatio diuina, aut pondus irrefragabilis autoritatis; sed quod probabilitate solùn infertur, sine evidenti, aut necessaria connexione, non est fide divina reuelatum, nec connexum cum eisdem reuelatis necessariò, & manifestè: ergo similes illationes, quantumvis verisimiles, & probabiles, non tollunt oppositæ doctrinæ probabilitatem. Prima propositione est certa, secunda indubitate: nam doctrinæ, quæ solum probabilitate elicuntur ex Scriptura, Concilijs, Decretalibus, Iure canonico, aut vñanimi sententia Scholasticorum, vel Patrum non habet altiorum gradum, quam probabilitatis, cum conclusio sequatur debiliorem partem, sed quod non excedit metas probabilitatis, nec sit fide est, nec inconcussam certitudinem attingit: ergo similes doctrinæ manent intra limites duarum atque opinionis probabilitatis. Ex quo sit, ad condemnandum propositiones Doctorum, quæ in sequentibus tabulis producuntur, non sufficere illationem probabilem contra ipsas, ex Scripturis, Concilijs, Iure canonico,

vnanimi sensu Patrum, vel Scholasticorum, nisi illa sit necessaria, aut eidens, & quæ à viro mediocriter docto, nec sapientissimis negari queat.

## PRÆLUDIUM QVARTVM.

Quid necessarium sūt ad probandum propositiones aliquam ex propoundīs recitatiū, aut dubitatiū, aut inquisitiū, aut examinatiū, aut præsumptiū, aut suspiciatiū, aut conjecturaliter esse hereticā, aut erroneam, si absolute, & assertiū proferatur.

**S**uppono ex præludio 1. & 2. & ex dictis à Doctore Saura de exam. doct. c. 1. & 2. propositiones dubitatiuas referendas sequentibus tabulis non mereri censuram: sed scrutari oportet, si assertiū, & constanter dicerentur, qua ratione probandum esset, illas fore hereticas, aut erroneas: & ex quibus locis Theologicis desumenda sint argumenta, ad conuincendum prædictam notam illis deberi.

Ad prædictam probationem necessaria est, ut ea proposicio, quæ hæresis, aut erroris notam incurrit, opponatur expressè aut sacra Scriptura, aut traditioni Apostolica, aut autoritati vniuersalis Ecclesiæ, aut determinationi cathedrali Pontificis summi, quæ iudiciale dumtaxat non sit, aut definitioni Concilij generalis, vel non generalis, quod confirmationem habeat e cathedra Pontificia Romana, aut saltem debet opponi manifestè, & irrefragabiliter conclusioni manifestè, & irrefragabiliter per necessariam consequentiam illata ex præmissis quinque locis. De hac thesi fūse tractarunt, aut ab alijs tractata supposuerunt Joachimus Perinius in libris topicorum Theologicorum, Salmeron tom. 1. & 8. Valentia lib. 1. controu. in analysi Christianæ fidei, & 1.p. q. 1. puncto 5. Gill. lib. 1. tract. 7. Torres in selectis, opuse

opusc. 1. Melchior Canus integro volumine, Gabriel Vaquez 1.p. disp. 12. interpretes D. Thom. 1.p. art. 8. cum Melina, Bannez, Zuniel, Nazario, Thoma Pio, Atribale, Machino, & alijs vniuersaliter tractantibus de locis Theologicis. Quaquam verò circa definitionem loci argumenti tui diversas adhibeant descriptiones Arist. 2. Rhetor. cap. 22. & ultimo apud Trapezuntium; Carolus Sigonius ibidem, Alexander 1. Top. Theophrastus lib. 5. de differentijs; Marcus Tullius in Topicis, & lib. 2. de Oratore, Boethius lib. 2. de differentijs topicis; Rudolphus Agricola lib. 1. de invenzione, cap. 2. Montanesius de principijs Theologie, in sexto prænoscendo, cap. 2. & plures alij: verū re ipsa conueniūt loca argumentorum appellantēs, elementa, sedes, communis notas, promptuaria, domicilia, receptacula, in quibus argumenta latent, & è quibus erui debent: quare Theologici loci erunt sedes, & domicilia, vnde Theologica argumen- ta sumuntur ad Theologicam questionem decidendam.

Vt proberetur aliquam propositionem esse hereticam, aut erroneam, debet esse prædicta oppositio verbi Dei scripti, aut traditionis Ecclesiæ, aut communis consensus vniuersalis Ecclesiæ, aut definitionis Pontificis, aut Concilij à Pontifice confirmati. Hi sunt loci à divina autoritate defūpti: singulos illorum percurremus; siue alter alterum includat, siue non: nolo enim pro re tanta de nimis subtilitate distinctionum, & distinctionum esse solitus, cum de re ipsa constet.

Dé primo loco, quod est scriptum Dei verbum, latè differunt sacræ Scripturæ expositores, & Scholastici Theologi 2. 2. quest. 1. art. 10. & hi, qui contra hæreticos scripserunt. Salmeron tom. 1. Prolegom. 1. & 2. & tom. 8. tract. 1. & 2. Driedo lib. 7. dé catalogo sacræ Scripturæ, Sixtus Senensis lib. 1. Bibliotheca; Bellarminus tome 13. lib. de verbo Dei; Petrus Martinez in libris hypothipoteon Theologicarum; Canus libro 2. de locis; Medina libro 6: de recta in Deum filie; Castro libro 1. aduersus hæretes, cap. 2. Ruggierius opusculo de libris canoniceis; Galarza libro 4. institutionem Euangelicarum; Bannes 1. part. quest. 1. art. 8. Gillius lib. 1. tractatu 7. cap. 2. Torres 2. 2. quaest. 1. art. 10. disputatione 2. 1. Suarez disputatione 4. de fide, sec. 3. distinctionis Serarius in Prolegomenis Biblicis. Si verba scrip-

terre per se clara sunt, & evidenter, si consequentia evidens sit, argumentum infallibilem veritatem continet: aut non sunt clara, & expressa, sed summus Pontifex, aut generale Concilium ita declarat, aut certe omnes Doctores Ecclesie sic eodem modo aliquem locum interpretantur, & tunc idem est dicendum; aut ex ijs solum, que in S. Scriptura habentur, aliqua veritas evidenter deducitur, quemadmodum ex eo quod Scriptura dicit Iesum esse verum hominem, sequitur eis risibilem, & tunc etiam argumentum est firmum, & Theologicum; at si consequentia evidens non esset, sed probabilis tantum, argumentum solum erit probabile, ut in proximè antecedenti preludio conuincitur.

Secondus Theologorum locus à Pei traditionibus, & Christi Domini, firmissimus est, cùm Dei verbum contineat, non scriptura, sed viue vocis oraculo à Christo ad nos per Apostolorum desinatum: quare divinam eandem auctoritatem continet, quam primus, ut ex Tridentino liquet, sess. 4. initio ex quo eos damnante, qui canonicos libros non suscipient, & traditiones contempserint; & ex ipso ex quo & triusq; auctoritatem recognoscere, & ex Patribus, qui docent ex qualis esse auctoritatis, ac diuina Scriptura, ut ex Basilio, & Chrysostomo docet Stapleton. c. 6. Ecce ratio est, quia tamen traditio, quidam diuina Scriptura formaliter, & immediata Dei reuelacione instituitur, ac proinde & quod infallibilis sunt veritatis; inonit tamen Canus lib. 3. de locis, cap. 3. in 4. fundamento contra hereticos, multò fortius argumentum ex traditionibus suis, quidam ex sacra Scriptura, quia hanc extortis, & falsis pertinetur interpretationibus: vnde Tertullianus aduersus Hermogenem, cap. 19. *Heresicis mos est etiam simplicia Scripturarum verba torquere: at traditiones cum sint communia sanctorum attestatio;*, & Ecclesie viu comprehendere, ita abuti non possunt, nec in primum sensum traducere. Sed de his, & alijs ad traditiones spectantibus iacte Driedo lib. 4. de dogmat. Lindanus 5. Ibris, quos Panoplia inscripsit, & Ayala de traditionibus, Castro lib. 1. aduersus heresies, cap. 5. Canus lib. 3. de locis, Stapletonius controvers. 7. Simerton tom. 8. tractatu 2. vbi de traditionum multiplici utilitate, Bellarm. tom. 1. lib. 4. de verbo Dei nō scripto, & oler que alij, quos refert cap. 1. Torres 2. 2. disp. 20. Gillius lib. 1. tract. 7. cap. 8.

Sed

Sed si quispiam querat, qua ratione cognosci possit aliquid ex Apostolica traditione haberi, Canus lib. 3. cap. 4. quatuor tradit regulas, & totidem Ludouic. Carbo lib. 5. introduct. in Theologiam, cap. 4. Gillius in illo cap. 8. n. 7. tres; Bellarminius libro 4. citato, cap. 9. quinque: alij plures, pauciores alij. Nunc & hic satis hęc esse potest, si aliquid ad fidem, vel mores pertinens ab Ecclesia tradatur, cuius usque ad Apostolorum tempora nullum reperiatur initium, Apostolica traditio id ceasatur. Sed quę ea est, Ecclesia & ea, quę sub Romano Pontifice est congregata. Itaque si generale Concilium sub Romano Pontifice, vel concors Doctorum sententia sub eodem capite aliqua defiſe trahunt, & exibitis, cuius traditionis nullum innueniatur initium, à Christo Domino Apostolos accepisse credendum est, licet à nullo Scriptore facta mandatum literis sit. Atque ita Concilium Tridentinum, scilicet 5. in decreto de originali peccato, ex traditione definit parvulos esse baptizandos in peccatorum remissionem; & sess. 14. cap. 1. ex traditione interpretatur, de Extremęunctionis sacramento, verba illa Iacobi 5. *Vngentes cum oleo in nomine Domini*, sess. 23. cap. 1. & 3. ut alia pretermittantur. Ex traditione Scripturę conjuncta, deducit aliqua ad Sacerdotium spectantia, ac ad sacram ordinationem. Ex qua regula constat ea, quama tradit sanctus Augustinus lib. 2. le Baptismo, contra Donatistas capite 7. & libro 4. capite 24. scilicet, quando aliquid tanquam si lei dogma in Ecclesia celebratur, & in sacris litteris non habetur, Apostolica est traditio: verbi gratia, ut baptizentur infantes, distincti gradus sacerorum Ordinum, Quadragesimę obseruatio. Constant etiam alia, quoad votum: scilicet, quando aliquid fieri in Ecclesia videmus, ad quod extendi non potest humana auctoritas, illud est ex traditione: verbi gratia, quod Ecclesia dispenset circa simplex votum, & iuramentum, quod matrimonium non consummatur soluatur per votum solenne. Nam sanctus Hieronymus libro 1. contra Iouinianum, refert hanc consuetudinem ad ipsum Christum; & sanctus Epiphanius leg. 78. & denique quando aliquid assertur esse traditio, vel à tota Ecclesia, vel à generali Concilio, vel ab omnibus Patribus, quemadmodum in septima Synode, a. 7. sanctarum imaginum veneratio dicitur esse Apostolica traditio; & similes: omnes Ecclesie

Ecclesiæ vœ symbolum, quod recitamus, dicitur esse Apostolorum. Nec non etiam, quando à Patribus habentur, ut hæretici, qui dogma aliquod negant, quod in sacris literis non continetur, illud enim erit traditio, exempli gratia, Quod Beatisima Virgo semper manterit Virgo, non constat ex sacris literis, & tamen Heluidiani id insiniantes, semper reputati sunt hæretici.

Igitur, ut propositio aliqua ex referendis, & proponendis in sequentibus tabulis dicatur opposita veritati per traditionem constanti, necessaria sunt nonnulla. Primo, ut cōincidatur esse de ea re traditionem, cuius initium ad Apostolos, vsque non inueniatur. Secundo, ut de traditione constet, saltem ex testimonij Patrum, & Historicorum, vel filium, nomine discrepante, aut paucissimis reclamantibus. Tertio, ut propositio si uilis euidenter, aut necessario contradicat traditioni p̄r lectione, aut conclusioni, que euidenter, vel manifeste, & necessario inferatur, ex traditione p̄missa. Quarta, ut constet de sensu legitimo traditionis: v. g. nam exemplorum non requiritur veritas: si esset traditio Christum ex lassitudine itinerum, & temporum seruore sudasse; manebat dubium, de qua specie sudoris esset traditio; nam est sudor aquosus ex debilitate virtutis conuersus, & superfluitate nimia corporis vicioꝝ succo referti; & est sudor corporis perfectissimi similis in specie externa, sed vaðe dissimilis in materia, quia solum sudator nobilissima humiditas. Posset quis traditionem ita explanare, ut Christo non infuerit sudor primi generis, qui ex omnium Scholasticorum sententia in Paradyso non esset, fuerit tamen in ipso sudor secundi generis, qui statui innocentiae conuenire potuisse, si ex singulari mandato Dei Adamus ante peccatum nimium lassaretur. Quinto, si traditio sit particularis ex ea solum sumitur argumentum probabile.

Tertius locus est ab authoritate Ecclesiæ; nomine Ecclesiæ intelligimus fidelium congregationem, sub Christi Vicario Summo Pontifice. Hęc autem Ecclesia infallibilem declarandi habet auctoritatem, v. g. quæ sacra Scriptura habenda sit, quis eius legitimus sensus, & quæ sint diuinæ traditiones, ac similia; hęc autem Ecclesiæ necessaria omnino fuit authoritas; cum enim Dei verbum, tanquam scriptum, non scriptum, non se ñt ad omnibus intelligatur, sed hæreti-

ci illud peruertant, & vt egregiè dixit Martinus Pata in Concilio Lateranensi, consultatione 3. *Ipsius paternis doctrinis abutuntur, &c.* Necesse fuit, ut Deus sua Ecclesiæ eam impetraret, quā diximus potestatem: id non melius quam verbis Viøcentij Lirinensis, in libello contra prophanas noctivates exponemus, vbi ita ait: *Hic forsitan requirat aliquis cum sit perfectus Scripturarum Canon, quid opus est, ut ei Ecclesiastica intelligentia iungatur auctoritas? Quia videbitur Scripturam sacram, pro ipsi sui altitudine, non uno, eodemque sensu omnes accipiunt, sed eadem eloqua aliter, atque aliter alias, atque aliis interpretatur, ut penè quot homines sunt, tot illic sententia erui posse videantur. Atque idcirco multum necesse est propter tantos tam varij erroris anfractus, ut Prophetica, & Apostolica interpretationis linea secundum Ecclesiastici sensus normam dirigatur.* Quid expressius? hęc autem est uniuersalis Ecclesiæ auctoritas, cuius iudicium in rebus fidei, & morum est infallibile. *Cum fit collana, & firmamentum veritatis, ex Paulo 1. ad Timoth. 3. id autem non esset, sed potius omni doctrinæ vento fluctuaret, si exposita fuisset erroribus ad fidei substantiam, & morum attinentibus. Adhuc autem locum ex Ecclesiæ auctoritate non pertinet. Summi Pontificis, aut generalis Concilij decretum, hoc enim ad speciales infallibilis, etiam auctoratis locos spectat, de quibus continuò dicemus; sed concors Patrum sententia de rebus fidei, aut morum sub Romano Pontifice, etiam si illi in Concilio congregati non sint.*

Nec opus est ut omnes fideles ad res fidei declarandas conueniant, sed satis est concors Doctorum Ecclesiæ sententia seorsim illam assertentium, aut scribentium, cum enim apud eos tota Ecclesiæ doctrina resideat ( idiotz enim tantum precipua fidei capita scire tenentur ) à Doctoribus, & Ecclesiæ Pastoribus, non ab idiotis eius doctrina petenda est, de quo plura Canus, lib. 2. de locis, cap. 4. contra quem Waldensem defendit Stapletonius, vbi sup. cap. vlt. & cum eo Gillius lib. 1. tract. 7. cap. 9. sed conciliari facile possunt, quia ad ea quæ vulgas nouit, eius consensus coniunctus Ecclesiæ Pastoribus, & Doctoribus iuuare potest, quia non ideo tribuitur Laicis iudicandi de fidei rebus auctoritas, sed testimonium ut ipse Canus fatetur, ibidem conclus. 1. 2. 3. & ex Augustino lib. 1. contra Julianum, cap. 2. ad finem argumen-

mentum contra Pelagianos, ex populi consensu sumente, Gillius probat. Nam unanimis vulgi consensus ex Pastorum doctrinā prouenit, vt clarum est, quod ea verò, que superāt vulgi captum, satis est communis Ecclesie Pastorum consensus. Nec dissemit Stapletonius, & rectè probat Gillius, tūm ex eo, quod in Ecclesia est depositum, siue Catholicæ veritatis thesaurus, vt ait S. Irenaeus, lib. 3. cap. 4. hoc autem depositum non extat apud imperitum vulgus & eius ignorantum, ergo apud Pastores, & Doctores, ut indicat Paulus 1. ad Timoth. 6. *O Timothee depositum custodi* Quare cum omnes Pastores, & Doctores in ille conueniunt, irrefragabile argumentum est apud Theologum; tum quia Concilium Ephesiorum in epistola ad Nestorium ei præcipit, vt iure sentire se, q. r. vniuersi Episcopi per Orientem, & Occidentem crederent, quia ipsi, ut postea capita, & Doctores populo rum, sunt vi et ratio Ecclesie, quam in his errare est impossibile; & de Niceno Concilio scriptum reliquit Theodoretus, in B. aci Iacobi Nisibensis Episcopi vita: *Obstinuit illa, quæ per uniuersum orbem vicerat, ac diuulgata fuerat Fidei confessio.* S. ergo illi contentiunt, Ecclesia procul dubio contentit, cum eius authoritas in his Authoribus, vt in potissimum parte contineatur. Quare Tridentinum, ses. 13. cap. 5. & 6. ex communis Ecclesie viu definit, Eucharistiæ Sacramentum laetrix cultu adorandum; & asserendum in Sacrario, & ses. 14. cap. 5. necessitatem Sacramentalis confessionis ex vniuersali Ecclesie sensu decernit, sed de ijs hæc fuisse, & alia prete ei Authors tractant; præfercim Canus lib. 4. de locis, Victoria relect. 1. & 2. Salmeton, tom. 8. tract. 2. Bellarmino. tom. 1. disp. 4. generali, lib. 3. & 4. de Ecclesia, in cuius cap. 5. libro 3. multos resert, qui de ea scripsierunt. Torres 2. 2. disput. 14.

Ad hoc caput reuocatur communis Patrum sententia, quam certum, & infallibile Theologis argumentum præstare, cum de Fidei veritate testificatur, probat Vvaldenius lib. 2. doctrinalis Fidji, cap. 25. Driedo lib. 2. de script. cap. 3. Horantius lib. 5. Catholicorum locorum, cap. 3. Canus lib. 7. de locis, cap. 3. conclus. 6. Castro lib. 1. aduersus heres, c. 7. Bañez 1. p. art. 8. dub. 5. conclus. 4. Salmeton. tomo 8. tract. 2. dum tractat locum sextum Theologicum; Concilia enim in Fidei rebus Sanctorum authoritates sequuntur, vnde

in Concilio Chalcedonensi acclamatur, *Hæc fides Patrum;* & alibi in eodem Concilio dicitur Catholica fides ab ipsa Synodo, que secundum sanctorum Patrum interpretationem declaratur. Similiter in Concilio Viennensi, & in Niceno II. in 6. Synodo generali, & alijs, & in epistola Ephesi ni Concilij ad Nestorium, præcipitur illi, vt iuret se sentire quæ vniuersi Episcopi per Orientem, & Occidentem crederent. Probat ratione Castro, quia Patres per orbem dispersi vniuersam Ecclesiam constituent, sicut congregati: congregatio enim parum ad id facit; sed in Concilio congregati de communi consensu aliquid statuentes, infallibile præbēt argumentum, ergo & dispersi. Gillius lib. 1. tract. 7. cap. 13. n. 9. ait adeste omnino certum, si loquamur de sententia omnium Patrum ab initio nascentis Ecclesie, usque ad nostra tempora, aut etiam omnium huius, vel alterius seculi, cum Ecclesia sit, ut diximus, columna, & firmamentum veritatis, r. ad Timoth. 3. & plebis fides sit Præsumum fides. Quare si illi omnes, vel omnes vnius seculi errare possent, Ecclesia etiam errare posset, & non esset columna, & firmamentum veritatis; aliam vero rationem esse de Patribus, qui scripsierunt, ostendit Gillius vbi suprā; quia omnes Patres, qui scripsierunt simul sumpsi, nec modo, cum de corpore militantis Ecclesie non sint, nec vnuquam, cum simul non vixerint, totam Ecclesiam constituerant, aut repræsentabant. Nihilominus certum est, communem Patrum, sacra Scriptura, & dogmatis in ea fundati interpretationem irrefragabile fidei argumentum continere à posteriori, & à fine, ut ostendant Stapletonius controversia 6. lib. 11. cap. 5. Canus lib. 7. de locis, cap. 3. conclus. 5. & Bañez in hoc art. 8. dub. 5. conclus. 4. & Gillius sopradicti addit tamen communem Patrum de rebus fidei consensum, etiam absque Scripturæ testimonio esse argumentum plusquam moraliter certum, ac fidei proximum, quatenus eius verbis innititur, ut ibi fuisse probat: nam quatenus interpretantur Scripturæ sensum, vel quasi testes fidei successionem in Ecclesia protestantur, doctrinam fidei continent. Quicunque ex hoc loco probare voluerit aliquam propositionem in tabulis examinatuè, aut recitatiuè propositorum, esse hereticam, aut erroneam, debet conuincere, esse manifestè oppositam communis sententiae

Patrum, & omnium Doctorum Catholicorum ; aut conclusione inde euidenter , vel necessariò illatae . Secundò illum commincere oportet , materiam de qua propositio tractat , esse de pertinentibus ad fidem , & Patres , ac Doctores ita sentire : interdum enim plures conueniunt in re aliqua ad fiduci dogmata non pertinente , ut quod sit Phenix , cum tamen incerta sit doctrina , quia est de rebus extra fidem tuis , à creditatibus dependens .

Sed ad maiorem eorum , quæ diximus , explicationem , duplex Ecclesiæ auctoritas distingui potest : humana est una , de qua Augustinus libro contra epistolam fundamenti , c. 4. numerans ea , quæ ipsum in Ecclesia conservabant , nimurum sapientiam (inquit) Doctorum Ecclesiæ , confessionem popularem , vim miraculorum , antiquitatem , & perpetuam successionem , & similia , quæ congregat Ecclesiæ suam , humanam tamen tribuunt auctoritatem . Et de hoc hic non agimus ; nam motu illa , quæ tantam nobis Ecclesiæ auctoritatem conciliant , faciunt quidem Ecclesiæ doctrinam euidenter credibilem , et quæ sufficenter proponunt , ut credatur propter Dei auctoritatem ; per se autem non probant formalem , & infallibilem credendi rationem . Altera Ecclesiæ auctoritas divina potius est , quam humana , ratione cuius Paulus ait 1. ad Timoth. 3. Ecclesiam esse columnam , & firmamentum veritatis ; & Christus Dominus Matthæi 16. Portæ inferi non præualebunt aduersus eam : & Augustinus in illo libro contra epistolam fundamenti , cap. 5. Euangeli non crederem , nisi me auctoritas Ecclesiæ commoueret : & Leo Papa serm. 2. de Ascensione , ibi , cuius auctoritatem supernis illuminata radis corda sequerentur : & alij , de quibus supra mentionem fecimus : & hoc modo Ecclesia accepta est infallibilis regula nostræ fidei , & ex ea infallibiliter accipitur argumentum , ut iam ostendimus , & ad hunc Theologizatum pertinet : id enim totum habet , quatenus instrumentum est , ac veluti organum , per quod Spiritus sanctus loquitur , sicut de sacra Scriptura infallibilem fidei reglam esse diximus , quia , ut ait S. Petrus epistola 2. cap. 1. Spiritu sancto inspirati loquuntur sancti Dei homines : & Actori. 15. Apostoli , Dissem est Spiritui sancto , & nobis . Vnde Suarez de fide , disputatione 4. sect. 2. num. 5. Si Patres , ait , conueniunt affer-

afferendo rem esse de fide , semper applicabunt aliquam fidei regulam , cuius ipsi sunt quasi testes , & ratione illius faciunt certam fidem , &c.

Quartus locus est à summi Pontificis auctoritate : nam cum Summus Pontifex Ecclesiæ caput sit , Christique Vicarius , ac Petri successor , post locum ab Ecclesiæ auctoritate sub eo capite , de ipso capite per se considerato dicendum restat , de quo certum est in ijs errare non posse , quæ ad fidem , & mores pertinent , ut constat ex illo Lucæ 22. Rogauit pro te Petre , ut non deficiat fides tua : ita enim hunc locum intelligent Felix Papa primus , in epistola ad Benignum . Leo item primus sermone 3. de assumptione ad Pontificatum , Agatho epistola ad Constantinum Imperatorem , quæ habetur 8. Synodo , actione 4. Nicolaus primus , epistola ad Michaellem , Leo nonus , epistola ad Petrum Antiochenum , Innocentius tertius , epistola ad Episcopum Arebatensem , & habetur capite Maiores , de Baptismo .

Præterea Matthæi etiam 16. ait Christus : Tu es Petrus , & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam : & portæ inferi non præualebunt aduersus eam . Hoc enim sensu super Petrum edificatam Ecclesiam intelligent Gelasius , epistola ad Anastasium Imperatorem ; & Gregorius lib. 4. epistola 72. illud vero , & portæ inferi , &c. plerique Patres per portas hæreses intelligunt . Epiphanius in Anchorato , Hieronymus , Chrysostomus , Euthymius , Theophylactus eō loci . At si summus Pontifex errare posset , illæ præualerent . Sed hæc , & similia fusè probant Canus libro 6. de locis . Bellarminius controvers. 3. maximè lib. 2. & lib. 4. cap. 1. ad 14. Caietanus in opusculo de hac re edito . Torres 22. disp. 16. Victoria select. 4. Bañez 2. 2. qnæst. 1. art. 10. & plures alij in quibus . Giulius lib. 1. tractatu 7. cap. 9. num. 2. Stapletonius controvers. 2. lib. 6.

Ex quibus aperte colligitur argumentum , quod sumitur à summi Pontificis auctoritate , irrefragabile esse , & infallibilis veritatis : sed obsertrandum hic est , non omnia in eius decretis contenta ad fidem pertinere ; sed ea tantum , quæ potissimum summus Pontifex definire contendit , tanquam de fide habenda , & credenda , maximè si anathema contra negantes adiungat .

Idecirco qui ex hoc loco probare voluerit propositionem aliquam, ex inferius proponendis in serie tabularum esse hereticam, aut erroneam, debet conuincere. Primum esse contra aliquam doctrinam, in decretalibus Pontificis literis contentam, aut contra conclusionem ex ea necessariò illatam. Secundum debet conuincere illud fuisse intentum Pontificis, nec solum eam doctrinam dici obiter, aut ad solam confirmationem annexam alijs probationibus. Tertium debet conuincere literas Pontificis esse definitivas, & Cathedrales, non iudiciales solum in causis doctrinarum: sic Eugenius Quartus nonnullas propositiones Abulensis iudicialeiter solum, & non definitiè condemnavit; postmodum iudicium emendatum est: sic Zacharias Papa condemnauit Episcopum quendam dicentem esse antipodas; & similia exempla occurrunt, quæ alio loco deditur.

Quintus locus est à Conciliorum authoritate, cum generalia Concilia congregata legitimè vniuersalem Ecclesiam representent: postquam diximus de vniuersalis Ecclesie authoritate, & eius capitinis dicendum restat de ipsis Conciliis, quæ siue ipsa tota Ecclesia non sunt, sunt tamen representatione. Concilia igitur, siue Generalia, siue Provincialia, à Romano Pontifice confirmata, certam fidem faciunt, habent enim infallibilem authoritatem in Spiritu sancti dirigentis tum Ecclesiam, quam representant, assistentia fundatam, tum etiam Summum Pontificem in fidei doctrina decernenda. De cuius probatione multa, Canus lib. 5. de locis, Bellarmin, tom. 1. controvers. 4. generali, lib. 1. & 2. de Conciliorum authoritate, cap. 2. 3. & 4. Valentia 2. 2. ad quest. 1. S. Thomas, & art. 10. §. 44. de Conciliis, & in Analysis lib. 8. cap. 7. Torres 2. 2. quest. 1. art. 20. disput. 18. dub. 4. & quidem de generalibus res magis certa est. De Provincialibus vero confirmatis id ipsum iudicem Authors docent; & Celestinus Papa in decretis ad Galliarum Episcopos, decreto 13. eiusmodi Conciliorum testimonij vtitur, & eorum sententias allegans ait: *Quas utique suas fecerunt Apostolici Antifites, cum probarunt: & Leo Papa epistola 46. iubet, vt venientes à Pelagiana heresi, amplecti se omnia decreta protestentur Synodalia, quæ ad excisionem*

nem heresios, Apostolicæ Sedis confirmavit authoritas. Quæ verò generalia Concilia sint, quæ Provincialia approbata, tradit Cardinal. Bellarminius, tom. 1. lib. 1. de Concil. cap. 5. & summatis Torres disp. illa 18. dub. 5. de reprobatis generalibus, Bellarmin. ibidem cap. 6. de partim reprobatis, partim approbatis, cap. 7. Aduertendum hic tamen est primò predicta Concilia legitima habenda esse, & confirmata, quæ postquam celebrata sunt, authoritatem habent ex consensu Pontificum sequentium, & Doctorum eorum testimoniio videntium, vt probato, & firmo.

Secundum generale Concilium ad finem usque perducum, consentiente Pontifice, & presentibus eius legatis, ante eiusdem Pontificis confirmationem errare nō potest in fidei rebus decernendis, si omnes Patres conueniant, quia sic totam representat Ecclesiam, quæ errare non potest; quod rectè probat Bañez vbi supra, & Torres vbi supra. Confirmarique potest primò ex Concilio Tridentino ses. 14. decr. 2. eos damnante, qui scripturam interpretantur contra vnam Patrum sensum, & docet tanquam legitimum sensum admittendum, quem Patres vnam consensu docent; ergo firmum censet esse argumentum ex vnam Patrum consensu, qualis est in generali Concilio. Confirmatur, quia proprium Ecclesiæ testimonium, est testimonium Doctorum eius, ab illis enim, & non ab idiotis illud sumendum est; ergo testimonium consentiens Doctorum Ecclesiæ, in generali Concilio congregatorum sub Romano Pontifice, est testimonium ipsius Ecclesiæ, cuius sunt præcipua pars, à qua sola testimonium in hisce rebus peti debet; sed Ecclesiæ testimonium firmam fidem facit; ergo, &c. Verum tamen est non habere authoritatem ad obligandam totam Ecclesiam ad aliquid credendum, alioquin ad quid esset necessaria Summi Pontificis confirmatione? Præterei cum eius sit supremum caput, ea quæ à tota Ecclesia credenda sunt, proponere ad ipsum pertinet: non enim sunt in Ecclesia duæ supremæ potestates, sed una solum, quæ in eius capite residet, quod ex iuniorum sententia rectè notauit Torres disputatione 18. dubio quarto. Si verò non omnes consentiant, errare posse docent Bañez, Bellarminius, Valentia, Torres supra; præter Caietanum in tractatu primo de authoritate Pontificis, & Conciliorum, & Canum lib.

lib. 5. de locis ; quia eiusmodi Concilium pro sola maiori parte totam Ecclesiam perfectè non representat, ut censem Caletanus, Canus, Valentia, & Bellarminus. Sed hoc iudicasse modò sit satis.

Tertiò notant Canus lib. 5. de locis, cap. 5. q. 4. & post eū Gillius lib. 1. tract. 7. non omnia, quæ in Concilijs tractantur, ad fidem pertinere, sed ea tantum de quibus ex instituto agit, & definit Concilium, ut de Pontifice diximus supra: nā alia, quæ incidenter, & velut aliud agens adducit, & per se necessaria non sunt ad id, de quo per se agebatur, confirmandum, vel in ipsa veritatis discussione, quæ definitionem præcedit, ad fidem non pertinent. Quod reētē obseruauit Iustinianus Imperator, in confessione sue fidei, quæ habetur tom. 2. Concile post Concilium Toletanum secundum, illis verbis: *Oportet etiam illud attendere eos, qui veritatem perscrutantur, quod forsitan in Concilijs quedam à certis ibi couenientibus dicuntur, aut per fauorem, aut per contrariaitate. n. aut per ignorantiam, nemō autem attendit ad ea, quæ per partem à quibusdam dicuntur, sed sola illa, quæ ab omnibus communī consensu definiuntur. Illa igitur solūm decreta, quæ per se à Concilio sunt intenta, certam fidem faciunt, quibus addi solet anathema, vel quid simile. Addit pro maiori explanatione Gillius, duplēm in Ecclesia considerari posse autoritatem humanam alteram, alteram diuinam: humana nütitur mūtitudine, sapientia, ac fidelium bonitate; diuina Spiritus sancti assistentia, & humana quidem per se sola argumentum, maximē probabile præbet, non tamen infallibile, quale sumitur ex diuina Ecclesia auctoritate.*

Et ratiō est, quia infallibilis Spiritus sancti assistentia præviā Patrum discussionem non necessariō dicit, & quæ incidenter tractant, sed ipsam fiduci definitionem, in qua expendenda etiam est Concilij mens; nam si in dogmate aliquo conueniant, aut alienius rei vñ tanquam necessario, & à Deo revelato, aut instituto à Christo, & ab Apostolis tradito, hoc ipso censendum est ad fidem pertinere. Qua ratione Tridentinum, vbi supra ex vniuersali Ecclesiæ vñ institutionem, ac diuinum Sacramentalis confessionis præceptum collegit; si vero vñ non eo animo fieret, sed ob rationabiles alias causas, tunc non sumitur potissimum argumentum ad probandum eiusmodi vñsum esse necessario ex fide tenendum, sed

sed solūm contra fidem non esse. Qua ratione ex vniuersali Catholice Ecclesiæ vñ, sub vna tantum specie communicandi eos, qui sacrum non faciunt, non colligitor de fide esse, aut diuino præcepto necessarium, ut ita fiat, sed solūm contra fidem non esse, aut contra Christi institutionem; ut enim dicitur in eodem Concilio, ses. 21. cap. 1. id ab Ecclesia ordinatum est, non quasi esset necessarium ex Christi institutione, sed iustis alijs de causis. Id vero licere docet idem Concilium in eadem sessione, cap. 1. Ecclesiæ iudicium sequens, & consequentinem. Denique quoniam in definiendis, ac proponendis rebus diuina fide credēdis Ecclesia semper diuina, quam habet, auctoritate vtitur, nou est cur Theologus hæreat, aut ambigat, ex qua auctoritate pēdeat, humana, an diuina hoc, vel illud Ecclesiæ testimonium, præsertim, si illi anathema adiungatur, aut quid simile, sitque ex professo à Concilio, vel Pontifice definitum, vt obseruauimus supra.

Quartò est sermo, quoad particularia Concilia non approbata, sicut enim ex illis probabile argum. sumatur, non tamē infallibile, etiam si omnes consentiant, omnes enim particulares solūm Ecclesiæ representant. Vnde errare possunt, & recipi plura errasse ostendit Cardinal. Bellarminus, vbi sup. cap. 10. & de Carthaginensi Concilio constat, cui D. Cyprinus præfuit: definiuit enim hæreticos ad Ecclesiam redeuntes esse rebaptizandos. Si quis ex hoc loco velit probare aliquam, ex referendis propositionibus esse hæreticam, aut erroneam debet producere clausulam Concilij in Sede Apostolica confirmati, aut conclusionem ex ea evidenter, aut necessario illatam cui prædicta propostio evidenter, aut necessario contradicat. Secundò debet conuincere eam clausulam, non dictam incidenter, aut obiter, sed ex professo tractatam, & disputatam, & fuisse de intentione Concilij eam definire.

Ex quinque prædictis locis Theologis proprijs firma sumi argumenta, & irrefragabilia certum est, cum ea omnia diuinam auctoritatem, continant, diuerlo ratiōnē modo: nam primus, & secundus immediate, ac formaliter diuina nütunt auctoritate revelante, quæ in illis continetur. At tria posteriora nouam revelationem non continent, sed eius explicationem, & propositionem, quæ in duobus Prioribus continetur. Quare in illis locum habet prævia inquisitio, imo & ea

ea necessaria est, illisque Spiritus sanctus solum assistit, ne errant in definitione, sive Ecclesia, sive Pontifex, sive Concilium, non vero in alijs, quae nec ad fidem, nec ad mores pertinent; at in sacris literis, & traditionibus, nec in ijs, nec in villa alia revulsi error esse potest. Omnes igitur iij quinq; loci firmam fidem faciunt proposita questionis, si ex illis necessarij deducatur.

Quoad tria loca ex Ecclesiæ autoritate, Pontificis Summi, & Generalis Concilij ipsius Pontificis autoritate congregati, & Pontificalis approbati, eodem modo sumitur argumentum Theologicum, nam quecumque in his definita sunt, certissima fide tenenda sunt, si ad fidem pertineant, vel ad mores, vt quod hoc sit peccatum, vel non sit, quod est dicere non posse errare in fide, & moribus, vt supra ostendimus, idque intelligendum est, quando ex professo, & expressè aliquid determinatur, vt cum anathema adiungitur, vel dicitur tenendum esse ab omnibus. Sed speciatim circa tertium locum ex Ecclesiæ autoritate obseruandum est, quantum modis in rebus ad fidem, vel mores spectantibus, Patrum Ecclesiæ autoritatem facere ad rem de fide tenendas: primum, quando omnes, vel paucis demptis, nullo tamen contradicente, eodem modo aliquem scripturæ locum, a quo fides pendet, explicant: verbi gratia, *Hoc est corpus meum;* omnes explicant propriè, & sine figura esse intelligendum. Secundo, quando omnes, vel plurimi, nullo contradicente, asserunt esse Christi, vel Apostolorum traditionem, vt aqua in Missâ vino esse admiscendant. Tertio, quando omnes Patres ex scriptura aliquod fidei dogma deducunt, vt quod Patri Filius sit consubstantialis. Quartò, quando conueniunt omnes in uno fidei articulo, verbi gratia, quod Christus ad inferos descendenter, quod sit Purgatorium, sanctos esse inuocandos.

An vero sint diuersi gradus hereticæ propositionis, quamuis id contendant Turrecremata, Canus, Corduba, & Penna, pro varijs propositionibus fidei, tamen rectè ostendit Suarius, ubi supra, formaliter loquendo de heretica propositione, quoad gradum falsitatis eius in eo non distinguit plures gradus, sed hereticas omnes propositiones, ex quo esse falsas & hereticas; nam omnes propositiones de fide quæ sunt certæ, cum omnes prima veritate formaliter, &

immediatè reuelante nitantur, quæ in omnibus & quæ verè est, alias vero differentias quas prædicti Doctores afferunt esse aut materiales, aut accidentales, rectè ostendit Suarius supra.

## P R A E L V D I V M. Q V I N T U M.

Quod necessarium sit ad probandum aliquam propositionem ex numerandis esse erroneam, iuxta aliorum definitiones; item ut periculosa in fide; item rus sapiens, vel redolens heresim. communicatur.

**H**ec sigillatim scrutatur; diximus ita veteri opione que sit erronea propositione; loquuntur nunc iuxta varias Doctorum acceptiones. Disquisimus primum an heresim, & erroris censura sit eadem penitus, in aliqua ratione diversa? Heimerichus in directorio Inquisitorum, part. 2. quæst. 3. intèr heresim, & errorem in fide nihil distinguit; eum sequitur Peñz ibidem, commento 28. quamvis 3. part. commento 40. errorem in fide doceat, omnes propositiones censura dignas in fidei rebus comprehendere. Albertinus tractat. cit. quæst. 1. num. 1. & ante hos Turrecremata lib. 4. part. 2. cap. 1. suffragantur. Fudamentum est, quia Ecclesia cum hereticam propositionem esse declarat, nomine erroris in fide, vel heresim nomine utitur, nulla distinctione facta, vt constat ex C. fidei, de Simoni Trinit. in 6. & Clementina cod. tit. C. fidei, & C. ad nostram de hereticis, & iii. extra mag. Vas electionis, Ioann. 22. & C. ad abolendam, §. præsenti de hereticis. Quibus addit Rojas de heretic. part. 1. num. 76. ex C. sed ad delendam, §. illum, & C. excommunicamus 2. §. ultimo de hereticis, & C. accusatus, §. 2. de heretic. in 6. in quibus propositiones hereticæ vocantur errores, & colligitur ex Augustino in Enchirid. c. 21. Alter exponit Castro, de iusta hereticorum punitione, cap. 3. censet errorem dici propositionem illam, quæ negat aliquid ad fidem pertinens, naturali tamen ratione cognoscibile, vt Deum esse, vel unum esse, aut quid simile sed fallitur aperte, nam ea propositione heretica planè est,

& non solum erronea, si hæc censura ab hæretica distingui  
debeat. Canus verò lib. 12. de locis, cap. 6. ad finem, & cap.  
11. erroneam vocat propositionem, quæ fidem non omnino  
labefactat, infirmat tamen, & sacre doctring aduersatur, tam  
Patrum, quam Ecclesie; est enim in Ecclesia, præter fidei  
verbum, verbum solum, & irreprehensibile, 1. ad Timoth. 1.  
& 6. & 2. ad Timoth. 1. & ad Titum 1. & 2. cui contraria est  
erronea propositio. Controversia hæc facile deciditur nam  
si error generaliter accipiatur ampliè, ac fusâ significatione,  
omnis hæresis est error, licet non contra. Hoc probant, quæ  
afferuntur à prædictis Doctoribus, & ratio est, quam afferit  
P. Suarez ibidem num. 11. quia ex Augustino in Enchirid.  
cap. 17. & contra Academic. cap. 4. errare nihil aliud est,  
quam vera pro falsis, aut falsa pro veris probare. Est igitur  
error falsa propositio, non tantum in fidei materia, aut  
Theologice, sed in quacumque materia etiam naturali; iuxta  
communem tamen loquendi modum error, quasi per anto-  
nomiasam usurpari solet, non pro quocumque iudicio falso,  
sed quod apertius, ac euidentius est, atque ita in Philosophia  
vocatus error, aut erronea propositio, non quocumque falsa,  
sed quæ est contra axiomata valde recepta. Quare iuxta  
hanc conceptionem in materia fidei, & Theologice erit pro-  
positio falsa contraria certæ, atque receptæ doctrinæ, & se  
habebit, ut genus respectu hæresis, & aliarum propositionum,  
quæ censura dignæ sunt.

Quod si pressa, & stricta significatione error, aut erronea  
propositio accipiatur ad mentem eorum, qui inter hæreti-  
cam propositionem, & erroneam primam distinctionem indi-  
carunt, diversa est nota erroris, à hæreticæ propositionis no-  
ta, nec se habent, ut genus & species. Ita Canus, & Castro su-  
pra. Suarez à numero 12. ad 16. Ludouicus Carbo lib. 4.  
introduct. in Theologiam, cap. 20. Bañez 2. 2. quest. 11. art.  
2. dub. penultimo. Probatur primò ex verbis Concilij Con-  
stantiensis, qui alios articulos ait esse notoriè hæreticos,  
alios non Catholicos, sed erroneos, ergo distinguit hæreti-  
cos ab erroreis in hoc, quod hæretici notoriè alicui fidei  
propositioni opponuntur, non verò erroreis: & hanc erroris  
notam post primam ponit, ut minus grauem, nec hic loquen-  
di modus locum habet inter speciem, & genus: sed inter ea,  
quæ tanquam diversa m. mbra distinguuntur. Secundò pro-  
ba-

batur, quia erronea propositio eo ab hæretica differt, quod  
hæc notoriè, ut Concilium loquitur, alicui fidei propositioni  
opponitur, erronea verò, non notoriè opponitur, sed occul-  
tè, & tacitè, ut cum (ait Bañez supr.) non profertur euidentis  
testimonium ex sacra Scriptura, auct. Ecclesiæ autoritate,  
qua probetur oppositum esse de fide; hæc autem occulta op-  
positio varijs modis explicari potest. Primo, quia opponi-  
tur conclusioni Theologice, quæ implicitè, & tacitè in fidei  
propositio continetur, quare notoria illa oppositio cum  
conclusione ex fide deducta tacita est, & occulta oppositio  
cum eius principio, quod est fidei præmissa. Confirmatur,  
quia erroris nota tam grauis non est, ac nota hæresis, est ta-  
men cæteris grauior, expressis in Concilio Constantiensi:  
quod ex eo constat, quod Concilium primo loco hæresis no-  
tam ponit tanquam grauissimam, proximè verò erroris no-  
tam, ut illa leuiorem, grauiores cæteris. Id autem non est,  
nisi quia propositio hæretica directè, & notoriè fidei propo-  
sitioni opponitur, non verò erronea, sed fidei propositioni  
nulla est proximior, quam Theologica propositio ex præ-  
missis fidei euidenter deducta: ergo post propositionem op-  
positam expressè, & notoriè propositioni fidei, quæ hæreti-  
ca est, alia illi non est proximior, nisi opposita Theologice  
conclusioni expressè, & tacitè, ipsi fidei; ergo er-  
roris nota proximior est hæresis nota, ac proinde illa in-  
ferior, cæteris grauior. Quare erronea propositio hæretica  
leuior, cæteris grauior est, quæ aperte, & directè Theologice  
conclusioni opponitur, tacite, & indirectè fidei proposi-  
tioni, quod solum contendimus. Pro hac sententia sunt P. Suá-  
rez ibidem num. 24. P. Torres disput. 55: de fide, dub. 3. &  
certè communiter, & ante utrumque Bañez 2. 2. quest. 11.  
art. 2. dub. penultimo. Notandum, quod primus, & potissi-  
mus gradus propositionis erroneæ secundum communem  
loquendi modum Theologorum est, quando quis dicit con-  
trarium manifestè conclusioi Theologice, Ludouicus Car-  
bo lib. 4. introduct. in Theologiam, cap. 20. ad initium illam  
esse ait erroneam propositionem, quæ Catholicæ veritati  
nondum de fidè statutæ contradicit, ubi varia adhibet exem-  
pla, quæ huius loci non est examinare. Hæc tamen explica-  
tio conciliari facile potest cum prima, quia Theologice con-  
clu-

elusiones, ut tales non sunt de fide definitæ. Et sicut Augustini locus, quem assert ex lib. 2. contra Pelagium, cap. 23. ubi ait alias questiones esse contra fidem, alias verè præter fidem, atque in ijs, quas, salua fide, ignorare possumus, ipsa salua, errare possumus, &c. Canus supra, quem Corduba, Simanchas, & plerique alij sequuntur, sic explicat, scilicet, ut erronea propositio sit, quæ alicui propositioni opponitur, quam Doctores omnes vehementer ad fidem opinantur pertinere, non tamē affirmant esse apertè de fide, atque ideo non est hæretica, sed proxima nota digna, erroris scilicet. Sed hæc etiam explicatio apertè conuenit Theologice conclusioni, que non expressè, sed tacitè reuelata est. Alij sic dicunt, ille propositio est erronea, qua posita ægerimè defendi potest aliqua propositio, quæ apertè pertinet ad fidem. Alij ita decernunt, ut sit propositio erronea, quæ licet non habeat notoriam oppositionem cum aliqua propositione apertè de fide, Catholici tamē Doctores vehementer opinantur illam habere, licet non id, ut certum affirment; tunc enim licet evidenter non sequatur ex fidei propositione oppositum, sed valde probabili consequentia, & moraliter loquendo necessaria, tunc Canus, & Bañez oppositam illius conclusionis, etiam si non sit scientifica, errorem esse existimant, ubi supra: sed erit inferioris gradus erroris ille, quem opposita propositione Theologice conclusioni evidenter illatæ habet. Sed non est hic locus discutiendi hos sentienti modos, cùm omnes ferè in re, licet differant verbis, conueniant. Solum addam, iure optimo erroneous propositione vocari posse, & esse hæresi proximam, quia revera ita est, ut iam ostendi. Ut enim inter propositionem fidei formaliter, & immediatè, & propositionem ex fidei præmissa deducatur, alia media non est, ac fidei proximior, cum hæc in ea virtute contineatur, ac virtualiter in ea reuelata sit; ita inter propositionem hæreticam immediatè oppositam formaliter fidei propositioni, & erroneous propositionem oppositam Theologice conclusioni mediataè, ac virtualiter reuelata, non potest esse alia media, ac proinde erroneous propositione est, hæresi proxima, seu hæretica propositioni. Imò Bañez, ait gradum erroneous propositionis adeò esse hæresi proximum, ut interduam etiam hæresis dici possit; & confirmatur ex S. Thomâ

2.2. quest. 11. art. 2. dicente hæresim esse circa ea, que indirectè pertinent ad fidem, cuiusmodi sunt Theologice conclusiones per evidentem consequentiam illatæ: indirectè enim pertinent ad fidem: sed Canus ubi suprà, ab eo citatus, cautiùs ait modestos Theologos solere eas appellare erroneous, nec audere eas hæreses appellare; quem sequutus Bañez ibidem, moderatur quod dixerat, his verbis, *Sed nihilominus revera, sicut ipsa conclusio est alia species veritatis distincta à veritate fidei; ita oppositum conclusionis est alia species erroris quam oppositum fidei, sicut ipsa.* Theologia distinguitur specie à fide.

Similiter dici potest periculosa in fide, quia periculo fidem exponit: si enim quis negat hanc conclusionem, Christus est risibilis, aperto periculo exponitur negandi, Christū esse hominem, cùm omnis homo risibilis sit: imò punietur ut hæreticus, quia licet ea propositione de fide non sit, nec hæretica contraria, secundum humanam præsumptionem, seu externam, censetur negare non evidentem propositionem, scilicet, *omnis homo est risibilis;* sed illam de fide, *Christus est homo.*

Qui probare contenderit, aliquam ex propositionibus numerandis esse erroneous, debet conuincere, sicut præludio precedenti monuimus, esse evidenter, & necessario oppositam conclusioni Theologice que evidenter, & necessario infertur ex propositionibus de fide, aut altera de fide, & altera lumine naturali nota; vel secundò debet saltem producere testimonia plura antiquorum, noniorumque Doctorum, qui ex certa moraliter consequentia firmiter statuant esse erroneous. Tertiò, debet monstrare ex aliquo loco Theologico, ex quinque in præludio superiori notatis, speciem erroris, & determinatum articulum, & dogma fidei aliquod simili propositione labefactatum, aut in manifestum discriben adducet.

Propositio, que dicitur sapiens hæresi, seu de hæresi suspecta, seu hæresi fauens, præter propositiones illas, que proximè directè fidei opponuntur, ut hæretica, & mediataè, atque indirecta, ut erroneous, est talis conditionis, ut eā licet fides non destratur, nec inmediataè, nec mediataè, nec directè, nec indirecta, tamen ab illa male habet, & quantatur, ac quasi disponitur ad corruptionem, ut rectè notavit Bañez

Bañez 2.2 quest. 11.art.2.dub.penult.vt enim sunt quædam corporum lèsiones, quæ vitam non auferunt, sed male ijs homo habet, ac disponitur ad corruptionem , aut omnino, aut ex parte; ita sunt quidam gradus propositionum, doctrinam non sanam continentes, et si manifestam hæresim non inuoluant, aut errorem hæresi proximum , & de his agit nunc; ac primum de propositione hæresim sapiente. Simancas de Catholicis institut. tit. 54, num. 10. prius agit de propositione hæresim sapiente, quā de erronea, quasi hæc propter hæresis saporem proximior esset hæreticæ propositioni, quā erronea, quæ secundum suam substantiam illi proximior est, vt constat ex verbis Constantiensis Concilij, & rationibus supra allatis.

Præterea ex ipsis propositionis hæresim sapientis verbis apertè constat propositionem hæresim sapientem, ab ipsa hæresi, seu hæretica propositione, cuius saporem præ fert, aliqua ratione distingui , alioquin non hæresis saporem solum haberet, sed eius etiam essentiam, & naturam. Sed qua ratione ab erronea propositione differat, non omnes conueniunt. Turrecremata vbi supra, cap. 10.ad finem, existimat eandem esse propositionem hæresim sapientem, erroneam, & hæresi proximam. Hanc sententiam, authore non indicato, impugnat Suarez disp. 19.de fide, secc. 2.num. 16, argumen-to ex Constantiensi Concilio, & Bulla Pij V. desumpto ; ex quibus ait, nos cogi aliquam distinctionem agnoscere inter hunc gradum propositionis hæresim sapientis , & secundum erroneæ propositionis ; sicut & inter duos primos hæreticæ propositionis, & erroneæ; quia isti gradus numerantur vt distincti, & inferior maiorem aliquam grauitatem, quam superiores habere censetur. Sed sane argumentum esset efficax, si in Concilio Constantensi , aut Bulla Pij.V. mentio esset propositionis hæresim sapientis, sed vt constat ex verbis Concilij, & Pij, ibi est mentio hæreticæ propositionis in primo Iphco, & erroneæ in secundo; nulla tamen memoria propositionis hæresim sapientis; quare argumentum nullum est. Ceterum, ex ista dicendi constabit apertè, aliqua ratione distingui debere, nec tam grauem esse hanc censuram, ac erroneam. Simancas de Catholicis institut. titulo 54, num. 10. ex Geroni, in declaratione veritatum credendarum. Echius lib. 1. de primatu Petri, cap. 6. Albertin.lib. 1. de agnoscendi

dis assertionibus, quest. 6. Castro lib. 1. de hæretic. punitio-ne, cap. 3. censet illam propositionem hæresim sapere , quæ prima verborum significatione , ac prima facie hæreticum habet sensum; quanvis piè intellecta Catholicum possit habere sensum; & illa manifestam sapit hæresim; quæ prima frōte præ se fert hæresis manifesta saporem; vel aliter illa sapit manifestam hæresini, ex qua, & quibusdam veris, quæ nulla tergiuersatione negari possunt , manifesta sequitur hæresis. Idem ipsum sequitur Ludovicus Carbo lib. 4. introduce. in Theologiam, cap. 20. non longè ab initio, vbi varia adducit exempla, præter ea, quorum mentionem facit Simancas, vbi supra, num. 11.ex Cano lib. 12. de locis, cap. 11.

Primam definitionem propositionis hæresim sapientis impugnat ex Cano Bañez 2.2.qu. 11.art.2. dub. penultimo. Supradictæ de curationes propositionis manifestam hæresim sapientis erroneæ propositioni conueniunt; illa enim prima fronte manifesta hæresis saporem fert, ex ea quibusdam veris adiunctis manifesta hæresis sequitur: etenim ex illa propositione erronea, Christus non est risibilis, vera, & evidenti propositione adiuncta , quod omnis homo est risibilis, aperte sequitur, quod Christus non sit homo, quæ manifesta hæresis est. Respondeat pro his Doctoribus Suarez in illa disput. 19. de fide, secc. 2. num. 17. idque ipse sequitur ex Geroni, illam scilicet propositionem hæresim sapere , ex qua coadunantibz at ijs principijs sequitur hæresis, concurrente tamen dupli conditione; prima, quod illa principia omnino certa non sint, licet in Ecclesia valde recepta sint, vel ferè certa; secunda, quod illatio evidens non sit, sed probabilitissima, & communiter recepta. Ratio vero est, quia propositionis hæresim sapiens, eam formaliter non continet, alioquin ab hæretica propositione non distingueretur, sed ex illa sequi potest, non quidem certa consequentia; nam id pertinet ad gradum erroneæ propositionis. ergo vt distinctia ab illa sit, necesse est, vt ab ea certitudine deficiat, quanvis proxime ad eam accedat, ac proinde, vt si quatur ex vi consequentia nec evidens, nec certa, sed probabilitissima; sed licet hac ratione declareret minorem notæ propositionis hæresim sapientis grauitatem, quæ in erroneæ, non tamen grauitatem illa maiorem, quæ pertinet ad sequentes censuras. propositionis scilicet male sonatis, & piarum autium effusus, ex

ex qua magnâ probabilitate sequi potest heretica, vel erroris propositione. Nec bene declarat saporis heresim metaphoram, quæ in ea illatione probabilis consequentia potius, quam certæ, non videtur consistere. Ut res scholasticè innoscet, distinguendum est; nam primum propositione heresim sapientem usurpari potest in lata significatione, pro omni propositione, quæ heretica non est, sed heresim habet saporem, & hoc modo extenditur ad erroneam propositionem, & alias censuras ex ijs, quas subiiciemus; & sic exponi posset Turte remata, & qui ad erroneam propositionem heresim sapientem extedunt. Secundò accipi potest in stricta, ac pressa significatione, pro ea, quæ nec heretica est contra expressam fidei propositionem, nec erronea contra conclusionem cuiusdenter deductam ex fidei præmissa; sed pro ea, quæ cum heretica non sit, nec erronea, habet non heresim substantiam, sed illius alicuius saporem scilicet, non quidem ex se ipsa ortum, ut in naturalibus, quia hic indicat rem ipsam, vinum scilicet, si sapor sit vini, aut panem, si illius sit sapor: in propositione autem heresim sapiente heresim non indicat sub sapore latenter, sed ortum ex aliquibus circumstantijs, in quibus illa profertur. Exemplis res plana erit: hæc propositione, iustus ex fide viuit, heresim saporem non habet in Diuino Paulo lecta; à Lutherano tamen auditæ, aut lecta in libro suspecto, heresim saporem habet, quia à Lutheranis usurpat ad bona opera excludenda. Sic etiam Torres disp. 55. de fide, sect. 3. & Bañez 2.2. q. 11. art. 2. dub. penultim. Similiter metaphora dicitur propositione heresim redolere, seu eius odorem habere; non quis ille heresistodor index sit latentis heresim, sicut naturalis odor latentis substantiae est, sed quia ex circumstantijs propositionis oriatur, ut in proposito exemplo: & similiter in illo, Pater maior me est; quæ propositione in Evangelio lecta, est Catholica; sed ab Ariano prolatæ, redolit heresim: itaque id habet ex circumstantijs, non vero ex propositionis significato, quod nec heresim, nec errorem continet. Hic explicandi modus est longè expeditior eo, quem sequitur Suarius supra. Denique eadem nota, seu censura propositionis esse videtur heresim sapere, ac de heresi esse suspectam: cuius meminere Pius V. & Greg. XIII. illa enim suspicio in eo sapore fundamentum habet, & illa heresim fauens, propter eundem enim saporem illi fauere videatur.

Qui

Qui probare contenderit aliquam ex propositionibus numerandis in sequenti tabularum serie esse heresim sapientem, seu de heresi suspectam, seu heresi fauente, debet primo consignare quam heresim sapient, aut cui errori fauere: secundo, quam robuste sapient heresim, aut illi fauere: tertio debet ostendere illam doctrinam, aut modum loquendi in Doctoribus Catholicis non reperiri: quarto debet probare, per personam suspectam, aut in loco suspecto pronunciari, vel scribi.

## PRÆLVDIVM. SEXTVM.

Quid necessarium sit ad probandum doctrinam alia quam esse male sonantem, vel piarum aurorum offensivam, vel scandalosam.

**N**OTA Propositionis est, quod sit male sonans, & piarum autem offensiva. Quidam apud Suarez disp. 19. de fide sect. 2. n. 18. quorum uox non expressit, sentiunt propositionem male sonantem a precedenti, quæ heresim sapient, non distinguunt: nam illa vox, inquit, metaphorica est, nec propositione saporem habet in ordine ad gustum, sed in ordine ad auditum, & ideo propositione, quæ heresim sapient, male sonat in ordine ad auditum. Sed immerito isti recedunt a communi sententia, que veramque distinguit eo modo, quo explicabimus infra, licet enim neutrarius mentis fiat in Concilio Constantiensi, & Bulla Pij V. sit tamen à Doctoribus infra citandis, qui maiorem turpitudinem, ac gravitatem nocte graduum agnoscunt in propositione heresim sapiente, quam in propositione male sonante. Nec ratio eorum alius momenti est, licet eam non confutet Suarez, nam licet sapor ille metaphorice accipiat, non tam respectu sensitivi auditus, sed intellectuæ qualis gustus, qui percipit illum heresim saporem, quem sensuimus auditus licet percipiat, ut sonus est, non tamen ut male sonat sua significatione, quam solus percipere valet intellectus, nam intellectui etiam sapere attribuitur, immo sapientia a

†

sape

sapere deriuatur, & sapida quodam scientia est, ut ait Samsonus Thomas 2.2. que st. 45. art. 2. & opusculo 9. que st. 31. Simili metaphora tribuitur intellectui audiire, olfacere, gustare, &c. Quare ex illa metaphorā nihil probari potest pro hac sententia.

Simancas de Catholicis institut. tit. 54. num. 16. ex Turrecremata, Albertino, & Castro, vbi suprà, propositionem male sonantem eandem esse existimat cum ea, quæ pias offendit aures, & utramque ait esse, quæ auditoribus, sine pijs leporibus scandalum, & ruinæ præbet occasionem. Sed immorito utramque confundunt; nam, ut infra constabit, specialem quandam turpitudinem habet piarum aurium offensiva. Quare licet male sonantis propositionis sub his terminis non sit facta mentio in Concilio Constantiensi, & Bulla Pij V. propositionis tamen piarum aurium offensiva, non semel, sed ter. Præterea non bene confundent utramque cum propositione scandala, quia sine illo scandalo, propter peruersum loquendi modum de diuinis rebus, aut in Ecclesiæ utilitatem institutis, potest male sonare propositionis, & pijs aures offendere: præterquam Constantiense Concilium utrasque distinguit.

Veritatē distinguendo illustrabimus: nam si propositione male sonans in lata sumatur, ac fusca significatione, sine dubio de erronea propositione, & hæresim sapiente, & plerisque alijs verificatur: nam ex omnes male sonant. Ita recte Canus lib. 12. de locis, cap. 11. Suarez vbi infrà, dicto 2. & amplecti videtur Simancas vbi suprà. Quod si hoc solum contendant citati Autores, non sunt contra nos, quoniam id contendere non videantur. Nihilominus male sonans propositione accipi potest iuxta magis suam significationem, & ut ab alijs censura notari propositionibus distinguatur. Iea Canus vbi proximè, Simancas vbi suprà, ad finem, Bænez 2.2. que st. 11. art. 2. dub. penult. etiam Suarez disp. 19. de fide, sect. 2. num. 18. & Ludouicus Carbo in illo cap. 20. Probatur, assignando specialem eius rationem ab alijs distinctam, quam diuersi diversa ratione assignant. Canus vbi suprà, eas propositiones male sonantes existimat, in quibus nullus fidei criterior contrarius notari manifeste potest, sed absolum nescio quid, atque absurdum, quod pijs, atque religiosas offendat aures. Ita cum explicat Simancas vbi suprà,

ad finem, num. 14. nec impugnat, sed sequi videretur exempla tamen aliqua ex his, quæ Canus assertit, recte impugnat Bænez suprà.

Ludouicus Carbo suprà: Est, inquit, item alia propositione, quæ dicitur male sonans, seu pijs aures offendens; Et ea est, quæ licet nihil hereticum gustui sapiat, quia offensio non est ita grauis, ut gustum, qui est sensus crassior, quam sensus auditus laetatur: tamen auditum, qui est subtilior, offendit, dum quiddam ingratum, & asperum resonat: ut sunt badiusmodi propositiones, plures salvantur ex laicis, quam ex Clericis: Vniversitates, & Collegia hominum vanitate sunt introduceti: leguminibus, & pisibus venter inflatur, & ad concubatum redditur aptior. Hic modus non omni modo quadrat, licet non parum explicet veritatem, tam quia omnino confundit propositionem male sonantem cum piarum aurium offensiva, quæ aliquo modo distinguuntur; tunc quia licet verum sit, in propositione male sonante nihil erroris, aut hæresis sonare, quod aures offendat, tamen non satis explicatur soni metaphora, ut distincta est à metaphora saporis propositionis hæresim sapientis. Quid est enim in lud absonum, & absurdum? quid levius est sapore hæresis, & grauius ceteris notis? Nec satis explicatur, cur auditus, quia subtilior, leviori de causa offendatur, quam gustus, quia crassior: nec declaratur differentia, quæ intercedit inter saporem, & sonum, ut grauior sit nota propositionis hæresim sapientis; quam male sonantis, in quibus potissimum locum habet metaphora saporis, & soni, quæ hic reperitur, sic nos rem explicamus, ut sapor magis intrinsecus sit rei sapidus, quam sonus rei sonatus; nam sapor pro subiecto habet, cui insit rem bene, aut male sapientem: ut ex Aristotele constat, lib. 2. de Anima, cap. 19. vbi ait, gustabile esse quoddam tangibile, & ideò non esse sensibile per medium corpus externum; neque enim tactus tali modo percipit, ergo per saporem, quem intrinsecum habet, gustabile est; sonus vero solùm habet pro subiecto medium aerem: non enim recipitur se ipsa sonante, ut Conimbricensis lib. 2. de Anima, cap. 8. art. 1. ad 2. efficiaciter probat, & ad 2. addunt corpora, quæ soni in euent, sonantia appetitari, non ut sono affecta, sed ut sonum efficiencia, quem ad id unum & sonora dicuntur, quæ idonea sunt ad propinquorum sonum excitandum. Ex quo sit, saporem magis intime rem

rem indicare, quam sonum; propositio igitur heresies sapientis heresim magis indicat, & maiori nota digna est, cum eius preferat saporem, quam male sonans propositionis, cum ex sono minus intimi, magisque remoti indicetur aliquid ibi male tubesse, & absurdum. Quæ, & similes propositiones Doctorum virorum subtiliori auditui, male sonant, eoque loquendi modo merito offenduntur, & ab eo abhorrent, non tamen tam graui censura eas notant, ac illas, quæ heresim sapientes esse diximus, quia hec suo sapore heresim intuimus indicant, ac propter ea maiori nota digna sunt.

De propositione vero piarum aurum offensiva, quam Simancas, & alijs supra indicati cum male sonante immerito confundunt, dicendum est ab ea aliqua ratione distinguiri. Ita Suares in illa sectione 2. num. 10. & plerique, eiusdemmodo specialis sit in Constantiensi Concilio, & in Bulla Pij V. cum non sit propositionis male sonantis; & licet, quod male sonat aures offendat, quedam tamen peculiaris offensio denotatur illis verbis: *Piarum aurum offensiva*, restringi enim videtur offensio illa ad pietatem, pietas autem pro Christiana religione sepe accipitur; nam peculiari ratione pias aures offendit, & in Christianæ religionis dedecus redundat, vt constat in propositionibus, quas Constantiense Concilium notauit, ut resert Canus cap. illo 1. x.

Nota scandalosæ propositionis schismatica, & seditionis potest inueniri cum probabilitate, immo, & veritate. Scandalosa, si sumatur strictè, & vt hic speciatim accipitur, pro propositione, quæ cum nec heretica sit, nec errores, nec ex illis villa (sed talis vt suis verbis scandalum generet, hoc est, quæ occasionem ruinæ alijs præbeat, quod vox ipsa præfert) hec, inquam, ab alijs distincta est, vt Canus, & Suares, & Ludovicus Carbo lib. 4. introdicit. in Theologiam cap. 20. ad finem, Simancas in illo titulo 5. q. n. 17. affirment; & probari potest ex verbis Constantiensis Concilij, & Bullæ Pij V. in quibus, vt ab alijs distincta haec nota ponitur. Et confirmatur hæc doctrina, quia hanc scandalosam notam nulla alia ex predictis notis, & censuris explicitè denotat, & speciale habet malitiam, occasionem alijs ruinæ præbens, ac proinde speciale notam propter id meretur, etiam si nulla alia illi conueniret, cum ad malum incitet, vel à virtutibus deterrat, vt si quis alios ad peccandum moneat, proposita magni-

magnitudine diuinæ misericordie, vel adeò graui eleuet peccata, vt homines inde occasionem sumant illa faciliter perpetrandi; vel si aliquius peccati pleraque referat cōmōda, taliter veritates explanare potest, & applicare, vt consideratis omnibus circumstantijs scandalosæ sint. Igitur si veræ sint propositiones, licet ex adiunctis temporum, & locorum, & personarum scandalosæ sint, possunt sumi esse probabiles, immo & certe: quod si scandalum simpliciter in magna falsitate innatur, ea propositio probabilis esse non poterit.

Hanc notam brevius explicabo. Scandalosa propositione Theologice est, quæ siue veræ, siue probabiliter, siue improbabiliter dicitur, præbet occasionem ruinæ in materia moralis, & dueit, aut mouet ad executionem peccati per modum dilectionis & securæ doctrine. Scandalosa vulgariter est, quæ in materia speculativa, qualis est controversia de immaculate conceptione, non auditur pars aliqua nisi tumultu & offensione ardientium, siue doctrina asserta sit probabilis, siue improbabilis: comprobatur quis omnes processus criminiales contra personas Ecclesiasticas, & regulares, & sumam scelerum, quæ judicialiter constat, evulgat: hic scandalosus Theologice est, comprobatur aliquas doctrinas speculativas male apud fideles receptas, hic scandalosus est vulgariter, et si publicè, aut vulgari sermone eas doctrinas propalare andeat, non verò si latine, & Scholastico, aut in ritido rigore eas defendat: quod maximè obseruandum est pro doctrina harum tabularum.

Schismatica illa est, que occasionem præbet discendi ab Ecclesiæ, vel Romani Pontificis obedientia. Potest interdum esse vaga, & certa, vt si quis indignam vitam aliquorum Antistitum, aut Tribunalium iniustitiam explanet; & tot exempla congreget, vt schisma inde excitari valeat; tunc propositio probabilis immo & certa censuram schismatis promoveret; quando verò inest similis propositionibus falsitas, nulla in illis inesse potest probabilitas, sed grauior censura est inarentia. Similis distinctio adhibenda est circa propositiones seditionis, sunt enim plures doctrinæ probabiles seditionissimæ ex adiutoriis dictorum, locorum, personarum, vt si quis dicat non esse ad Pontificem recursum debitum in ijs, quæ ipsi sunt reservata, vel ipsum non posse aliqui

aliqui sibi reseruare, siue doctrina probabilis sit, siue minus probabilis. Simancas supra num. 18: schismaticam propositionem definit, que divisionem Ecclesie inducit; Ludouicus Carbo verò lib. 4. cap. 20. ad finem, quæ unionem membrorum Ecclesie quavis ratione tollit.

Vt. igitur probet quis aliquam doctrinam ex referendis in sequentibus tabulis esse male sonantem, aut plenum aurum offensiuam, necesse est primo declarare, quis sit ille sonus, aut quæ illa offensio; deinde, quod malus sonus ille, aut offensio non sit præcōrum, aut male affectorum, aut minus eruditorum, præsertim si doctrinæ non vulgari sermone, nec apud vulgus proponuntur. Atque id debet conuincere experientis, aut consultatione multorum. Tertiò probanda est absqua, aut offendens doctrinæ, non per consequentias probabiles, sed vel per manifestas illationes, vel per certa experimenta, vel per communem sensum piorum simul, & Doctorum hominum.

Similiter vt probet, quis esse scandalosum Theologicè aliquam ex doctrinis referendis in serie tabularum, debet manifestè conuincere dari occasionem ruine, in materia morali, per modum dictaminis, & doctrinæ sanæ, aut alio modo, ex nuper relatis, vt autem probet esse scandalosam vulgariter, conuincere debet sermone vulgari scriptam, aut vulgo fidelium propalatam, doctrinam aliquam in materia speculativa, quæ non sine communictu tumultu, & detractione recipiatur. Item si Latinè, & Scholasticè discutiatur, non potest esse vulgariter scandalosa, vt optimè conuincit Abulensis iudiciorio.

## PRÆLUDIVM: SEPTIMVM.

*Quia necessarium sit ad probandum aliquam doctrinam esse temerariam, aut improbabilem..*

**D**E Nota temerarie, & improbabiliis propositionis, plura dicta sunt ab Antonio Saura, in tractatu de examine doctrinæ n. A. Jamus aliqua, Canus cap. 11. ad finem lib. 12. de loco, variis temeritatis modis recenset, sed illi sive patet sive nebula necessarij. Bañez 2. 2. quæst. 11. art. 2. dub. penult. ad finem rectè di-

stinguit de propositione temeraria in sua significatione, & sic eis, *Omnis propositione heretica, & erronæ, est satis temeraria;* si vero stricta significacione, & in specie accipiatur: *Temeraria propositione, ait, est quando quis quidpiam afferit contra communem opinionem Ecclesie, aut Theologorum, sine magna autoritate in materia graui.* Nec ab hac recedit Simancæ definitio in illo titulo 54. n. 16. Ea propositione, inquit, temeraria est, quæ nulla graui autoritate, aut infra ratione insolenter, vel ardenter afferitur. Et pro ea citat Antonium Turrecrematam, Albertin. Alphons. de Castro, Canum vbi supra, & Germonem in fine epistole de susceptione humanit. Christi, magis ex arte definit Torres 2. 2. disput. 54. dub. 4. vbi hoc propositio temeraria communiter à Theologis ex dictatur, quæ est contra communem Doctorum sententiam, sine graui fundamento authoritatis, vel rationis; additque alio sensu temerariam dici propositionem, quando quis affirmit rem, vt valde certam sine certo fundamento.

Sed quid intelligendum est per communem sententiam; nam Iuri spiriti communem sententiam vocant, quæ multorum authoritate nititur, etiamsi opposita multorum etiam sit. Quare apud ipsos non semel, sed sæpè, ac sepiùs duæ contrarie sententiae conamunes suæ; quia multos quævis, & graves habet Authores, adeò vt Zarallo integrum volumen ediderit autem speculi opiniones communium contra conamnes. Respondeo Theologos non ita communem opinionem accipere, sed quando oenies, vel ferè omnes, paucis exceptis, eandem sententiam amplectuntur, vt rectè obseruat. Ciilius lib. 1. træct. 7. cap. 13. vbi addit: *Cum in Theologia sint diverse familie sub diversis Authoribus, quamvis inter eiusdem familie Doctores sententia aliqua communiter recipiatur, dici non debet simpliciter communis, si ab alterius familie Doctoribus rejeciatur, sed solum cum addito; scilicet communis inter Thomistas, aut Scotistas; quia in re, inquit, multi insolenter agunt opinionem inter suos receptam communem similiter appellando, & contrarium temeritatis arguendo, cum tamen non paucis, ac graibus Doctoribus fulta sit.*

Sed vt rem hanc definiamus, dicendum videtur cum Suarez disp. 19. de fide, sect. 2. n. 20. temeritatem ex S. Thoma 2. 2. q. 63. art. 3. ad 2. esse præcipitationem quandam sine iudicio,

dicio, vel rationis regula, quasi per contemptum eius. Quare ut implurimum ex superbia nescitur. Erit ergo ad rem nostram illa propositio temeraria, que sine rationis regula profertur; sub regula autem rationis auctoritas comprehenditur, quia de piersque rebus ipsa ratio dicit multum ex auctoritate pendere; quod maximè verum est in fidei rebus, & Theologicis, que auctoritate potissimum nesciuntur; tum etiam, quia dicit non sine ratione dici, quod à pluribus, ijsque doctis viris assertur. Etenim magnum in rebus humanis argumentum est veritatis, placuisse tot viris, ingenio, ac doctrina præstantibus. Distinguit autem Suarez ibi de propositione temeraria positivè, & privativè; temeraria positivè est, quando repugnat receptæ, vel Patrum, vel scholastico-rum sententie; ita tamen, ut omnes, aut fere omnes in ea conueniant, etiam si non afferant certam esse, sed probabiliter, aut simpliciter veram, quia tunc vix fieri potest, ut secundum rationis regulam possit aliquid rante auctoritatib; opponi, quia non est credibile Patres, & Doctores sine conscientia ratione, vel sacro testimonio, in eam conspirasse sententiam, ideoque non potest contraria propositio efficaci ratione nisi; vnde cum etiam auctoritate desit uatur, & tot Doctoribus opponatur, temeraria positivè, & contrariè meritò censetur.

Sed licet hoc in communi rectè dici videatur, exceptionem tamen habet hæc regula, & fallit aliquando, ut ait Gillius lib. 1. tract. 7. cap. 13. scilicet, quando posteriores Doctores aliquem primum dicem secessi sunt, absque ullo examine, & discussione veritatis, sola eius auctoritate ducti, ut notauit Nauarr. in Manualis, cap. 27. n. 189. & Bænez in hoc articulo 8 dub. ultim. post 2 conclus. *Quando omnes, inquit, fere Theologi conuenient, licet unus; aut alter ab aliis rum sententia discrepet, nihilominus illa oppositio in suo manet, robore, nisi forte ille unus tantæ esset auctoritatis, vel probationes adeo validas insuciret, ut eius iudicium pluri- bus alijs equaleret.* Gabriel Vázquez 1. 1 disp. 62. cap. 3. & ex eo Torres 2. 2. disp. 65. dub. 3. docent non sufficere, ut aliqua sententia temeraria sit, contra communem sensum scholasticorum esse, si efficiacem aliquam rationem habeat, aut magni momenti testimonium prioribus Doctoribus cognitum: consentit item Gillius in illo tract. 7. cap. 11.

loquens de sententia contrariè singulari, quam exteris rei- ciant, eam autem probabili censet, si efficaci fulcitur ra- tione. Et merito quidem nam sunt in multis sententia, quæ ali quo tempore communes fuere, postea vero aliquo Doctore rem penitus insufficiente contraria forescere cœpit com- muni: sive fieri. Quocirca Bænez ubi supra ait posse aliquod dogma in uno tempore esse commune omnibus Theologis, & subsequente deinde tempore, & veritate magis perspe- cti communiter refelli absque temeritate; & propositis ex eius concordis. Quod enim uno tempore occultatur, postea per diligentiam, & studium aduentantium multoties innotescit.

Pecunia propositio, temeraria priuativè, ut loquitur Suarez, siue negativè; ut Gillius lib. 1. tractatu 7. cap. 13. & alijs vocant, est, quæ solo proprio ingenio sine sufficien- tia auctoritate, vel ratione excogitata est. Hæc enim deficit à recta rationis regula, & presumptionis aliquid habet, ac proinde in materia maximè supernaturali, & Theologica temeritate non caret, licet levior hec sit, quam in positivè temeraria, & illi non possit adaptari, ut plurimum, aut ratio ex sua Theologica. Dixi, maximè, quia in materia na- turali Philosophia, aut Metaphysica, aut simili, temeraria quidem erit non simpliciter, ut in materia Theologica, sed secundum quid, scilicet in hac, vel illa materia: dixi in mate- ria supernaturali, & Theologica, quia si in hac sit contra ge- nerales fidei regulas, vel receptas in Theologia, exceptione quadam ab illis voluntariè, & sine probabili fundamento facta maximè temeraria est. De qua Canus libro illo 12. de locis cap. 11.

Vt aliqua ex propositionibus numerandis in hac serie ta- bularum dicatur esse temeraria, hec omnia coiuncta sunt. Primum materialium de qua tractatur esse Theologicam, & ad fidem, aut bonos mores pertinentem, non philosophicam speculatiue, non historicam de rebus à Sede Apostolica minime definitis, non Medicam, aut Mathematicam. Secundum debet conuinciri esse temerariam positivè contra communem Patrum, vel Scholasticorum consensum. Tertiò manifestè probandum est, nullum aut paucissimos eam propositionem docuisse: aut si dicatur esse iam antiquatam exhibenda est manifesta, & concludens ratio, quæ talis sapientissimis omnibus videatur, aut irrefragabilis auctoritas Pontificum, vel

Conciliorum. Quartò conuincendum est nullam esse efficacem rationem, aut firmum testimonium, ex quo sibi paterit deteri communis sensus Scholasticorum, v. g. Non enim est absolute temeraria doctrina, quæ ab illis discedit, sed ea solum, quæ sine fundamento graui ipsius contrariatur. Quinto necesse est, ut Doctores qui in contrariam allegantur, non dixerint obiter, aut per condescendentium, aut dubitatiue, aut conjecturaliter suum sensum, sed rem ex professo tractantes. Sexto tandem necesse est, ut eundem sensum expresserint, veluti ad religionem, aut fidem maximè pertinente.

Sed rogabit quispiam, an satis sit ad temeritatis notam, quod propositio sit contraria illi, quam insignis aliqua universitas tenetet præcepit ex consilio, & decreto suorum Doctorum. Affirmare videtur Canus lib. 12. cap. 11. censet in fidei materia, & religionis sat esse insignis alicuius Academie censuram; non vero in alijs: verum ut ea doctrina Cani vera sit necesse est illam Academiam esse insignem & florentem doctissimis, & eruditissimis viris: deinde ut singuli propositionem, aut doctrinam examinauerint. Tertio, ut unanimitate consentiant. Quartò, ut fundamenta exhibeant irrefragabilia. Quinto, ut propositio talis sit, quæ pro se nullos habeat antiquos Doctores, vel sapientissimos recentiores. Sexto, ut sine spiritu contentionis, aut violentia coactione decernat.

Circa improbabilem notam aduertere sufficiat, sicut non est opinio temeraria, quæ contra communem est, quando efficacem habet rationem, aut grave, quo ntitatur, testimonium: ita dicenda non est improbabilis opinio, licet sit contra plures, & pro se unum, aut alterum habeat, si probabilem pro se rationem habeat, ex probabilibus deductam principijs, ut notavit Torres 22. disp. 55. dub. 3. Non ex sola auctorum multitudine, sed ex argumentorum etiam pondere, quibus opinio probatur, eius probabilitas oritur, sapè enim pauciores Doctores maioris momenti rationibus utuntur ad suam sententiam confirmandam, praesertim quando multi ce non satis discutit, aliquem ducem sequuntur; mox unius Doctoris classici auctoritas satis est, ut eius opinio probabilis sit, ut dixit Azor lib. 2. institut. moral. cap. 14. in principio, Torres loco citato, Gabriei Vazquez 12. disp. 62. c. 4.

ex doctrina Aristotelis 1. Topic. c. 9. dialecticum problemati constituentis ex opinione viuis sapientis eximij, & S. Thom. q. i. odl. 3. qu. 4. art. 10. ex quibus idem docet Gillies lib. 1. tract. 7. c. 11. & ita concludit: *Opinio aliqua erit improbabilis, quando nec habet plures auctores, nec aliquem Doctorem magnam auctoritatis, vel rationem apparenti ratiocinatione deductam ex principijs communiter receptis, ut veris, vel saltem probabilibus.* Sed de ijs infra..

Quares, in quo differat improbabilis propositio à temeraria, cum enim improbabilis sit, quæ idoneum non habet fundamentum auctoritatis, aut rationis, & idem conueniat temeraria, non apparet, quo differant? Respondeo, eo differre, quod temeraria dicitur, quæ est contra communem DD. sententiam sine graui fundamento; at improbabilis potest esse, etiā si nō sit cōtra cōmūnēm sensū, quia eam questionē pauci tractarunt, & dicitur improbabilis, quia pro se appa-rens argumentum non habet. De probabilitate hęc delibera-mus: integro enim libro illius natura explananda est.

---

## PRÆLUDIUM OCTAVVM:

*Quid necesse sit, ad probandum aliquam propositio-nem, aut tractationem esse indecentem, circares,*  
*aut personas sacras, & divinas.*

**P**OSSET Aliquis existimare propositiones, aut tractationes aliquas circa corpora Christi, & Matris fore repellendas, quia indecentiam aliquam contineant, quæ quodammodo blasphemiam redolere videatur. Fateor posse esse indecentiam dure plectendam in aliquibus tractationibus, circa res sacras, si illæ, aut inordinatis, & effrenatis verbis, aut sine utilitate, & exemplo disserantur: verum cum nulla controversia ex proponendis quarta parte tabularum, à sanctis Patribus, vel priorebus scholasticis, vel à magni nominis Theologis non fieri disputata, non potest subire præmissam censuram: id maxime verum est in his thesibus, quæ ad eum totum fixum destinantur, ut expioretur iniuria originalia corporis, quoad inten-ticam

secam constitutionem corporis Christi, & veritas retrogratuarum, quæ à Concilijs, & sanctis Patribus, pro ipsius corpore declarata est; & preximenteria sanctissimæ Virginis in corporalibus, quæ à sanctissimis Doctoribus, & eruditissimis Scholasticis, magna assueratione defenditur. Verborum delectas plures theses, & locutiones ab indecentia liberat: v.g. dicas candorem corporum Mariæ, & Iesu, que utriusque corpus esse velut nū em Armenie, indecens est locutio: quod si Armenio compates pia est, & laudanda colatio: & tamen idem sunt Arminius, & nos Armenie.

Vt autem innoteat plurima huius generis tractari ab Scholasticis, quæ minus versatis, aut iniustis, aut indecentia viderentur, res tam quæstiones nonnullas.

S.Thomas in 3. distin. 12. quæst. 3. art. 1. disputat quare Christus non fuerit Hermaphroditus, & plerique Scholastici ibidem.

Ibidem quare non assumpsit fœmineum sexum, & plerique Scholastici in eundem locum.

1.p.q. 98. & in 3. Genesis, utrum essent excrements in Paradyso: & omnes ferè Scholastici in 2. dist. 20.

In 4. dist. 44. utrum sancti resurgent cum intestinis; & omni ferè Scholastici ibidem.

3 p.q. 54. art. 2. utrum Christus cum fœlla, aut ipsius receptaculo à mortuis surrexerit; in qua controversia allegat Augustinum de illa differentem.

Innumera huius generis disquirit S.Thomas in 2. dist. 20. & in 4. dist. 44. & per uribus alijs in locis: authoritas tantum Magister magistri & concinxit pulchram esse in ijs tractacionibus in lectionis.

Alberens Magnus plurima huius coloris disputavit in sententijs, & in summa Theologica, & in libris de animalibus; exempli gratia ex unico tantum libro super Misericordiam exempla producet.

An Angelus Gabriel apparuerit in specie serpentina, an in columbina, an in humana.

In quo sexu apparuerit, in qua etate.

An in vele, candida, an bicolorata, an sordida, an alba.

An in ortu diei, an in meridie, an in vespera.

Quis fuerit color capillorum Virginis, quis oculorum.

A

An sciuerit artes mechanicas, an liberales, an Grammaticam, an Rheticam.

An sciuerit Logicam, Physicam, Quadrivium, Musicam, Astronomicam.

An sciuerit librum sententiarum, & omnia illius capitula.

Præter viginti quatuor capita circa præmissa, alia plurimam tractat Magnus Albertus, & pleraque ex illis disputant S.Antoninus 4.par.tit. 15. & similes aliae tractationes discunt præfertim cap. 9. 11. 16. 17. 19. 20. 21. 23: v.g. utrum si Deus pater fuisset vir potuisset esse naturalis parens Christi; utrum Mariæ granida sedente Christus federet, atque ipsa cubante cubaret; & plura huius generis.

In alijs Authoribus antiquis sunt innumera huius generis, verum ad exemplum paucitas idonea.

Cum igitur quæcumque in quarta parte tabularum proponuntur, vel à Concilijs, vel à Patribus, vel ab Scholasticis disputatione, nulla potest esse indecentia. At qui esse inesse existimauerit, probare debet primo à nullo gravi Scholastico, aut Patre tuisse thesim disputationem. Secundo, nullam habere utilitate nullius tractationem. Tertio, offensionem in inquietudo lecti in idiomate Latino; plura enim sunt quæ Latinæ tractari debent, vt controverxis de prædestinatione, & præscientia, & similes aliae, & tamen vulgari sermone præposita magna incommoda possunt inuenire.

*Appendix de moderatione exhibenda pro inferendis censuris Theologicis.*

Ceterum est esse aliquas propositiones verissimas, quæ ab Ecclesia Dei, v. g. si quis lingua vulgariter nimis exaggeret difficultates confessionis, & frequentis communionis; si occulorum criminum, quæ ab Episcopis, Religiosis, & Clericis perpetrantur narrationes spargat, si vera contumia aduersus personas Ecclesiasticas viventes habebit innumeratio scripturarum comovendet, si alias pueras huius generis veritates scandalotas, & editiosas, inuictas, plurimas

piarum aurium offensivas disseminet, quales sunt nonnullæ historiæ de quibusdam gestis in Congregationibus generali- lium Conciliorum, quæ non sine ignominia Episcoporum, & Synodorum dedecore scribuntur. Non igitur dicimus has propositiones veras, casus nihilominus genus aliquid censuræ Theologicæ merentes esse impossibile, cum interdum accidat illas esse probabilissimas, interdum verissimas, & certissimas, sed loquimur dumtaxat de illis doctrinis, que quia false sunt, & plusquam false, singularis aliqua ignominiosa nota illis inuritur: quamquam plura de ijs dixit Saura, tract. de examine doctrinarum, hic iterum de eadem materia, diversis quidem testimonijs, & argumentis pertractauimus, quatenus instituto nostro necessarium videtur.

Si generaliter thesim consideres, res ardua est, & quæ ma- turo iudicio maxime indiget, ne præcipiti censura eam asser- rentibus irrogetur iniuria: eo enim iudicio non solum de ve- ritate agitur, quæ potissimum consideranda est, ne ipsa, & fi- des, & Ecclesia detrimentum patiantur, sed etiam cura dili- gens necessaria est pro bono assentientium nomine, atque ho- nore, præsertim cum apud fidei Censores res agitatur. Licet enim aliquid aliud ad personam notandam, quam ad propo- sitionem requiratur: ad personam enim notandam pertin- cia necessaria est; ad notandam vero propositionem, illius solum significatum attenditur, ut obseruarunt recte Couarr. 3. variar. cap. 1. & Castro de iusta hæreticorum punitione, lib. 1. cap. 3. tamen propositionis nota in personam eam as- serente redundat, & ei iniuria irrogatur, si eius propositioni, quæ censura digna non est, aliqua nota, vel grauior, quam ip- sa meretur, inuratur. Ex hac parte expedit, ut quisque sibi persuadeat consultius esse in notando, & condemnando mo- deratè se gerere. Propositio igitur censura digna, quatenus nostro themati conuenit, ea est, quæ non solum est falsa, sed etiam plusquam falsa, ac proinde ultra communem falsita- tis gradum, digna est ignominiosa alia nota. Esse quidem va- rios censurarum gradus latè expendit Saura, tract. de exami- ne doctrinarum, ex autoritate Conciliorum, Pontificum, Patrum, & Scholasticorum. De illarum distinctione agunt Sanctus Antoninus 2. part. Theologali, titulus 12. cap. 5. Sylvester verbo Hæresis, quest. 1. Turrecremata in summa, de Ecclesia, lib. 4. part. 2. cap. 11. Albertus. tractatu de agno-

scendis assertionibus, quest. 6. Canus lib. 12. de locis, cap. 11. Castro de iusta hæreticorum punitione, lib. 1. cap. 3. Simanc. de Catholicis, iust. tit. 54. & io. Enchirid. violata Religio- nis, tract. 24. Corduba lib. 1. Questionarij, quest. 17. Peña in directorio inquisit. part. 2. comment. 26. & 27. post quest. 2. & 3. Expositores S. Thomæ 2.2. quest. 11. art. 2. vbi Torr. disp. 55. dub. 3. Suarez disputat. 19. de fide, lect. 2. Ludovic. Carbo lib. 4. introduct. in Theologiam, cap. 17. & quamvis eidem propositioni plures ex his note possint inuri: nam in Concilio Constantiensi, scil. 22. propositio: *Christus quo- tidie peccat*, erronea, scandalosa, & piarum aurium offensiva appelleretur: hic tamen singillatim de viuise viuisque propria ratione diximus, inuicemque distinctius, ut inde quantum à probabilitate recebat possit innotescere; nam licet aliqui Doctores non semel eas confundant, ex Concilijs, & Pontifi- cium Bullis, in tractatu de examine doctrinarum allegatis, constat diuersas esse. Quocirca recte Suarez disp. illa 19. de fide, lect. 2. num. 2. obleruat aliquando inter eas censuras, & earum gradus oppositionem esse contradictoriam, seu pri- uatuum, ita ut non possint eidem propositioni attribui. Sed in genere obseruandum est ad ferendum iudicium de qual- itate, & censura propositionum, necessariam esse maximam notitiam, non solum materiæ, de qua est propositio, verum- etiam Authorum, qui de ea, vel cursim, vel ex instituto dis- putacunt; nam sine exacta materiæ, in qua versatur proposi- tio, cognitione, facilis est eam non tantis lapsum, cum sic diffi- cillimum certum qualitatis propositionis, ac note gradum attingere, quia supponit validè accuratam rei, de qua agitur comprehensionem. Quare prudenter Bañez 1. p. q. 1. art. 8. dub. ultimo, conclus. 1. ad finem, ait heret. quodam Theolo- gos irrideri, quia magna facilitate sententias omnes, que eorum iudicio non consonant, grauioribus censuris inurunt, & reprehendi quidem debere, qui opinionibus proprijs, vel aliorum etiam nimis adhaerentes, statim contraria dogmata præcipiti quadam sententia, absque sufficienti ratione dam- nant. Addit præterea Suarez disp. 19. de fide, lect. 2. num. 21. in easdem censuras incidere posse eos, qui incantè proposi- tiones huiusmodi notant, quod latissimè expedit Saura integro capite, in tractatu de examine doctrinarum, nam sicut temerarium esse potest aliquam simplicem propositionem asse-

assercere, ita temerarium erit remeritatis censuram sine fundamento imponere, quando illam propositio non meretur, idemque dicendum, seruata proportione, de alijs censuris, cum propositiones immerito illis notantur, quia in talis censuræ affirmatione talis potest esse à veritate recessus, qualis in ipsa propositione est. *In dñ (inquit) tales censuræ imprudenter prolate scandalum generant, & iniuriosæ sunt, quia & infamiam inurant, & interdum alia incommoda, & detrimēta afferunt, & ideo prudens Theologus, ac timoratus, diligenter obseruare debet, ut has censuras sine magno studio nō efficiat.* Addit præterea sect. 6. eiusdem disp. n. 6. *Existimo posse facilè peccari grauiter in h-ic materia, exaggerando proprias opiniones, & contrariis censuris, vel conuictijs sine delectu afficiendo; nam illud facile esse potest perniciosum mendacium cadens in aliorum infamiam, vel iniuriam, & aliquando in grauem pœnam, ac nocumentum, & ideo in hoc negotio magna moderatio, & prudētia seruanda est.* Sed longè ante vtrumque, ac sapientissimè Nazianz. orat. 26. *Illud (inquit), saltem tibi impera, ut fratrem non condennes, nec temere, ac præcipiti iudicio eum condennes, quin potius hic humilem te præbe, dum licet: hic nullo cum tuo detrimento fratrem tibi antepone, ubi condonare, & contemnere nihil aliud est, quam à Christo ejcere, atque exturbare, occultumque triticum. & qui dem triticum fortasse te præstantius vnu cum zizanijs excindere (loquitur de heresis nota) hanc rationem tene, ut partim illum corrigas, idque leniter, & humane, non ut boſtis, nec ut durus, & rigidus medius, nec ut ſectionibus tantum, & cauterijs aduersus morbum griffari ſciens: partim te ipsum, ac tuam inſermitatem agnoscis. Quid enim ſi lippientibus oculis, aut alio quopiam mōrbo laborantibus obscurum Solem afficias? Quid ſi omnia verti, ac ſursum, deorsumque ferri putes, ipſe nauſea correptus, ac vino obrutus, ignorasti amque tuam alijs tribias? Multum, diuque antea versandus, atque cooptorquendus est animus, multa ferenda, quam ut alium impietatis draconemus. Non idem eſt stirpem, & breueram quendam, & caducum florem euellere, atque hominem excindere.* In dñ Dei es, & imaginem quoque Dei alloqueris, iudicunt quoque ſubibis, qui iudicas, & quidem alienum ſeruum iudicas, ſic fratrem tuum explora, quia ſi ipſe ad eandem mensuram expendens, &c. Vbi alias ſublangit rationes.

## PRÆLVDIVM NONVM.

*Dicit locis ad faciendum probabiles opiniones sequentia tabularum.*

*De proprio Theologiae loco probabili ex Patrum authoritate.*

**O** Mnia loca humana tantum authoritate nitentia fallibilia ſunt, iuxta illud Psalmi 115. *Omnis homo mendax;* hoc eſt, ratione ſuſ ignorantiæ, aut malitia falla dicendi periculo homo ſuo ingenio ductus expositus eſt. Vnde Augustinus cap. 9. lib. 2. de ordine humana nati authoritatē plerumque falli, eſtque communis Patrum ſententia, ſacris literis, ſolis eum honorem haberi debere, ut affensus preſtetur, quia ipſe dixerint.

Locus ex Patrum authoritate proprius quidem Theologiz est tam Scholasticæ, quām moralis, & poſtiuꝝ, cum nulla naturalis ſcientia eo vtatur, ſit verò in communi uſu non ſolum recentiorum Theologorum, ſed antiquissimorum etiam Patrum, & Conciliorum, ut ex Lateranensi 2. consultat. ſ. ex 5. Synodo generali, & ex ſexta Synodo innotescit. Præterea Augustinus in libro cōtra Julianum, pluribus ſanctorum Patrum, etiam ſui temporis testimonij utitur, Hieronymus ſimiliter aliorum Patrum refert placita. Fulgentius, & Prosper ſancti Augustini vettigia ſequuntur, ut cateros pretermittant. Denique cap. maiores, de Baptismo, & cap. cum Martha, de celebrat. Mift. vel ipſi Summi Pontifices de Theologorum ſententia respondent. De S. Thoma, & Scholasticis res probatione non eget, cum fere ſemper ex majori ſententia decernant.

Licet igitur hic locus in uſu proprius Theologiz ſit, & Theologorum Scholasticorum, Moralium, & Poſtiuorum, ut ex dictis conſtat, tamen ſoium probabilis eſt. Vtrumque docet S. Thomas 1. part. quæſt. 1. art. 8. ad 2. & cum eo omnes interpretes. Hic enim non eſt ſermo de concordi omniū Patrum ſententia in ijs, quæ ad fidem pertinent, vel ad mores; nam haec ſi ſeorsim vnanimiter ſcriperint, ad Ecclesiæ

authoritatem, si simul in legitimo Concilio congregari ad generalis Concilij authoritatem spectant. Quod intelligendum est, cum in rebus consentiunt ad fidem, vel ad mores pertinentibus, & id tanquam rem de fide affirment; nam si conueniant in rebus minime ad fidem, aut mores spectantibus, vel in aliqua re tanquam probabili, probabile inde solum, grauiusimum tamen accipi potest argumentum. Quocirca Suarez disp. 4. de fide, sect. 2. n. 5. Si (inquit) Patres, vel Scholastici in aliqua sententia conueniant, non afferendo illā esse de fide sed iudicium suum in ea preferendo, non facient rē de fide. Quia semper manent intra mensuram humanæ authoritatis, nec sit magna temeritas ab eis dissentire.

Sed sermo hic est de singulorum, vel etiam plurium sententijs, è quibus quidam sunt, qui nullam habent peculiarem Ecclesiae approbationem, & de his certum est apud omnes errare posse, ac proinde non esse illis maiorem fidem adhibendam, quam ab eorum autoritate, vel ratione petita probatio exegerit. Ita S. Augustin. in proemio lib. 3. de Trinit. & lib. 4. de anima, & eius origine cap. 1. & epist. 19. ad Hieron. & 2. de Baptismo contra Donatistas, cap. 3. & epist. 48. ad Viacent. & 111. ad Fortunat. quæ omnia ad verbum referuntur à Gratiano dist. 9 & in omnibus constanter affirmat Augustinus solis Scriptoribus sacris, seu Canonicis eum honorem deferendum, ut errare non possint; ceteris solū credendum, quatenus autoritate, aut ratione probauerint: quod etiam probat Henricus in summa, art. 16. & omnes ferè Doctores.

Ratio verò est, quia non solum singuli Patres interdum veritates aliquas non comprehenderunt, sed etiam nonnulli in aliquas non veras opiniores inciderunt, vt probat Canus lib. 7. de locis, cap. 3. & Sextus Senensis lib. 5. & 6. Biblioth. & Paulus Silvaticus in decisionibus, & alij plures. Potest tamē ex his Patribus tripliciter sicut argumentum. Primo, quando vobis tantum nomine negante, affirmat. Secundo, quando multi dicunt aliquid esse non omnino assertiuē, sed probabiliter tantum, sullo contradicente. Tertio, quando multi quidem idem dicent, tamen non piane conueniant, sed alij contradicunt. Quinque etiam modis negari potest Patrum aliquorum auctoritatem: primo, quando aliquid dicunt contra sacram Scripturam, vt dixit Origenes esse saluandos,

dos, & hominum animas ab eterno esse creatas: secundo, cùm aliquid Patres ante dixerunt, cuius contrarium à Concilio definitum est, veluti de Cypriano constat circa rebaptizandos hereticos, vt ostendit Augustin. 2. de Baptismo contra Donatistas: tertio, quando Ecclesia magis alteri parti videtur fauere, vt quod Beatissima Virgo non sit concepta cum originali peccato: quartò, quando unus alij afferit, cuius contrarium omnes alij docent, vt de sententia Augustini, quod omnia simul condita fuissent: quintò, quando inquinatur de Philosophicis rebus contra communem Philosophorum sententiam, vt cum Chrysostomus negat prius esse cœlos, Augustinus, & Laetantius Antipodas.

Agendo de his, quorum doctrina Ecclesia habet approbationem, Glossa cap. Sancta Romana, dist. 15. existimat propter eam approbationem nihil erroris, aut falsitatis eorum Patrum sententiam continere. Sed hunc glossa intelligendi modum, manifestum continere errorem, ait Canus lib. 7. ca. 3. conclus. 2. Castro vero lib. 1. aduersus heres, cap. 7. in petitiam vocat, & aulaciam in risu dignam, & authorem mendacem. Contra glossam etiam fusè Abulensis in suo defensorio, part. 2. cap. 18. 19. & 20. & potissimum 81. 82. 83. 84. & 85.

Idem contra glossam sentiunt Horantius lib. 5. locorum Catholicorum, cap. 2. & 3. Palatius quest. 8. Prologi, & Gililius lib. 1. tr. & 7. cap. 11. qui his verbis exponit: Quando nihil in particulari decernendo, sed tantum per verba generalia Doctoris alicuius doctrina recipitur, aut approbatur, ex hac approbatione habet magnam prærogatiuam probabilitatis, non tamen infallibilem certitudinem veritatis.. Quod in illo num. 10 & 11. fuit probat. Adeo ex illa approbatione haberi, quod ea doctrina sit viri pīj, & orthodoxi, de quo nulla est suspicio: quod aliquid aduerius Ecclesiam docere volueri. Quod si id reperiatur in eius scriptis, vel piē interpretandum, vel non ex pravo affectu dictum: esse iudicandum, quod colligitur placere ex Galasio in Cōcilio Romano: A iudice est, quando Ecclesia in particulari definiendo di Etrinam aliquam alicuius sancti approbat: tunc enim ea Patris doctrina coinciditcum doctrina Ecclesie, atque ideo habet infallibilitate auctoritatem; non quia ab uno, vel non ibus tradita, sed quia Ecclesia decreto consimata est. Hancmodi est epistola Leonis

nis Papæ ad Flavianum, contra Euthychetis heresim, que  
vsque ad vitium iota approbatur, & ex ea particulari ap-  
probatione infallibilem habet auctoritatem.

In hac serie tabularum plura sunt, quæ non vnuſ tan-  
tum Pater, sed aliqui nemine contradicente affirmant; at-  
que illa non possunt non esse probabilia. Deinde alia sunt, in  
quibus multi Patres idem dicunt, sed non conueniunt alijs  
contradicentibus; atque in ijs utraque pars est probabiliſ.  
Tertiò alia quædam asserta sunt, quæ non omnino assertiue  
à nonnullis Patribus effteruntur; atque in ijs sua etiam inest  
secum probabilitas.

*De proprio Theologie loco probabili ex auctoritate  
Scholasticorum.*

**A**ntequam expendo auctoritatem Theologorum ad con-  
ciliandam probabilitatem opinionibus, suppono princi-  
pium aliud de ipsorum auctoritate vñanimi, quæ certi-  
fimas reddit sententias ab ipsis sine controversia receptas.  
Quod Scholastici Doctores locum habeant, eumque magne  
in Ecclesia Catholica auctoritatis, tam certum est, vt opus  
non sit in eo probando immorari; Ecclesia enim in quacum  
que ætate suos habere debet Doctores, quos Deus illi dedit,  
vt Paulus ait ad Ephes. 4. alios autem non habet, nisi Theo-  
logos, & qui ad eos reuocantur Iusti canonici peritos. Præ-  
terea ab eo tempore, quo Scholastici florere cœperūt, Scho-  
lasticorum doctrinā Ecclesia ysa est in suis decretis confi-  
ciendis, hereticorum erroribus refutandis, & rebus dubijs  
explicandis, idque ex Conciliorum actis constat, quæ post  
eorum ortum congregata sunt; licet autem inferioris auto-  
ritatis sint, quām Patres, hi eoum antiquitate, doctrina, &  
sanctitate illis præstiterunt, & singulari Dei spiritu illustrati  
diuinæ res tractarunt, & quæ ab Apostolicis viris acce-  
perunt, suis monumentis posteris reliquerunt: Scholastici vero  
ea collegerunt, & examinata rationibus vitro citroque iacta-  
tis, nobis tradidēcunt. De Scholasticorum igitur communī  
consensu in rebus ad fidem, vel mores spectantibus, non hic  
agimus: communis enim sententia est, infallibilem eum au-  
toritatem continere, ac proinde irrefragabile argumētum,  
& illi oppositum errorem in fide esse, aut illi proximum. Ita  
docent

doçent Canis de locis, lib. 3. cap. 4: conclus. 3. & lib. 12. cap.  
7. p̄cept. 8 Bañez 1. p. art. 8. dub. ultim. conclus. 3. Trigo-  
linus in summa Bonavent. quest. 1. artic. 3. dub. 3. §. 7. locus;  
Ludovic. Carbo libro 5. introduct. in Theologiam, cap. 10.  
Addit Bañez supra ad 3. duplicit Theologos aliquā senten-  
tiam docere: primò firmiter afferendo tanquam certam, &  
tunc vñanimis in his consensus, quæ ad Religionem perti-  
nent, argumentum de fide facit: secundo modo, non firmiter  
afferendo, sed quasi dubitando, hoc verbo videntes, videtur,  
aut probabilitē dicendum; & tunc licet omnes conueniant,  
oppositum sentire licitum est. Quod exemplis illustrat, quæ  
legi apud ipsum possunt. Suarez de Fide, disput. 4. sect. 2:  
*Si Patres, vel Scholastici conueniant in afferendo rem esse de  
fide, semper applicabunt aliquam regulam fiduci, cuius ipse  
sunt quasi testes, & ratione illius faciunt certam fidem.* Idē  
doçent plerique alij recentiores. De quibus plura à nobis  
dicta sunt in opusculo de examine doctrinarum, cap. 1. & 2.  
& in preludio primo huius tractationis.

Proabant primò ex Lucæ 10. *Qui vos audit, me audit;*  
quod non solū de primis Ecclesiæ Doctoribus dictum  
fuisse, verum etiam de ijs, qui futuri sunt toto Ecclesiæ tem-  
pore, existimant. Confirmatur ex Paolo ad Ephesios 4.  
*Alios dedit Pastores, & Doctores; ij autem, qui sunt à tem-  
pore, quo Scholastici florere cœperunt, nisi Theologi Do-  
ctores?*

Secundò, quia si omnes Theologi in rebus fidei, & mo-  
rum errarent, tota Ecclesia posset errare, quod est absurdū.  
Sequela probatur: quia Theologi sunt Doctores populorū,  
quibus illi credere debent; si enim omnes errarent, Ecclesia  
esset exposita maximo errandi periculo.

Tertiò, quia Ecclesia s̄pē definit tanquam de fide, illi  
quas propositiones, quæ in sacris literis non habentur ex-  
prefse, sed communiter, & constanter asserebantur ab omni-  
bus Theologis, qualis fuit hæc: Christus habet humanam  
voluntatem, quam Theologi colligebant ex hac fidei; Chri-  
stus est verus homo: & similiter in alijs eiusdem rationis; imo  
& nanc si Ecclesia definiret, Christum à primo Incarnatio-  
nis instanti divinam essentiam vidisse, quod omnes Theologi  
constanter affirmant, & ex Scripturę locis, alijs siue funda-  
mentis fidei deducunt.

Quicquid, quia Theologi non aquam omnes in aliquo dogmate firmiter adhuc eadē conueniunt, nisi propter S. Scripturā, aut Ecclesiæ testimonia, è quibus illud aperte colligatur, & nullum eiusmodi ab eis recipitur, quod verum non sit, & ab Ecclesia eorum auctoritate inducta receptum: ergo, &c.

Sed quanvis hæc sententia tam amplè accepta recipienda non esset, vera saltem est, si temperetur, denegando quidem communem Theologorum opinionem in fidei rebus, ac modum, cum infallibilem auctoritatem habere, ut oppositum sit heresis, aut error. Primo, quia nulla extat Dei promissio de assistentia Spiritus sancti doctrinæ Theologorum, ne errant; non quidem particularis, ex Scriptura, traditione, aut Ecclesiæ definitione; nec generalis, quia licet omnes scholastici Doctores errarent, non ideo uniuersa erraret Ecclesia: cùm aliter possent sentire Prelati, & Romanus. Pontifex, & alij fideles: Theologi enim nec re, nec representatione sunt tota Ecclesia. Secundo, propositiones ad fidem pertinentes, in quibus omnes Theologi conueniunt, si ab Ecclesia definiuntur, maiorem inde habent certitudinem, & infallibilitatem quod ad nos, quām ante habent, quæ alia non est, nisi si le certitudo: ergo hanc ante non habebant ex Theologorum auctoritate. Tertio, quia non est unde repugnat omnes Theologi: circa aliquam fidei questionem decipi, cū nonius proposicio in discurso fundata, ad naturale intellectus lumen reducatur, quod non repugnat in omnibus Theologis circa unam, aut alteram consequentiam decipi.

Concedimus tamen, quod communis Theologorum consensus aliquid tanquam ad fidem pertinens afferentium, licet non redit ex se propositionem infallibiliter veram, in quo contentit Bañez ubi ipse, & indicat Suarez; ex illo tamen sumi argumentum non logicè, sed moraliter certum, & hoc sentire Doctores afferentes temerarium esse à communione Scholasticorum assertione dissidere, ut Vega lib. 9. in Tridentinum, cap. 4. & alij recentiores affirmant. Ratio est, quia peritis in tua arte credendum est, & proprium Theologorum est ex regulatis conclusiones deducere. Quare non videlicet fieri maliter posse, ut omnes aliquid vel filentur ad fidem pertinere, quod fallit, sit, idque quodammodo ad diu-

divinam prouidentiam pertinere, ne fideliū multitudini errandi præbeatur occasio. Neque Cani argumenta aliud probant, non primum, quia ibi Christus de singulis loquitur; non de omnium collectione, quæ sequetur nec singulos errare posse, quod dici non potest. Paulus vero ibi agit de Doctribus ex officio, quales sunt Prelati, ut illi ait interlinearis glossa, eiusmodi autem non sunt omnes Theologi.

Ad secundum, iam constat ex probatione primi.

Ad tertium conceditur antecedens, exemplum autem non est ad rem, tum quia nondū erant Theologi Scholastici, cùm generalis sexta Synodus id definiret: tum etiam, quia ex Scripturæ expressis testimonij id decrevit. Quod si denus Eccesiā definire communem Scholasticorum tententiam, tunc Ecclesia mouebitur ad id definiendum, non ex solo consensu omnium Scholasticorum motu, sed ex sacra Scripturæ motu, aut traditionis, in qua ille fundatur.

Ad ultimum non repugnat ita decipi in alicuius conclusionis deductione, nec illa, quam Bañez assignat, est ab Ecclesia recepta tanquam fidei dogma.

Sed quidquid sit de hac controverbia ex dictis satis nobis est colligere, non institui hic sermonem de huiusmodi Scholasticorum consensu, ex quo accipitur argumentum, siue certum omnino, siue moraliter saltem; hoc enim revocandum est ad iocum ex Ecclesiæ auctoritate, hic solùm est sermo de argumento non certo, sed probabili ex Scholasticorum auctoritate. His postris.

Prima conclusio sit, quando Scholastici Doctores in re non Theologica conueniunt, aut in Theologica sunt inter se diuersi, solùm ex eis sumitur probabile argumentum magis, aut minus, quo Scripturæ auctoritas, aut ratio, quam afferunt, fuerit efficacior. Ita Bañez supra dub. v. 10. Præterea experientia constat, sèpè etiam Scholasticorum præstantissimos errasse. Nec est, quod immoremur in recentibus Aësis, Scotti, Durandi, Ochami, & similium reprobatis opinionebus, ne dicam erroribus; quod fecere Vielnius, Senensis, Gisaldus, Azor, Grabrina, & alij à nobis in serie tabulari allegati.

Probatur ut supra de Patribus, qui maioris sunt auctoritatis, quam Scholastici: iij enim & recentiores sunt, & sanctitate, ac doctrina illis inferiores: & sancte Gillius lib. 1. tractat

& atu 7. cap. 1. idem ostendit de Canonici iuris peritis, qui ad Theologos reuocantur, & in rebus ad Theologiam, & Sacra-  
menta spectantibus lapsi interdum sunt. Addit Ludouic.  
**Carbo** lib. 5. introductionis in Theologiam, cap. 10. ad finē,  
in ijs, que ad fidei dogmata spectant, Theologorum Scholā-  
Canonistarum testimonio non indigere, quoniam harum re-  
rum tractatio ad eos non pertinet. Quare cūm in hac rerum  
genus incidunt Iurisperiti suos auditores merito ad Theo-  
logos remittunt, vel si quid dicunt, ab ipsis etiam Theologis  
accipiunt. Si vero de motibus agatur, vt de virtutibus, & vi-  
tis, secundum naturalem legem, & diuinam, quamvis Theo-  
logi vti possint Canonistarum testimonij, eis non indigent  
vt plurimum; nam ipsis non norunt vim, ac rationem huma-  
norum actuum: unde sit, vt in casibus, quos conscientia vo-  
cant, non semel labantur. Nihilominus in ijs rebus, quæ ad  
mores, & Ecclesie ritus pertinent, & à Pontificijs legibus  
pendent, validè utiles sunt Theologis, vt si de censuris aga-  
tur, de dispensationibus, de iurisdictione, de pœnis, ac simili-  
bus; quoniam hæc, & huius generis alia eorum facultati sunt  
speciatim subiecta. Quæ omnia obseruauerat ante Bañez, 1.  
p. q. 1. art. 8. dub. vlt. in solut. ad vltimum, & copiosius expli-  
cauerat. Quod probabile verò prætent argumentum pro-  
bandum est infra. Vnde recte colligit Bañez vbi supra, cūm  
duo sunt inter se pugnantes opiniones, quarum quælibet ra-  
tionibus nititur probabilibus, & contraria soluit argumen-  
ta, habesque doctos viros, non est, cur huic, aut illi parti per-  
tinaciter quis adhæreat propter aticuius autoritatem; sed  
pounderande sunt rationes, & iuxta earum vim adhibendus  
assensus. Nec inter est, quod in vnam plures partem incli-  
nent, si pauci graues, & docti oppositum sentiant, non enim  
numero iudicantur, sed pondere.

Secunda conclusio, in Theologica re, non ad fidem, & mo-  
res proximè pertinente, communis Scholasticorum consen-  
sus argumentum facit plusquam probabile, cui contradicere  
erit temerarium. Ita Bañez 1. p. q. 1. art. 8. dub. vlt. conclus. 2.  
Trigofus ad quest. 1. summe S. Bonaventuræ, art. 3. dub. 3.  
Ludou. Carbo in eod. c. 10. dict. 2. & exemplum ponit, vt si  
negaret quis, quod communiter Scholastici omnes docent  
Christum ab instanti sue Incarnationis diuinam essentiam  
clarè vidisse. Quod autem id negare sit temerarium, proba-  
tur,

cur, quia non potest aliquis singularis homo, sine audacia, &  
temeritatis nota, contra eos opinari, qui sunt in aliquate  
periti, si ipsis consentiant; præsertim cūm hi Doctores soleant  
libenter inter se dissentire: sic enim ait Bañez suprà, in qua-  
libet arte peritis credendum esse naturalis ratio ostendit;  
ita vt non absque temeritate liceat ab illis dissentire, vt à  
naugis in naugandi arte, in agricultura ab agricolis: ergo in  
Theologicis rebus Theologæ Magistris temerarium erit  
contradicere. Confirmatur: nam hac de causa in facris Con-  
cilij semper eorum opinionum habetur ratio, quæ inter  
Theologos sunt magis communes, magisque receptæ, vt pa-  
ret ex Clementina vnica de summ. Trinit. & fide Catholica,  
vbi Patres Concilij Viennensis opinionem illam, quæ dicit  
in Baptismo gratiam infundi, & virtutes, tanquam probabi-  
liorem, & Theologis magis consentientem, proponit Theo-  
logis tenendam, & eligendam.

Tertia conclusio. Non solum communis Scholastico-  
rum consensus, sed etiam insignis alicuius Scholastici Theo-  
logi autoritas probabile facit argumentum, vt S. Thomæ,  
Alberti, Alensis, & similiū. Ita Azor lib. 2. institut. moral.  
c. 14. in principio, Torres 2. 2. disp. 55. dub. 3. ex Gabriele  
Vazq. 1. 2. disp. 62. ca. 4. Probatur ex Aristot. 1. Topic. c. 9.  
qui dialepticum problema constituit ex opinione etiam v-  
nius sapientis eximij, nisi absurdâ sit. & ex S. Thoma quodl..  
3. q. 4. art. 16. afferente, vnumquemque posse absque pericu-  
lo sequi sui magistri opinionem, nisi erronea sit, aut ab Eccle-  
sia reprobata: ex Augustino, de doctr. Christiana, libro 3. Et  
ratio est, quia unus ille Doctor habere potest argumenta ma-  
gni momenti, ex utotitate, aut ex principijs communiter  
receptis, & sati facere magna cum probabilitatis specie ar-  
gumentis oppositis: de quibus Doctores 1. 2.

Quod intelligendum est de sententia negativa singula-  
ris Doctoris, cui ceteri non contradicunt, nec assentiuntur,  
quia de ea re non egerunt: si autem sit singularis contrarie,  
quam ceteri omnes reiiciunt, parum probabilitatis afferit ex  
vi solius autoritatis, nisi efficaci fulciatur ratione; quæ si de-  
sit, probabile argumentum non erit, quod vni placeat, si ab  
ceterorum sententia abhorreat: vt enim in proverbio est,  
dictum unius dictum nullius. Aduertit etiam Torres, ad fi-  
gem illius dubij 3. maturo iudicio procedendum in hac re.

ne indicemus aliquam esse singularem opinionem ante accusatam Doctorum legationem; sèpè enim inueniemus opinionem nouam non esse, neque singularem.

Ex ijs sic, quod sufficiat ad probabilitatem inducendam opinionibus in sequentium tabularum serie recitativerè, aut dubitatiè proponendis. Quæ pro se habent grauem aliquam Scholasticum Doctorem, nullo alio contradicente, manifeste sunt probabiles. Deinde quæ pro se habent Doctorum aliquem grauem ex antiquis, vel modernis, alijs paucis contradicentibus, etiam sunt probabiles. Tertio, quæ nec pro se, nec contra se habent Autores, si verisimilem habeant probationē, aut rationem, etiam sunt probabiles; quamquam huius tertij generis nulla reperiatur. Quarto, quæ ex alijs opinionibus probabilibus Scholasticorum probabiliter inferuntur, etiam sunt probabiles.

### *De loco probabili ex Ecclesiastica historia.*

**Q**uoniam prima, secunda, & tertia parte tabularum plurima historica referuntur, necesse est expendere, quæ sint requisite conditions ad inurendam notam Theologicam historiæ alicui Ecclesiasticæ; & quid sufficiat, ut ex illa probabile sumatur argumentum. Non replicabo hic, quæ dicuntur à nobis tract. de examine doctrinarum, cap. 8. & 9.

Non est hic sermo de loco à diuina historia, & in sacris literis contenta, quem immerito Ludou. Carbo posuit lib. 5. introduct. in Theologiam, c. 13. dict. 1. licet enim levissimā rem narrat, id saluā fide negari non potest, ut quod Saul alias haberit, 1. Reg. 9. Tobias canem, Tob. 6. & similia; argumentum enim hinc sumptum, pertinet ad locum ex auctoritate sacra Scripturæ: cùm enim in sacris literis gesta narrantur, proprius, ac præcipuus sensus est historicus, qui literalis est, ut docet Augustin. lib. vnico, de Genesi ad literam, c. 2. S. Thom. 1. p. q. 102. art. 1. & de potentia, q. 6. art. 7. sermo igitur hic est de historia non sacra, sed humana, Ecclesiastica tamen.

Is locus probabile tantum nobis suppeditat argumentū, quatenus ab historicis producitur, etiam certissimas res, ut sacras Scripturas, & Apostolicas traditiones, ac Pontificiū, & Conciliarum decreta contineat. Ita Abulens. 2. p. defenso-

rij, cap. 18. post med. & meritò exclusis hunc locum à diuina historia Gillius lib. 1. tract. 7. c. 15. Canus de locis, lib. 11. c. 4. conclus. 1. & 2. Ratio verò est, quia humana omnis historia incerto nititur, & fallibili motu, nimis auditore humani scriptoris, qui fallere potest, & falli; quare non potest esse per se Theologici assensus certi principium, sed probabilis solum, etiam si reuelato principio coniungatur: licet enim humana historia certissimas res referat, ut sacras Scripturas, aut Apostolicas traditiones, & Pontificum, ac Conciliarum decreta, hæc per se certitudinem habent infallibilem, eam tamen formaliter non habent ex historia referente, nisi, ut ita dicam, materialiter, quia ibi continentur; aliud enim eam certitudinem habent, nimis in ex Ecclesia sensu, & traditione ab eo tempore, que illa, quæ referuntur, gesta sunt, usque ad nostrum, vel ore tenus, vel quia apud Ecclesiam servatus hucusque est authenticus archetypus auctorum generalis Concilij, Apostolica auctoritate firmatus, & Episcoporum subscriptione; vel saltem authenticum exemplar. ex eo descriptum ex eadem auctoritate. Quare nuda historia, quæ à publico notario non habet scripta, qui Concilio, ut persona ad id deputata ex officio aderat, & ea, quæ scribebat, omnibus Patribus referebat, & ab omnibus communi consensu approbabantur, & finito Concilio subscribebantur ab omnibus Patribus, nullo modo fidem facit, nec omnino, est necessaria conditio ad assentiendum fide diuina Conciliarum decretis.

Non satis esse potest simplex narratio, nisi Ecclesia, perpetua traditione id docuerit, vel ore tenus, vel per authenticam Concilij acta ab ipsa conferuata, de quibus illi constat esse authenticæ, sed licet scripta historia sit à doctissimis viris, & sanctissimis, certam nō habet auctoritatem, sed probabilem solum ex sententia Augustini lib. 18. de ciuit. c. 38. Ecclesiastica historia nihilominus utilis maximè est, & assidue studio euoluenda, ut cognoscamus contra quas hæreses Concilium definierit, & eius decreta melius intelligamus, hæresesque efficacius confutemus. Vnde meritò Gabriel Vazquez, 1. p. disput. 12. cap. 4. huc locum ex Ecclesiastica historia, quæ narrat Conciliarum acta, & Pontificum, Ecclesiasticas traditiones, & contrarias hæreses, contra quas in Conciliis agit docet proprium esse Theologiae locum, imo & necessarium,

et ipse contendit; non quia humana historia Concilij definitio-  
ne, ut veritatis principio nitatur, sed quia nisi historiæ si-  
de de Concilio constaret, & auctoritate, qua congregatum,  
& formatum fuit, ex ipso non possemus argumentum reçè  
deducere. Præterea, quia nisi ex eo constet de hæresibus, &  
sententijs illius temporis, contra quas in eo pugnatum est,  
sepè mentem Concilij assequi non poterimus, quod ibi ex-  
emplis ostendit, & latius Canus lib. i i. cap. 2. indicans  
multorum errores ex historiæ ignoratione ortos. Sed addit  
Vazquez ubi supra cap. 5. huiusmodi historiam quandam esse  
Theologici principij partem, quatenus assumitur a Theolo-  
go, simu. cum ipsa Concilij definitione, ad conclusiones inferendas:  
nam ad Theologum pertinet firmum querere funda-  
mentum principiorum, quæ assumunt ex definitione Concilij,  
legitimum etiam sensum, & veram corum interpretationem  
renere, ad quæ plurimum refert historia. Quare sicut de sa-  
piente dicit Aristoteles 6. Ethicor. cap. 7. ipsius esse non tâ-  
tum ex principijs veras colligere conclusiones, sed etiam  
circa principia dicere vera. Ita quoque ad Theologum, qui  
sapiens est, uorum principiorum fundamenta exponere per-  
petuet, & plura circa ipsa dicere; id autem commodè non pre-  
stabit, nisi Ecclesiastica historiam probg. querit. Sed licet  
hoc ultimum verum sit, primum falso esse videtur, nûquam  
enim humana historia, & fallibilis, est pars principij Theolo-  
gici certas conclusiones, & scientias inferentis: istæ enim  
inferri non possunt, nisi ex omnino certis principijs, & hu-  
mana omnis historia etiam Ecclesiastica nititur auctoritate  
scriptoris, qui cum homo sit falli potest, & fallere: ergo non  
potest esse pars principij Theologici, licet requiratur ad plen-  
am intelligentiam Concilij, ut etiam requiritur lingue, si-  
ue Greco, siue Latine uotitia, in qua illud scriptum fuit.

Cum historici omnes Ecclesiastici in aliqua te narranda  
conueniunt, argumentum est efficacissimum, non ut rem de-  
fide faciat, cum talis auctoritas mere humana sit, cui fallere  
subesse potest, sed ita ut illud negare temerarium esset. Ita  
Ludouicus Carbo ubi supra dicto 2. & 3. Quod probant ar-  
gumenta, quæ docent temerarium esse affirmare, quidquam  
contra communem Scholasticorum contentum. Sic etiam in-  
telligi potest Canus de locis lib. i i. cap. 2. conclus. 3. cum  
ait, ex horum testimonio certum argumentum sumi, ut Theo-

logica dogmata firma etiam ratione constituuntur: vbi cer-  
titudinem pro morali sumo, quia moraliter logiendo non  
contingit, ut historici omnes fallantur, id tamen non repug-  
nat; atque ita in eo communis consensu tanta certitudo non  
est, quin ei possit falso subesse, ac proinde non est sufficiens  
auctoritas ad statuendum omnino certum Theologum prin-  
cipium. Ad exemplum vero, quo vtuntur Canus, & ex eo  
Ludouicus Carbo, respondeatur. Summum Pontificem esse  
sancti Petri successorem, non esse Theologicum dogma ex  
eo solùm, quod id historici dicant, sed quia extat in varijs  
Concilij, & Pontificum decretis. Quæ vero ex historicorum  
comunij conenuit habentur, tantam fidem faciunt, ut oppo-  
situm videatur temerarium, cum sine probabili fundamento  
asseratur. Alia ratio est, quando historici non conueniunt, vel  
aliquid ab uno refertur, aut altero tantum, & non ab alijs,  
vel diverso modo refertur, tunc enim argumentum inde sum-  
ptum, solum est probabile. Ita Canus lib. i i. cap. 4. coacl. 2.  
& Ludouicus Carbo ubi supra. Quamuis, si dissensio sit so-  
lum in uera, vel altera circumstantia, non infringit vim argu-  
menti: verbi gratia: conueniunt historici Diuum Petrum  
Romam venisse, alij dicunt anno secundo, alij quarto Clau-  
dij anno, tunc solum in temporis circumstantia discrepant,  
quæ minimè communem consensum enerunt. Similiter con-  
veniunt Tiberium imperasse, sed quot imperauerit annis dis-  
sentunt. Observat tamen prudenter Ludouicus Carbo di-  
cto 5. argumentum ab hoc loco ductum, licet probabile so-  
lum sit, ac proinde negari possit; id tamen non sine pruden-  
tia, ac modestia fieri debere, præsertim si historia sit à viris  
pietate, & literis insignibus, literis consignata, cuiusmodi  
sunt: Gregorius, Hieronymus, & similes, imò etiam si aucto-  
rante auctoritatis non esset, si tamen quod narratur, ad pre-  
statem conferat, ut nihil absurdum contineat. Historijs vero,  
que Auguston, aut sacerdotum aliorum Scriptorum nomi-  
ne circuferuntur, quia ut Augustinus ait lib. 18. de ciui-  
tate, cap. 38. utrum eorum sint, ignoratur, non est certa si-  
des alibi benda, nec ex eis infallibile sumi potest argumen-  
tum.

Quod si præterea queras, quas Theologo afferat Eccle-  
siastica historia utilitates, ultra explicatas, cum ex ea non  
summa

sumatur certum argumentum? Respondetur primum conducere ad veros Theologiæ discursus tanquam manuductio-nes, & explicationes terminorum inseruientes ad intelligentias reuelatas veritates; cùm enim Theologiæ principia reuelata sint, ad intelligentiam veri sensus Scripturæ, Concilio-rum, Canonum, Pontificum decretorum, maximè conductit notitia historiæ, vt ex Vazquez declarauit supra. Quòd verò valde iuuet ad percipiendum literalem Scripturæ sensum probant Augustin.lib.2.de doctrina Christiana,c.28. Hieronymi,in ptafat.comment. Danielis, & alij, quorum verba affert Martin.lib.1.Hypothi poseon,c.13. qui varijs exemplis idem illustrat. Pagninus etiam cap.36. Isagogæ ad sacras li-teras, Driedo lib.3.de scripturis,c.2. Sebas. Perez, regn.7. de sensibus Scripturæ. Hoc ipsum probat ratio Gabr.Vazq. vbi supra: nam ad percipiendam Conciliorum mentem con-tra hæreses decreta constituentium, plurimum refert ex hi-storijs nosse, quid hæretici censerent, & vt innotescat, quid formaliter contra illam decretum sit.

Secundo per se conductit historiæ notitia ad probabiles ratiocinationes in Theologica materia, quibus Theologicæ opiniones gignuntur, nam argumentum ab exemplo ponitur ab Aristotele 2. Priorum c.24. inter media probatiua; at ex probatis historijs sumi multa exempla possunt, quæ Theologiæ inseruunt, præsertim morali, vt cùm in materia de dispé-satione ex aliquo Pontificis facto, quod ex fide digna histo-ria constat, fieri posse infertur, quod Pontificis auctoritate factum est, & exemplo Auctorum, tam Theologorum, quam Canonici Iuris peritorum: qui similibus sèpè argumentis in grauissimis casibus vñi sunt.

Vt quispiam probet aliquam ex historijs à nobis produc-tam, 1.2.3.7. & ultima parte tabularum meteri censuram, probare debet. Primo, opponi historiæ ab Ecclesia receptæ cum approbatione Pontificum, rem veluti certam determinantium. Secundò, punctum historiæ esse de rebus ad fidem, mores, vel vniuersalis Ecclesiæ decorem pertinentibus.

Tertiò, ex proposita historia damaum ali-quod, scandalum vñemergere.

*De loco ab auctoritate Iuris ciuilis Professorum, qui est pri-mus è tribus probabilibus locis Theologie scholastice moralis, & postiuæ, non proprijs, sed extraneis.*

**Q**uoniam plura iurisditionalia proposita sunt tractatu de primis instantijs, & alijs recursibus, ei que interdum Iurisperitorum auctoritate munita, & sape Theologi ijs præsidijs vtuntur, oportet vt aliqua delibemus.

Est hic locus sub humana auctoritate contentus, ac proinde solum probabilis, & Theologiæ non proprius, sed com-munis naturalibus alijs facultatibus, ei tamen subseruiens; est ex auctoritate Philosophorum, ac mundi sapientarum: hic autem locus in vñi est, tam Christi Domini, quam Apostolo-rum, ac Patrum Ecclesie; tum qui a Theologia Philosophiæ supponit, & èa tanquam ancilla, & eius auctoribus vt simul vñtitur, tum etiam ad Gentiles allicerdos ad hædem, vel ex ipsis eorum sapientibus confutandos: de quo plura diximus libello de placitis Philosophorum; qua etiam de re Canis lib.2.de locis, cap.3. Sed de his mundi sapientibus nou solù cerrum est, vt homines errare potuisse, sed etiam in plurimos errores lapsos fuisse; vt de Platone ostendit Eusebius lib.13 de præparat. cap.8. & volumine integro Ioannes Baptista Crispus, de ethnicis Philosophis caute legendis: de Aristotele Eusebius lib.15.præparat. Euangelica ex Attico Phi-losopho, à cap.3 ad 12. Bennius in Timæum Platonis lib.1. decade 1. Vines lib. 1. & 3. de veritate fidei. Vnde meritò S. Augustinus epist.7. Sapientius quidē Hippocrates à Plu-tarcho ea de causa laudatus, & plerique alij cognoscentes humanæ sapientiæ tenuitatem, quæ sibi displicuerunt tetra-ctarunt.

Præterea nemo ex gentium sapientibus extitit, quem posteri in omnibus fecuti sunt, sed in varias, vt ex Laertio constat, diuisi sectas fuerunt, & se inuicem impugnarunt, vt fusè ostendit Eusebius lib.14. præparat. Euang.c.1. ex qui-bus constat, nullum horum sapientum autorem cerram face-re fidem.

Hic tamen locus cùm solùm probabilis ad summum sit, & coniunctus Theologico principio, non deferuit ad infe-rendam conclusionem Theologiæ scientificam, sed probabi-lem

tem solùm; atque ita, sicut probabiles alij loci, deseruit habitui Theologicæ opinionis. Est tamē in vsu non solùm apud antiquos Patres, sed etiam apud Scholasticos, qui s̄epissimè Philosophorum autoritatibus vntuntur: imo S. Thomas vsus est non solùm testimonij Trismegisti, Pythagoræ, Socratis, Platonis, & Platonicorum, Plotini, Macrobij, Aristotelis, & Peripateticorum, Alexandrini, Simplicij, Porphyrii, sed etiam Democriti, Empedoclis, Epicuri, Heracliti, Leucippi, M. Tullij, Varronis, Seneca, Ayicebron, & ceterorum; Vegerij de re militari; necnon Poetarum, Aristophanis, Terentij, Horati, Ouidij; & Historicorum, Iulij Cæsaris de bello Gallico, Salustij, I. Liuij, Valerij Maximi, libri strategematum Francorum, & finalium, in sola summa Theologica, vt ex eorum indice constat, quem Louanienses Doctores addiderunt alijs S. Thomæ indicibus, in summa S. Thomæ excusa Antuerpiæ anno 1569, sine Cajetani commentarijs.

Ad Philosophos merito revocamus Iuris ciuilis peritos, cūm ipsi Philosophi morales sint, vt recte Canus libro 10. de locis, cap. 7. initio, & ex morali Philosophia suas leges hauserint, & decisiones, sicut canonici Iuris Doctores ad Scholasticos retulimus. Autoritate autem ciuilis Iuris peritorum libenter vntuntur Theologi, ad ea maximè, quæ ex ciuili lege pendent, vt S. Thomas non semel, & ceteri. Quare valde utiles esse Theologix, copiosè ostendit Canus lib. 10. de locis, cap. 8. & cap. 9. ita ait; *Argumentum, quod à iure ciuili dicitur, nec certum, nec exploratum, est probabilitas, simum multisque probat ex Ioannis 8. ex Augustino, Demostene, Cicerone, & alijs.* Pro eadem sententia citat Ludouicum Vines de corrup. discep.

Quare cūm S. Thomas opusculo 17. cap. 13. ait inconsponum, & derisibile videri, quod sacre doctrinæ Professores Iuristarum glossulas in autoritatem adducant, vel de eis disceptent, ad quod idem citat Vergomens. in tabula, verb. Iuriste, & in concordantijs D. Thomæ, num. 80 r. opusculo 70. Proleg. & quodlib. 11. qu. 9 ad r. assertentem, quod Iuristes, seu Decretistæ magis sequuntur humanana ius, quam diuinum, cūm tamen sit plus assertiendum diuino iudicio, quam humano, ideo errant, sed ipse errat in citatione; nam in prologo opusculi 70. nihil ad rem dicit S. Thomas: quæstio-

verò quodl. r. nō est 9. sed 8. art. 9. ad' 1. & ibi nō agit de iuri ciuilis, sed canonici peritis, & solùm inquit: hæc opinia Decretistarum non est vera, quia ipsi plus assentiantur in ijs, & sequuntur ius humanum, quam diuinum, cum plus sit assertiendum diuino, quam humano, & ideo melior est aliorum opinio, qui contraria dicunt. Ex quo patet nō dixisse, ideo errant, sed maxima moderatione vsum. Pro iuris peritis allegat Vergom. S. Thoma 2. 3. queft. 64. art. 6. ad 3. & qu. 64. art. 3. sed ibi nihil è re i. l. r. est, eos tamen honorificè tractat opusculo 73. cap. 5. & 8. & opusculo 67. & opusculo 11. Quod vero dixit in quodl. illo 11. & opusculo 17. intelligendum est, quoad ea, quæ solùm pendent ex diuino iure, sine naturali, sive positivo: quoad hæc enim Theologi sunt iuria diuini interpretes ex regulis veritatis fidei supernaturalis, & infallibilis, quæ superiores sunt omni iure humano, atque ita indignum erit in his recurrere ad ciuilis iuris peritos, ad quos eorum scientia non spectat. Præterea in ijs, quæ pertinent ad speculatiuum Theologiam absurdum erit ad eos recurrere, cum eius sint omnino expertes, nisi illi operam nauauerint. Atque ita docent Canus lib. 8. de locis, cap. postremo, conclus. 1. & 2. Basilez supra, & ratio est, quia vni cuncte in ijs; quæ ad suam facultatem spectant, credendum est; in ijs enim peritus est. Theologus in Theologicis, Philosophus in Philosophicis, in ijs vero, quæ ad ciuale ius pertinent, iuris periti versantur.

Quoniam omnia quæ parte quarta tabularum, & nonnulla la quæ in quinta proponuntur Philosophica, & Medica sunt; aut ex Philosophia, & Medicina dependent; in quibus maximè ratio, & experimenta supra authoritatem patet humanam dominantur: expedit hic, vt de loco à ratione naturali deducatur aliqua differamus:

De ratione autem, seu naturali principio euidente conuictio principio fidei revelato, quatenus cum eo concurrit ad Theologicam conclusionem, & scientificam eliciendam, non hic disputamus, cūm sermo noster sit de loco extraneo, solū: que probabili; illa vero, vt coniuncta præmissæ revelatae sit locus Theologiz scientificæ proprius, ac certus, vt docet Valent. 1. p. q. 1. p. n. 5. initio numeras locū à veritate naturali certa, & eidēti, quādo ad eā quoq; veritas fidei adhibetur, vt ex vtraq; Theologica conclusio eliciatur, ex illa enim,

**ut coniuncta principio fidei, certum sumitur Theologicum arguimentum; nam præmissa euīdens naturalis per se concurrit ad Theologicam conclusionem eliciendam, nec solum;**  
**ut conditio, sed etiam ut pars formalis rationis, quod immetit negare videtur Vazq. 1. p. disp. 1.2. c. 5. cum ait hisroriam Ecclesiasticam esse partem Theologici principij, locem verò rationis non includi in principijs, quæ Theologus assūmit, sed ut priorem supponi; nisi forte loquatur de naturali ratione, non ut concurreat per se cum principio reuelato ad Theologicam conclusionem eliciendam, sed de naturali ratione completa, ex qua deducitur tanquam conclusio naturalis propositio, quæ in syllogismo posita Theologico, ut præmissa deseruit; licet enim non sit principium propriè Theologicum, cum ab ea non sumatur specificatio actus, & quia solum complexitur veritates immediate à Deo reuelatas, & supernaturales diuinæ fidei assensus, quibus illis assentitur, cuiusmodi non est naturalis propositio euīdens; est ramen locus Theologæ, & proprius, quia eo ut coniuncto principio reuelato sola Theologia vtitur, & verè Theologicus, quia verè ex eo coniuncto reuelato principio Theologicum sumitur argumentum.**

Non tamen est locus per se necessarius, quia illa veritas naturalis reuelari potest, ac potest, quam ut reuelata Theologia solum per se requirit, per accidens autem illi est, quod reuelata non sit, & proprieatate propositione naturali euidenter vtitur, quod benè explicat, & probat Gilii lib. 1. tract. 7. c. 16. n. 5. ex quo constat latius patere locum Theologicum, & illum, qui proprius est Theologæ, quād principium proprium ipsius Theologæ, ut explicatum iam est in euidenti naturali veritate, quæ ut coniuncta reuelato principio est locus Theologæ proprius, non verò proprium principium, cū reuelata immediate non sit. Hic autem locus reduci potest ad illorum, ad quenam pertinet reuelatum principium, cui coniungitur, & cui deseruit, siue sit diuinæ Scripturæ, siue Apologetice traditionis, siue definitionis Pontificis, aut Concilij, &c. At vero ratio est de propositione naturali solum probabili coniuncta cum reuelato principio; hæc enim non deseruit Theologæ scientię, sed opinatiō habitus, & cum dicimus conclusionem inde illatam verè ad Theogiam pertinere, ex sententia Palatios q. 6. & 9. prologi, Zumelis ad-

art. 2. 1. p. q. 11. Angelici Doctoris quest. sua 2: conclus. 5. & Pesuntij ibidem disp. 1. notat. 4. contra sententiam Gilii, lib. 1. tract. 2. c. 5. n. 2. cuius arguimenta solum probant non pertinere ad Theologicam scientiam, non verò ad Theologię habitum opinatiuum. Quare ad hunc locum spectabile argumentum inde desumptum.

Ad hunc etiam locum propriè spectat naturalis ratio, quæ versatur circa naturalia principia, siue certa, siue probabilia, è quibus siue certa, siue probabilia argumenta accipi possunt, quorum præcipua capita octo Topicorum libris Aristoteles persecutus est; quorum primum est definitionis, secundus descriptionis, tertius notationis, seu ethymologiz, quartus coningatorum, quintus partium, sextus totius, septimus causarum; octauus effectuum, nonius antecedentium, decimus præcurrentium, undecimus comitantium, duodecimus subsequentium, decimustertius similiūm; decimus quartus maiorum, decimus quintus minorum, decimus sextus partium, decimus septimus dissimilium, decimus octavus oppositorum, decimus nonus repugnantium: cuius notioris sufficiētia ita potest intelligi; nam artificiosa argumenta, aut significant id ex quo sumuntur, & tunc sunt definitionis, vel descriptionis, vel notationis; aut ea, quæ illud aliquo modo respiciunt, & hæc aut sunt illi coniuncta, aut ab eo disiuncta; coniuncta verò aut sunt connexa, aut circumstantia rem. Connexa sunt, quæ necessariò pendent ab illo, vel à quo illud necessario penderet, & hoc modo sunt coningata, totum, partes, cause, effectus, antecedentia, & consequentia. Circumstantia vero sunt illa, quæ ita coniuncta sunt, ut non necessariò cohaerant; & hæc sunt, vel præcurrentia, vel comitantia, vel subsequentia. Disiuncta autem, vel sunt consentanea, aut similia, maiora, minora, paria, vel sunt dissentanea, & dissimilia, & opposita, & alioquin modo repugnantia, & sic omnes viginti loci artificiosi aperte colliguntur. Quibus si addantur duo arte carentes, scilicet diuinæ auctoritas, & humana, omnes erunt viginti duo loci. Sed his prætermisis majoris claritatis gratiâ distinguamus de duplice modo, quo Theologus versari potest per rationem, aut enim versatur in propria materia Theologica, vel sacram Scripturam declarando, que fidei principia naturali ratione, & probando h. c., vel illis sensu intellegi debere, & aliorum interpretationes, ac sensus re-

fitando, aut in aliena materia versatur aliquas naturales veritates ad Deum, vel ad mores pertinentes probando, & tecum eis in suum finem indiget, si primo modo loquamur.

Sit prima assertio Theologia non indiget naturali ratione ad probanda sua principia, seu conclusiones. Est contra quosdam. Sic cum Augustino epistola ad Consentium, & in respōsitione ad Felicianum, dicimus, ita rationem, & principia naturalium facultatum nos admittere, non ut dominentur, ac preualeant, sed ut ancillae, & administræ sint fidei.

Probatur primum, quia quæ sunt propria Theologiae, hæc principia, hæc conclusiones rationis lumen omnino superat, & naturali um scientiarum facultatem, & solum sunt ex divina auctoritate cognoscibilia, & reuelatione. Ita S. Augustinus contra Faustum, lib. 13. cap. 15. D. Clemens epistola 5. & habetur cap. Si quid veri, & cap. Relatum, dist. 27. & hoc Iohannem conten. vnt Patres: Epiphanius heresi 76. & Hieronymus Hierem. 31. docentes, diuina humano sensu non esse tractanda, id est per naturales scientias, quæ ad humanaum sensum pertinent, & in cap. 4. epistole ad Ephesios, & habetur cap. Nonne vobis, dist. 37. & in cap. 10. Matthei reprehendens incubentes naturalibus scientiis. Ambrosius Exameron. & in cap. 1. ad Corinth. cap. 2. & 1. de fide, ad Gratian. cap. 3. Arian. 1. vt habetur cap. Omnes enim, 39. dist. qui cum Augustino de origine animarum ad Petrum, & epistola 56. ad Diocorum, docere videtur alienum à Theologo esse Philosophica tractare, & plerique alii, qui omnes contendunt per naturales scientias de fidei rebus, & Theologicis indicandum non esse. Quia ratione Augustinus 2. de doctrina Christiana, cap. vltimo ait noxia, quæ extra hanc scientiam docentur, ab ea corrigit, & vtilia in homine inueniri. Ergo Theologia non indiget naturali ratione, nec scientiis, quæ illa sola nützuntur, ad sua principia probanda, aut confirmandas conclusiones; immo cum illis vicitur, non ita à Theologo debent usurpari, quasi sint motiva, & nostre fidei fundamenta, aut Theologiae: nam cum demonstratio non sit, quia circa supernaturales res versantur, sed probabiles solum, & congruentes, Philosophia à Christiana si le alieni eos irrident, quos propter leues rationes tam ardua mysteria credenda putarent. Deinde quia Theologia est scientia ab omnibus alijs distincta, haberet propria principia, à quibus, & non ab extraneis procedere

debet, nisi forte per accidens, ut faciat aliquando Theologia, que reuelata non sunt, quod per accidens est, cum reuelari potuerint. Confirmatur, quia si Theologia per se à naturalibus principijs penderet, fieri non posset, ut Theologicus haberetur assensus, absque eorum evidenti assensu: hoc autem necessarium non est, nam si id principium reuelaretur, & sub fidei assensu ad cōclusionis illationem assumere tur, assensum paucis magis Theologicum gigneret: nam esset dictus ille circa materiale idem, & formale Theologiae obiectum, cum noua principijs reuelatio naturaliter evidentis, à formalis, & motu. Theologia ratione illum non extrahat, sed eam potius magis perficiat: ergo produceret actum Theologiae, ac proinde naturale principium, quatenus sub evidenti, & naturali actu sumitur, non est omnino necessarium Theologia, nec ad sua principia probanda, nec ad deducendas conclusiones, sed solum secundum quid, & quasi per accidens, quia non omnes veritates evidentes re ipsa reuelata sunt, licet reuelari potuerint, sub qua ratione à Theologia respiciuntur.

Secunda conclusio. Ad declarandum Theologiae principia sibi modo pugnare cum naturæ principijs, & ad ea explicanda per declarationes terminorum, & similitudines, & quasi mandationes ex naturalibus ad divina, vñilis est Theologiae naturalis ratio, & usus naturalium facultatum. Ita Romana Synodus sub Eugenio II. & alia sub Leone III. & alia sub Gregorio VII. quæ in Vaticana Bibliotheca habentur, & ideo iubentur Episcopi studia erigere, cap. de quibusdam, dist. 27. & Eusebius 6. Historiae, cap. 15. refert. Origenem obscienti, quod Philosophus esset, respondisse sanctorum virorum exemplo id fecisse. Quidem est Augustini sententia 14. de Trinitate, c. 1. & 1. super Genesim ad literam, c. 19. & 1. de Ordine, cap. 11. & 8. de ciuitate, c. 9. & lib. 2. de doctrina Christiana, c. 1. & 40. & lib. 3. c. 1. Clemens epistola 5. & habetur capite Reratum, distinctione 37. Hieronymus ad Magn. oratorem, & in epistolam ad Titum, c. 1. & in c. 1. Danielis, Chylost in illud Matthei 2. Vidimus stellam. Didimus apud Theodorem 8. Tripart. c. 8. Beda 2. Reg. c. 9.

Ratione probatur, quia nemo potest fidei, ac Theologiae res percipere, nisi terminos ex naturali ratione nouerit, nec ostē lere potest fidei res naturalibus non cōtradicere, sed cōcūdere potius, nisi naturalia nouerit, nec similitudines ex his

accipere ad supernatura*lia* declaranda, nisi in his versatus fuerit. Addit etiam S. Thomas supra Boethium de Trinit. art. 3. ex naturalibus verisimiles afferrri rationes ad Gentiles aliciendos, & fidei dogmata suadenda.

Tertia conclusio ad refutandum eum Scripturæ sensum, qui cum naturali ratione apertè pugnat, & absurdus manifeste est, naturalis ratio firmus est, & utilis locus. Ita Augustinus 3. de doctrina Christiana cap. 15. & 16. & lib. 1. super Genesim ad literam, cap. 18. & 19. Et ratio est, quia legitimis Scripturæ sensus necessario est verus, & nullo modo absurdus, ergo pugnare non potest cum naturali ratione, ut docuit Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 8. decreto 1. verum enim vero non repugnat; cauendum tamen maxime est, ne videatur absurdum, & rationi repugnans, quod tale non est. Qui id si queras, an naturalis ratio firmus locus sit ad probandum legitimum Scripture sensum. Respondeo non esse, sed solum probabilem. Ita S. Augustinus lib. 2. de Genesi ad literam, & lib. 3. de doctrina Christiana, c. 28. vbi docet in expositione Scripturæ periculofsum esse rationi fidere; sed conandum ex dilacidiō Scripturæ loco obscuriora interpretari, & verum eorū sensum eruere. Ita Henricus art. 16. summa, q. 8. Et ratio est, quia Scripturæ locus divinam continent autoritatem, quam proprijs viribus naturalis ratio attingere non potest, sed divina tantum autoritate nulla, & alterius revelationis praesidio; ergo ex sola ratione constare nobis non possunt Scripturæ sensus: imò teste Augustino lib. 3 contra Donatistas, cùm apertus est Scripturæ sensus, tenendus est, etiam si contrarias rationes soluere nesciamus: & lib. contra Felicianum Manicheum, cap. 2. docet nos Scripturarum autoritate debere esse contentos, quanvis ratione arreddere non possumus: ergo firma esse nos potest. Scripturæ expositio, ad quam sola ratione ducimur, & non ex aliorum locorum autoritate, aut Patrum Ecclesia interpretatione.

Multa sunt in naturali Philosophia, sine quibus plerique Scripturæ loca non possint commodè intelligi, ut Origenes docet apud Eusebium, lib. 6. Historia, c. 15. & Augustin. lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 16. & ex his constat, quae affect. Viles lib. de sacra Philosoph. Leuinus Lemnius in libello similitudinum, & parabolatum, quæ in Biblio, ex herbo,

herbis, atque arboribus desumuntur, Camara de animantib. Francisc. Rueus de gemmis Apocai. & Zamora in Apol. pro literis humanis, p. 2. à §. 18. ideo sapientia Philosophia est necessaria.

Ad hanc etiam ratio utilis est ad refellenda hostium fidei argumenta, quæ obijciunt, eaque dissoluenda, ut ex Patribus ostenditur libello de placitis Philosophorum, & bene explicat Henricus in summa, art. 16. q. 7. ad 3. ut simul etiam Philosophorum errores corrigantur.

Si vero loquamur, quatenus Theologus in aliena materia versatur, sit.

Quarta conclusio. Theologia uti potest naturali ratione, & naturalibus alijs scientijs ad probanda etiam euidenter, quæ de Deo, vel moribus naturali lumine cognosci possunt, atque fidei prævia sunt, ut Deum esse, unum esse, atque similia, ut docet S. Thom. supra Boethium de Trinit. q. 2. art. 3. & constat ex magna Theologia parte, quæ naturalibus rationibus multa probat ad Deum, ad Angelos, ad virtutes, & virtus spectantia, & tunc non ut Theologus agit, sed ut Metaphysicus, aut naturalis Philosophus, ut recte aduertit Gabr. Vazq. 1. p. disp. 11. c. 3. ad fin. Agit tamen ut Theologus ex parte finis, quatenus Philosophicas rationes Theologiae infernire facit, & ad eius finem dirigit, tam naturales errores si, eti contrarios refellendo, quam rectas virtutum operaciones secundum naturam inquirendo, ut in superioriem dirigat finem. Quare licet hic ageadi modus Theologo extraneus sit, quia materia, seu questiones, de quibus agit, omnino naturales sunt, & ad naturales facultates pertinentes; potest tamen hoc loco uti, quatenus eius finis exigit.

Quinta conclusio. Ex naturalibus scientijs Theologia ea tantum sumere debet, quæ ad Deum utilia sunt, & quæ ex ordine ad Deum tractat, cognoscenda. Ita S. Augustinus 14 de Trinit. cap. 1. Glossa in illud Leuit. 2. Primitias tantum, non omnia offerenda, sed primitiae, id est, ex secularibus scientijs tantum ea, quæ conducunt, & hoc solum contendunt Patres, qui prohibent in ijs, quæ ad salutem pertinent, inutilia miscere ex naturalibus facultatibus. Ratio vero est, quia Theologia de omnibus agit, ex ordine ad suum obiectum, ergo de his tantum, quæ ad eius cognitionem conducant, & ex his solum argumenta ad hunc locum spectantia sumere debet.

**S**VNT nonnulla in faccedentibus tabulis, quæ ab historia seculari dependent; & licet nihil ex ea orihi possit nota Theologica dignum, si ad res Ecclesiasticas non spectet, aliquid notandum est de illius utilitate.

Locus ab auctoritate secularis historiæ, & prophane est probabilis solum, ut de Ecclesiastica diximus, at non proprius Theologiæ, sed extraneus, illi tamen vtilis, tum quando id ipsum refert, quod sacra literæ, aut Patres tractant, inde enim probabile medium sumitur aduersus infideles, apud quos illi historici sunt magnæ auctoritatis. Atque ita contra illos hoc loco vñ sunt Tertullianus in Apologetico, & in lib. ad Scapulam, Cyprianus lib. quod idola non fiat Dij, Hieronymus aduersus Iouinianum, Lucianus Præbyter, Euseb. lib. 1. Ecclesiastice historiæ, cap. 6. & 11. lib. 2. cap. 2. lib. 3. cap. 7. vt ex eis, & alijs probat Canus lib. 1 l. de locis, cap. 2. tum etiam ad elucidandos, non paucos Scripturæ locos, obscuros alioquin nobis, quo ad temporum rationes, aut locorum descriptiones, aut rerum successus: sumitur enim ex illis probabilis conjectura temporis, loci, aut successus. Quod optimè expendit S. Augustin. 2. de doctrina Christiana, c. 28. & ex eo, & alijs Canus lib. 1 v. c. 2. vbi ostendit nonnullos ex huius historiæ ignoratione circa Scripturas errasse, ut Ireneus lib. 2. c. 39. & 40. & Tertull. aduersus Iudeos, circa etatem qua Christus passus est.

## SVM M A R I A C O L L E C T I O E X C O N C I L I I S, D E C R E T A L I B U S, P A T R I B U S, S C H O L A S T I C I S, I U R I S P R O F E S S O R I B U S, & P R A X I T R I B U N A L I U M, C I R C A E X A M E N D O C T R I N A R U M T A M M A G I S T R A L E, & C O N S U L T I U M, S I U E S C H O L A S T I C U M, Q U A M A U T H E T I C U M, & I U D I C I A L E, S I G E I U R I S D I C T I O N A L E; & C I R C A E X A M E N P R O B A B I L I T A T I S O P I N I O N U M, T A M P R I U A T A E, Q U A M P U B L I C A E.

**S T L V A L O C O R V M P R O B A N S**  
Sæclos Patres, & omnium secularium Doctores, sapientissime sine assensu, & firma opinione proponere, disputare, & tractare, vacillanter solum, aut dubie, aut examinative, aut suspensive, aut problematicè, aut obiter, vel incidenter, aut per condescendentiam, aut ex hypothesis, atque in ijs non loqui, aut scribere ex propria, & firma sententia.

### C A P V T I.

**E R I** Dumtaxat recitatores sumus, & veluti compilatores, aut transcriptores eorum, quæ M. circa illam grauissimi Doctores omnium facultatum, & doctrinarum scripsierunt, aut fecerunt. Propositum tractandi modum Ribera in 5. Michael, Lorinus Actor. 3. Fernandus in visione 26. Bellarm. A tom.

tom. 3. controv. edit. Lugdun. 1603. lib. de Gratia primi hominis, cap. 11. col. 34. & plures alij aduertunt in Hieronymo; & frequentem esse Patribus ait Salianus, anno mundi 3020. Latissimè probat idem assertum Grabri. tom. 3. Catholic. Præscription. part. 1. controv. s. q. 1. artic. 9. pag. 67. vbi ait, sèpissimè Patres loqui recitatione ex mète aliorum, & obseruauit S. Athanasius lib. de Decretis Nicenæ fidei. Idè Grabrina pag. 30 cautel. 9. Patres, ait, aliorū placita interdù referre, nihil assertiuè statuèdo. Q. 2. ar. 4. pag. 120. allegat idem Grabrina, & sequitur Turrecremat. dist. 9. dicentem manifestum esse Doctores Ecclesie sèpissimè loquitos fuisse inquisitiuè, aut recitatione, nihil statuèdo ex propria opinione, aut assertione, atque id frequens esse Hieronymo, & Augustino, quorū primus in Apologia aduersus Iouinianum, à plurimis obiectis se, & sua scripta liberat, quod ea vacillanti, & timido calamo, & non assueranter, ac constanter scripserit; & quoniam hunc suspensum, & pauidum, & interloquitorium docèdi morem nonnulli damnauerunt in Hieronymo, ipse in prefat. vnde cimi Comentarij super Isiām, & sèpè alibi munit se exemplo Origenis, Methodij, Apollinarij, Eusebij, Tertulliani, Cypriani, Minutij, Laetantij, & Hilarij, qui sèpissimè dubitantes, timentes, neutrām partem assenerautes, & alijs rem decidendam commitentes, plurima scripserunt.

Hunc morem approbans S. Athanasius lib. de Decretis Nicenī Concilij, exiinit Origenem ab accusationibus nonnullis, quod disputans, aut sub hypothesi, nō ex firmo, & perseuerati iudicio fuit loquitur. S. Augustinus plurima sub calamo nutante, & nihil firmiter afferente scripsit, in quibus sunt libri contra Faustum, vt adnotat ex familia Dominicana Turrecremata suprà in caput, *Ego solis*, & libri duodecim de Genesi ad litteram, de quibus in lib. retractationum ipse fatetur Augustinus, ferè nihil in illis firmiter decrevisse. Cum sèpè sibi obiectat Angelicus Doctor loca nonnulla ex libris de Genesi ad litteram, vt plurimum respondet nō loquitur assertiuè, sed opinatiuè, vt patet ex 1. part. q. 36. ar. 8. & ex 4. Sentent. dist. 44. & sèpè alijs. Quod ait Albertus Magnus in 2. distin. 19. ijs verbis: *Salomon loquitur in libro Eccle-*

*Ecclesiastis more cœcionariis, & nō more afferentis, vnde & multa stulta colligendo dicit, multas limitationes, & declarations, & sanas interpretationes requirit.*

Hanc dubitanter scribendi formam, vñstatissimam fuisse Scoto subtilissimo aperte declarat, tūm quod Minorum Ordo in præfatione operum ipsius, iuxta Antuerpiensem editionem nouissimam obseruat, tūm quod ipse præstat frequentissimè, præcipue 1. Sent. dist. 41. In vita Scoti præfatae editionis hæc dicuntur de ipso. Cap. 3. *Plerumque nihil afferit resolutione; sed dubitatius.* Et in Apologia pro Scoto cap. 9. satisfit ab Ordine Seraphico obiectioni illi Bzoniane, qua dicitur: *Scotus passim indueta questione dubitabundus;* admittit obiectiōnēm esse verissimam Nitela Franciscana Dermitij Thadei pag. 14. editionis Lugdunensis. Idè sèpè S. Thomas obseruat, tunc maximè quando verbum illud adhibet, *videtur*, quod dubium, & suspensum animum ostendit, vt ait Cano lib. 8. c. 5. *Longè aliter se habet, cùm constanter affirmat: Respondeo dicendum.*

Ex illustrissima familia Prædicatorum, innumerè hanc positionem laudauerunt, & tūm Authores dubiè, aut timidè loquentes, vel scribentes tūm ipsorum opera ab omni mala nota liberant. Alberens Magnus in 2. dist. 19. Ioan. Dominicus, Magister S. Antonini in tractatibus super Magnificat, quem propter hanc dubiè, & timidè scribendi modestiā, ipse Antoninus probat, & commendat 4. p. summæ, tit. 15. cap. vlt. Turrecremata dist. 9. cap. Ego solis, statuit à dubiè, & timidè dictis in scriptis Patrum, nullum sumi de eorum sensu argumentum. Melchior Canus lib. 12. de locis Theologicis cap. 11. Seraphinus Razzius in scholijs super ipsum. Sixtus verò Senensis lib. 6. annot. 81. Caietanum, & Catharinum à gravi errore propter eamdem phrasim liberat. Ipse Caietanus in opusc. vlt. 3. tom. negat à se dicta quedam asserta, quæ magnum Germaniæ scandalum generarunt, quod illa non assertiuè, sed dubiè scripserit, vt sèpè in prædicto opusculo repetit.

Hoc principio innxi Parisienses cam Gersone serm. de Conceptione, negant S. Bernardum opinioni maculantí conceptum Virginis succurrisse, cù timidiè, & dubiè in ea re

loquatur, & consultari Romanam Ecclesiam iubeat; vt nō uam festiuitatem sine approbatione P̄tificis inuestigam reprobet, rationes dubitandi exponit, non quod illis assensum p̄beat, sed vt dubiam tunc laudem Virginis, à publica solemnitate removat, donec illam probet Apostolica Sedes. Idcirco S. Thom. 3. part. non allegauit Bernardum pro opinione de maculato conceptu.

Eadem positionem probat nouissimè Grabrina suprā allegatus, & præcipue pag. 31. & 32. ex Athanasio, Basilio, & Vincentio Lyrinensi, dum expendit ea, quæ per condescē dentiam, aut non assertiuè à Patribus efferruntur, perinde esse, ac si non affirmarentur. Subdit. *Sicut in humano, & forensibus iudicijs, testimonium vacillans, & dubium, fidem non facit sed illud quod assueranter, perseveranter, & constanter inducitur; sic illa testimonia Patrum robur habent, & firmi atem quando manifeste, frequenter, perseveranter, non priuatum, sed publicum Ecclesiae tradunt sensum, vel ex definitionibus, aut fidei regula loquuntur.* Illud obseruandum quod ipse Grabrina scripsit pag. 67. *Plerumque loquuntur Patres de mente aliorum.* Turrecremata suprā ait, Sanctū Thomam, & Albertum Magnum s̄pē respondere ad opposita testimonia Patrum, dicentes nō loqui assertiuè, sed opiniatiuè, & dubitatiuè, additquè eos non esse authores propriè, nisi eorum quæ dicunt constanter, & assertiuè.

Henricus de Ganda, Diui Thoma coetaneus passim loquitur dubitatiuè, vt ipse fatetur, quodlib. 9. quæst. 34. disputans de actiuitate ignis infernalis; & quodlib. 2. tractans an Angelus sit in loco per operationem, vbi sic ait: *In hoc intelligendo deficio, sicut in pluribus alijs.* Ex Diuo Thoma facile est producere longum Cathalogum propositionū, quas dubitatiuè solū profert, adiuncto verbo, *Videtur*, aut alijs particulis suspensiuis, & timidis, quibus, vt ait Cano lib. 8. cap. 5 vti consuevit, cūm nihil afferere, aut certò statuere audet. Testis, aut scriptor, qui sic deponit, *vt mibi videtur*; non probat, iuxta Decianum consil. 51. num. 11. lib. 2. & consil. 52. num. 1. 1. & Farinacium de testibus, §. 1. question. 68. & Antonium Sousam r. Aphorism. cap. 4. & alios plures. Idcirco non est allegandus pro authore Marsilius in his

his quæ timidè, & dubitatiuè producit, quod sepissimè prestat, vt ipse ait in 2. quæst. 20. Idem s̄nē iudicium esse arbitrantur nonnulli pro his, quæ à Doctoribus passim scribūtur, solum opinatiuè, id est præstanto assensum cum nō iei formidine.

Diuum Thomam s̄i interdum opinatiuè loquutum, nō nulli graues Theologi circa producendos locos arbitrātur. An ita sit nolo decernere, merus sum recitator, aut relator, Prima part q. 1. quod Theologia sit sciētia, quæst. 12. quod Mōyses, & Paulus ex priuilegio D E V M viderint in via: quæst. 13. in Deo non est reatio vlla realis ex tempore ad creaturas: quæst. 23. Reprobationis dari causam ex parte hominis: quæst. 45. Creatura non potest assumi. vt instrumētum creationis: quæst. 46. Mundus secundū quædā potuit creari ab æterno: quæst. 50. Nō possunt esse duos Angeli eiusdem speciei, aut duæ albedines, si sint separatæ à subiecto: q. 52. Angelus est in loco secundū operationē: q. 53. Angelii substantia motu discreto non transit per medium: q. 62. art. 3. Angelus habuit gratiam cum propria dispositione libera: q. 66. Materia non potest esse sine forma: q. 63. Materię cœlorum differunt specie: q. 113. Angelus Regni Persarū, qui apud Danielem restitit, erat bonus.

Prima Secundæ q. 71. Peccatum est actus positivus: q. 89. Puer ad instans rationis primæ, tenetur ad D E V M cōuerti: quæst. 112. art. 4. quæ dicuntur de auxilio efficaci: q. 114. Actu remisso non statim augetur gratia iusti, & tamē meretur.

Secunda Secundæ quæst. 13. Apostasia nō est determinata species infidelitatis: quæst. 19. Timor seruulis non est virtus: quæst. 24. Charitas augeri potest in infinitū: quæst. 30. Misericordia in Deo est maxima virtutum: quæst. 43. Scandalum, licet nō intēdatur, est speciale peccatum: quæst. 64. Innocētē, qui probatur nocens, debet Iudex occidere: question. 83. Anima Purgatorij non est oranda: question. 186. Monachus Episcopus non habet dominium, sed administrationem.

Tertia parte quæst. 1. Si Adamus non peccasset, Christus non veniret: quæst. 4. Si tres personæ assumerent vnā naturā huma-

## *De Ermine doctrinam.*

hominem, est enim unus homo : q. 17. Christus non habet esse creatum: q. 21. Christus orat in Cœlo: q. 24. Christus fuit causa meritoria nostræ prædestinationis: q. 25. Imago Christi adoratur latræ: q. 27. quæ scribuntur de concepione Virginis, & quod Ioannes non fuit sanctificatus cum vsu arbitrij: q. 35. filiatio ex tempore ad Matrem, nō est noua relatio realis in Christo, q. 62. Sacraenta sunt instrumenta Physica gratiae: q. 75. quantitas recipit formam substantiam vermis in speciebus corruptis Eucharistia: q. 82. si in hostia apparet miraculum permanens, non tenetur Sacerdos consecrare aliam hostiam: q. 90. ubi, ut exponat Augustinum, negat ante baptismum in re, esse pœnitentiam venialium.

In his, & alijs locis Angelici Doctoris, graues committatores quibus nec assentire, nec dissentire volo, aiūt ipsum opinatiuē solūm, nō ex firme, & proprio iudicio loquutum. Primo, quia in respōsione argumentorum obiter loquatur. Est autem aduertendum, ait Grabrina tom. 3. præscriptionū, cōtrouersi. q. 1. ar. 9. pag. 70. cautela 11. an Patres in ipsis etiam dogmaticis disputationibus loquantur definiendo, an respondēdo; nā quod obseruat Hieronymus Apologia 1. ad Ruffinum, quæ responsiā obiter scribuntur, sāpē non manant ex propria sententia. Propterea volunt nonnulli cum Ojeda, & Cano ex responsionibus ad argumenta articuloruē authoritatem D. Thom. non esse tantam quantam ex doctrina corporis per se intenta: ego semper in omnibus magnā esse fatebor. Secundū, ut sāpē Grabrina latē probat ibidem cōtrouersi. q. 1. ar. 4. pag. 30. & 31. ea quæ dicūtur obiter, vel in transversu, aut contentiose, aut perfunctoriē, aut per condescendentiam, & quasi donādo aliquid disputacioni, aut aduersarijs, non oriuntur ex firme respondentis assensu, iuxta Athanasium lib. de Decretis Nicenæ Synodi, Basilium epist. 64. Hieronymi contra Iouinianum, Vincenzio Lyrinensem, & alios. Plura autem ex relatis de Diuo Thoma sic dicta existimarent Commentatores, de quibus suprà. Tertiū, quia interdū tūm in his, tūm in alijs, dubitatio, vel suspenso, vel examinatio, vel conditionato sensu loqui Angelicum Doctorem, ideo existimant, quia solūm conjecturis stabilitat suum sensum. Quæ omnia probant examina-

## *Capit 1.*

4

minatiuē solūm, aut dubiū, aut opinatiuē à magnis Doctori bus vlo sine assensu proponi plura.

Iurisperiti plurima in hanc rem congeserunt, ut propterera dicat Matica de conjecturis vitimarum volunt. lib. 11. tit. 3. num. 4. eos Doctores, qui rem ex professo nō examinant, scđ de ea perfunctoriē dissentunt, non debere allegari. Alciatus tractatu præsumptionum reg. 1. præsumpt. 51. n. 2. ait considerandam autoritatem plurium, & quod non incidenter, sed principaliter articulum scrutentur: quia non sequitur, talis Doctor incidenter tenet hanc opinionem in modum argumenti; ergo & ita sentit. Idem arbitratur Tuschus lit. O, conclus. 150. Huc spectat quod aiunt Roland. à Valle conf. 1. num. 187. lib. 2. & suprà Tuschus conclusio. 149. non esse attendendum ad Doctores nihil allegantes, id est obiter & incidenter opinantes, nullis productis testimonijs, aut rationibus. De assertis dubitatiuē propositis idēm sentiunt Lapus allegat. 120. Viuius lib.: commun. opinion. 182. Hondedeus cōf. 61. num. 21. De assertionibus incidentibus, quas Doctores ponunt aliud agentes, & ad corroborandum dictum aliquod principaliter intentum, nullam habere autoritatem, nec allegari debere, tradunt Abb. in c. Benè el. 2. num. 3. versic. Sed mihi plus placet de postulatiborum, Thobias Nonius conf. 2. 3. num. 17. Antonius Maria in tractatione de communī opinione, titul. qui Doctores faciant opinionem, num. 2. Hondedeus conf. 61. nu. 21. lib. 2. & conf. 57. num. 77. lib. 1. & alij plures. De assertione obiter & perfunctoriē prolatâ sine prævia discussione, quod etiam non faciat opinionem, tradunt Hondedeus suprà, Neuizanis in Sylva nuptiali lib. 5. versic. Sed querens varietate, Ioan. Pichard. inter commun. lib. 3. verb. Opinio.

Philosophis valde est familiare, aut dubitatiuē, aut timidē, aut obiter, aut incidenter, aut ex credulitate vulgariter rumoris plura scribere; atque in his non est eorum authoritas allegandas veluti certa auxiliatrix, aut assertrix alicuius opinionis. Aristoteles Philosophie Princeps sic passim loquitur, & scribit. Ipse in epistol. ad Alexandrum (cuius minere Plutarchus, Gellius, Simplicius) nomen libros Phy-

## *De Examine Doctrinarum.*

scorum, & metaphysicorum à se editos incertos esse, nec afferanter, & firmiter scriptos. Idecò frequenter vtitur particulis dubitatiis : *An, Quasi, Forsan, Videtur, Est autem quod sit.* Integer liber problematū propterea sic inscriptus, quod totus sit dubitatius, suspensus, problematicus. Theonistius Aristotelice doctrinā constanter addictus ait furori esse simile, si quis sibi persuadeat fieri posse, vt quæ sit fixa, & certa Aristotelis sententia, indagari queat. Lib. 2. de cœlo, ait idem Aristoteles s̄pē se lenibus coniecturis ad aliquas opiniones traduci: interdum etiam sibi sufficere Aegyptiorum, & Babyloniorum credulitates, vt expedit Ioannes Scotus in 4. distinet. 43. q. 2. num. 16. allegās varia loca huius Philosophi, & nominatim ex duodecimo Metaphysicæ. In libris Meteororum, vbi de ignitis in genere, & in specie, de tonitru, fulgure, fulmine, cometis, circulo lacteo, de coloribus in aëre apparētibus, de voragine, hiatu, corona, & patelijs, de iride, de ventis, & eorum numero, de tempestatisbus, nubibus, pluviis, nebula, niue, grādine, glacie, rore melle, māna; de mari, de diluvijs, de fontibus, de aquarum proprietatisbus, de terræmotibus, de ignibus subterraneis, de metallis, & alijs disputat; loco prōemij statuit has tractationes profundè inuestigari non posse, sed obiter & superficie tenuis, & timidè, quod his verbis declarat: *Per transunes autem de his speculabimur, si quid possimus.* Hanc diffidētiā illis etiam verbis ostēdit: *In his aliqua dubitamus, aliqua quodammodo tangimus.* In libris Ethicorum, & moralis Philosophiæ s̄pē tātūm probabiliter se procedere; & quoniam tractationis illius natura maiores, aut probationes, aut confirmationes, aut rigida magis examina non admittit, ideo verisimili tantūm probabilitate se gaudere: non seftatores, sed impugnatores sunt huius summi Philosophi, qui ea, quæ ipse aut timide, aut verisimiliter, aut dubitatiūe tantūm statuit in naturali, aut morali Philosophia, ipsi veluti certa, & indubitata defendunt. Verissimè dixit Salomō cap. 3. Ecclesiastes: *Cuncta facit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio usque ad finē.* Et c. 8. Intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum, quæ fiunt sub sole, & quanto plus laborauerit ad querendū, tanto minus inueniat textus Arabiticus sic transtulit: *Cognoui uniuersitatē artiū Dei, & nemo potest reperire artefactam cum artifice sub sole:* textus Syrus: *Vidi ego omne opus Dei, nam non inuestigabit filius hominis essentiam operis, quod fit sub sole.*

## *Caput 1.*

Authores Societatis Iesu singulariter hunc modum dubitatiūe, aut examinatiūe, aut suspensiūe loquendi, & scribendi amplexi sunt. Vnus Gabriel Vazquez in tractatu de Angelis tom. 2. in primam partem, sequentes disputationes, vel capita sine vlla resolutione, aut examinatiue diu taxat proposuit: Disput. 180. cap. 2. disput. 181. cap. 3. disput. 191. cap. 2. disput. 197. cap. 2. disput. 200. cap. 3. disput. 202. c. 2. disput. 203. cap. 4. disput. 206. cap. 4. disput. 209. cap. 10. disput. 213. per totam, disput. 219. cap. 3. disput. 223. cap. 1. disputat. 234. cap. 3. disput. 237. cap. 2. disput. 238. c. 2. disp. 244. cap. 2. & s̄pē alijs. Suarius passim dubitat, & cum formidine loquitur, præcipue in libris octo de Angelis, in tomis quatuor de Religione, in tomo duplici de Incarnatione, & vita Christi, in tomo de Opere sex dierum, ex quibus longum Catalogum facile effet contexere. Salmerō freqnētissimè vsus hac phrasī dubitatiua, & examinatiua, siue assertione vlla, præsertim tom. vltimo à pag. 479. usque ad 538. editionis Matritensis. Innumera sunt huius generis, tūm in eorum Schola, tūm in alijs.

Quicunq̄e verō subscribuntur, & docentur cum dubio, atq̄iē formidine, dummodo nō sint circa Articulos Fidei, & exploratissimā dogmata Christianæ Religionis, libera sunt à censura Theologica, etiamsi altera pars absolute prolata grauiorem notam mereretur, quod vnico & grauiſſimo exemplo comprobamus. Sententia Copernici aientis terram esse mobilem, & cœlorum instar circumferri per immensa spatia, solem verō esse mundi centrum, palam hodie appellatur tam à Catholicis, quam hæreticis pluribus, vel temeraria, vel suspecta, vel scripturis contraria, vt constat ex Serario in to. Iosue, Tannerō tom. 2. disput. 6. quest. 4. dub. 3. Mersenō cap. 1. in Genes. vers. 10. q. 9. Nicol. Mulierio Isag. Tabul. cap. 1. Gaspare Bartholito Philosopho,

## *De propositionibus*

& Medico Dano lib. 4. Enchiridij, cap. 3. Tichone Brahe. Rabi Ioanne Bodine lib. 5. Theatri, nihilominus sacra Congregatio de indice censet, non esse expurgandam, aut delendam prædictam doctrinam in operibus Copernici, quando illa proponitur aut dubiè, aut sub hypothesi, aut vacillâter; sed solum quando constanter, aut assertiuè defendit: quod idem iudicium extendunt nonnulli ad opera Didaci de Astronimica, & Pauli Antonij Foscarini, opinionem Copernici tacentium: ergo plurimæ theses, quæ absolutè dictæ censurâ Theologicam mererentur, ab illa liberantur, si solum sub hypothesi, aut dubitatiuè, aut examinatiuè efferantur. Similem sententiam Hispana Inquisitio sectatur in expurgatione Nicolai Copernici, & Nicolai Mullerij.

Dices, hoc argumentum non esse concludens irrefragabiliter, quia Pontifices in rebus fidei è cathedrâ decernendis non alieno nomine capitalia decreta condunt, nec sententiam ferunt decretoriam; nam infallibilitas in determinationibus fidei, & morum nulli alteri tribunalis pœnitentie dele gari. Atque ideo Sixtus V. in diplomate congregationis, pro interpretatione, & executione Concilij Tridentini sic scripsit: *Eorum decretorum, quæ ad fidei dogmata pertinent, interpretationem nobis ipsi reseruamus: ergo ex ea censura utriusque tribunalis non certò constat dubiè, aut examinatiuè proposita esse libera à censura.* Respondeo. Licet verum, & indubitatum sit, quod in præmissis huius argumenti expenditur, nihilominus tantam, & tam grauem esse auctoritatem, & pondus prædictorum Tribunalium, cum determinatas propositiones sub censura exponunt, vt sine ingenti temeritate oppugnari nequeant; si qui autem doctrina, & eruditione præstantes habeant magnorum Doctorum testimonia, & grauia in contrarium fundamenta, ea sanctæ Sedi, & Ecclesiæ suppliciter offerant expendenda. Quod tamen in præsenti casu locum non habet, cum sacra congregatio de indice, & suprema Hispaniarum Inquisitio ad excludendum à censura Theologica propositiones Copernici, dubitatiuè, examinatiuè, aut sub hypothesi dictas, tot, & tam grauibus exemplis, & testimonijs à nobis in hac sylua producatis, initiantur.

CON

# CONCLUSIONES ex proximalocorum sylua deductæ.

## *Caput II:*

**E**X ijs, quæ hactenus in hac locorum sylua relata sunt, haec conclusiones certissimæ, & indubitate elicuntur.

Prima. Stylus tractandi, scribendi, disputandi dubitatiuè, examinatiuè, suspensiue, interlocutoriè, opinatiuè, cum formidine, familiaris, & frequens fuit antiquis Philosophis, sanctis Doctoribus, & Patribus, & omnibus ferè Scholasticis, & Scriptoribus. Hæc est evidens ex suppurationibus præfatis, & innumeris alijs, quæ fieri possent.

Secunda conclusio. Eaque manifesta, & indubitata est, neque errare, neque decipi, neque falsum habere sensum, neque peccare contra fidem, aut religionem eos, qui in verbalibus, scriptis, aut impressis tractationibus suspendunt iudicium, aut examinatiuè, vel privatuè dubitant, aut per pensis rationibus, & testimonijs in neutram partem inclinant, aut aliorum expectant lucem, aut se ad alios tractatus remittunt, in quibus re magis explorata decernant, dummodo id non sit in controversijs, quæ nec primarij, nec secundarij fidem tangunt, id est, in ijs, in quibus non est distinctum heresis, aut erroris, sed ad summum temeritatis, vel scandali, vel alterius cuiuscumque censuræ Theologicæ, quæ minor sit heresi, atque errore.

Probatur primò hæc conclusio ex hactenus productis: nam ideo Patres, Doctores, Scholastici, & sacræ paginae expositores dubitatiuè, aut examinatiuè scribunt, & tractant, ne errant, peccat, aut labantur; ergo iuxta sensum eorum nullum est peccatum in fidem, aut religionem, cum in discussione controversijs aliquis sic loquitur: Et ratio in aperto est,

est: nam qui profitetur se ignorare, aut dubitare, quamquam hinc inde exponat contraria argumenta, verè lequitur, & modestè, & nullum præjudicium affert Religioni, & Fidei: nec pro alterutra parte allegari potest; ergo sic dicta, & scrip-  
ta nullam merentur censuram Theologicam. Secundò probatur idem intentum: nam plurimorum sensus est, eum, qui dubitat de aliquibus propositionibus, quæ primariè, aut secundariè ad fidem pertinent, si dubitet per omissionem puram actus intellectus, vel per suspensionem omnimodam iudicij sine ylla affirmatione, aut negatione, nullatenus errare, aut peccare, si nō reflextat supra suum actum, & simul indicit asserta illa fidei dubia esse, aut formaliter, vel virtualiter positiuè dubitet, affirmans utramque partem contradictionis esse contingentem. Sic Puente disputat. 80. de fide, sect. 3. Cano 12. de locis, cap. 9. Sancius lib. 2. summa, cap. 7. Becanus cap. 14. q. 2. Egidius d. sp. 18. de fide, dub. 7. Bannez 2. 2. quest. 11. art. 1. Farinac. de hæresi, q. 178. §. 4. Sosa lib. 1. Aphorism. cap. 11. Becanus c. 4. q. 2. Francisc. de Christo q. 3. de hæresi, argumento 2. & innumeris alijs dicentes, dubium positiuè in fide esse hereticum, non vero dubium priuatiue; ergo à fortiori, qui sic priuatiue dubitat, scribit, & tractat circa res, quæ primario, aut secundario fidē non tangunt, neque errat, neque decipitur, neque censuram villam Theologicam meretur, etiam si alterutra pars absolute prolata esset temeraria, aut scandalosa, aut piarum auriū offensiua. Probatur hæc vltima propositio, & illatio: nam qui dubitat priuatiue in ijs, quæ primario, aut secundario fidem non concernunt, dubitat in ijs, quæ ex precepto naturali, aut divino, aut humano scire non tenetur positiuè; & dubium se aut ignorantia circa similes res profiteri, est actus modestiae, humiliatis, sobrietatis, & obsequij erga fidem; ergo nulla potest censura Theologica inuri pro ea verissima, & ingenua professione ignorantia, aut dubitationis propriæ. Tertiò suadetur idem intentum, quia protestatio maximè in obscuris & difficillimis questionibus, hisque non necessarijs primario, aut secundario ad salutem, excusat Doctores ab omni periculo, & grauiori censura, vt probat Sosa 1. lib. Aphorism. cap. 14. allegans Peninam, Simancas, Farinaciū,

&

& alios, præsertim Albertinum dicentem eum, cu' protestatione excusat, nulla esse infamia puniendum; sed qui dubiè, timidiè, aut suspicè loquitur, & scribit, virtualiter protestatur, si protestatione eget, immo ex parte si fieret superstitia, & inanis esset predicta protestatio, cum nihil afficeret: ergo dubiè, timidiè, vacillanter, examinatuè tractantes, & scribentes in predictis controversijs, & thesijs, nec eorum tractatus, aut scripta villam merentur Theologicam censuram, quamquam alterutra pars assertiuè, & constanter prolatâ gratiori nota infamari deberet.

Tertia conclusio, in ijs, quæ obiter, vel incidenter tractant Doctores, non prævio examine testimoniorum, & rationum in utramque partem, nec laboriosa inuestigatione veritatis præmissa, nec disputatione, aut tractatione ex professo suscepta, non est certum an loquuntur ex propria sententia, nec in simili casu eorum allegatio, aut testimonium efficax est, si doctrinam obiter dictam non declarant. Constanter à se dici, ut communem Ecclesiæ sensum, aut traditionem à maioribus continuo, & perpetuo temporum decursu sine controversia receptam, aut si non aliter conslet ex alijs locis, aut argumentis in eam doctrinam incumbere communè sensum positivum Patrum, aut Scholasticorum, veluti in re grauiter pertinentem ad fidem, & Religionem. Hæc conclusio præter authores productos in sylva testimoniorum initio posita, habet plures alios, nominatim Grabriñā tom. 3. Cathol. præscriptionum, part. 1. controversi. 1. generalissima, q. 1. art. 4. pag. 30. cuins hæc sunt verba: *Ea quæ constanter dicunt omnes, plures Patres eodem sensu consensum Ecclesiæ fatis monstrant: ea quæ obscurè dicta sunt obiter, vel in transuersu, aut contentiose, aut non dogmaticè, non præstant firmum argumentum.* Latissimè hanc doctrinam probat ibidem, & pagin. 32. similia scribit, quæ allegauimus in sylva. Probatur primò: quia vt bene idem author expedit eodem loco pag. 67. *Plerumque loquuntur Patres de mente aliorum:* at hic stylus ferè nunquam illis contingit, nisi quando obiter, aut incidenter loquuntur, ergo ex hac formula tractandi non sumitur efficax argumentum ad inuestigandum, quid senserint. Secundò probatur ex ijs, quæ idē author obser-

obseruit ibidem, quæst. 2. principalis, artic. 6. pag. 120. munens suam doctrinam auctoritate Augustini, & Anselmi, quod scilicet apud Patres, *opinionibus multoties, & coniecturis solum interdum res agitur*, ut manifestum est ex ipsa lectione Patrum: ergo quæ incidenter, & obiter scribunt ex credulitate, aut opinione, aut coniectura, ab alijs accepta saepe proferuntur; ea enim plerumque incidenter, & obiter dici consueuerunt, quæ vulgariter, aut ex aliorum opinione hausimus, quod visitatissimum sibi fuisse Aristoteles profiteretur lib. 2. de cœlo, & saepe alibi. Tertio probatur ex doctrina, quæ copiosius ab ipso Grabrina illustratur supra controvèrsia 1. q. 1. artic. 4. pag. 31. Athanasij, Basilij, Vincençij Lycinensis, & aliorum Doctotum auctoritate; scilicet ea, quæ dicuntur ab auctoribus per condescendentiam, nullam mereri censuram Theologicam, etiamsi absolute dicta grauiorem haberent notam. At hæc doctrina à Patribus ibidem allegatis approbata non aliunde vim habet, nisi ex eo quod sic dicta, aut scripta obiter, & incidenter, aut per donationem liberaiem admittuntur sine assertione, aut affirmatione, & quæ obiter, & quasi admissa, aut donata scribuntur, non exponunt sensum, iudiciumque Doctorum, Quartò probatur idem propositum, quia in Concilijs generalibus, & decretalibus, quæ dicuntur obiter, & in transcriptis, aut per condescendentiam, aut tanquam præmissæ, non habent semper certitudinem, sed interdum falsitatem, aut errorem: ergo id à fortiori continget in scriptis aliorum Doctorum, quantumvis grauium. Probatur antecedens exemplis adductis à Gregorio de Valentia, lib. 8. analysis fidei, cap. 3. ubi excusat Celestimum III. dicentein matrimonium dissolui, si alter coniugum in hæresim labatui, eo, quod in ea decretali non nisi obiter loquatur ex priuata sua opinione; & cum de alia questione diuersa interrogaretur, eam doctrinam interset. Similiter excusat Alexandrum III. licentem esse à sanctorum Patrum institutis, & ab Ecclesiæ consuetudine generali alienum, ut in testamentis plures, quam duo, vel tres testes requirantur. Hanc doctrinam tradit pro ratione, aut præmissa; ideo non mirum, si subsistere nequeat. Haud credendum est, Pontifices, &

Concilia eas velle definire rationes, quas pro decretis adducunt. Similiter idem Valentia excusat Nicolaum ad consultum Bulgarorum dicentem, baptizatum tantum in nomine Christi, sine expressione Trinitatis, non esse rebaptizandum, quod hanc doctrinam obiter ex opinione sua, & aliorum adiunxerit; nam intentum definitionis solum fuit decernere Baptismum à Iudeo collatum esse validum. Hæc sufficiunt ad exemplum doctrinæ communis, quam cum Valentia tenet etiam Vazquez 1. part. disputat. 178. cap. 2. & Doctores communiter. Vnde quod ait Bubalus, de Angelis, quæst. 50. quæsito 3. difficult. 1. §. 6. pag. 85. & 92. rationes Conciliorum, & Decretalium esse de fide, admitti non solet: & constat falsitas ex ipsis Concilijs generalibus, id quibus saepe pro rationibus, & præmissis adducuntur historiæ Ecclesiastice, & familia testimonia, quæ firma omnino esse nequeunt, ut efficaciter probat Canis lib. 5. de locis, cap. ultimo. Eudem scopum tangit, quod ibidem Canis probat cap. 5. non assisteret Spiritum sanctum Concilijs, & Decretalibus in singulis, præsertim Philosophicis, nam certè hæc obiter saepissime dicuntur.

*De causis non inveniendarum allegationum, etiam si fideliter ab Auctoribus exhibeantur, & quanta esse queat corruptela librorum.*

### Caput III.

QVæ in hoc capite proponuntur, ostendunt aperte, quæ re obiter dictis tam parum sit fidendum. Cifca primum obserna, saepe ad pauca respicientes facile enunciare aliqua Patrum, aut Conciliorum, aut Scholasticorum testimonia falsa esse ab alijs allegata; cum tamen ea verisimile fuerint producta: primo, cum iuxta diuersas editiones diuersus est ordo capitum, & traditionū, aut diuersa coruca diuin-

## De Examine Doctrinarum,

atque partitio, ut accidit in pluribus operibus S. Augustini, & in Moribus S. Gregorij, secundum varia exemplaria: contingit ut author iuxta unam editionem alleget, & lector, qui examinat testimonia, aliam consuluerit.

Deinde ex additionibus, & interpositionibus epistolarum, aut sermonum, aut tractatu, aut capitum, quae denud comparuerunt, sepiissime ordo, & numerus immutatur in diversis editionibus. Quod patet ex varijs impressionibus S. Augustini, Sancti Ephrem, Sancti Gregorij Nazianzeni, & alijs oris, principiis Cœciliorum Generalium, & Provincialium.

Tertio, ex varijs castigationibus, quæ per emendationem curam, aut supplent, aut tollunt, aut magna ex parte variat antiquas editiones, & versiones in peregrinam lingua. Quod manifeste experimur in operibus Sancti Dionysij Areopagitæ, Sancti Basili, Sancti Chrysostomi, Sancti Gregorij Nysseni, & aliorum Doctorum. Qui uno tantum perspective exemplari præcepis iudicat, facile decipitur.

Quarto, frequens est credulitas, atque valde universalis, ut ab alijs productas allegationes credant authores, easque transcribant, cum tamen iam in variis editionibus non reperiantur, quod aduertit Melchior Canus lib. 12. c. 9. his verbis: *Ille testimonium Hieronymi, sed à Magistro Sententiarum acceptum D. Thomas, ceterique deinceps, ut solent, usurparunt.* Hoc est potissimum radix unde tot discrepantie testimoniorum ab hodiernis originalibus reperte sint in decreto Grariani, quas expendit nona editio Romana anni 1584. Idem frequenter contingit in postillis glossatorum, in commentatoribus Magistri Sententiarum, & Summa D. Thome, in allegationibus Iurisperitorum, in Scriptoribus Catenarum, Collectaneorum, Polianearum. Vix est author locuples, qui sepiissime non aliorum fidat citationibus.

Quinto, ex malitia hominum aliena supponentium, aut ex depravatione codicum, aut ex vito, seu varietate Interpretum, translatorum, vel Typographorum, aut quia exinemendatis alia in agiis inemendata procedunt, magna sepe dissimilitudo, aut diversitas, aut contrarietas est eiusdem testimonij, penes varias editiones.

Sexto accedit sèpè, ut idem testimonium ex pluribus vicinis, aut distantibus aliquiuis Patris, aut Doctoris clausulis conficiatur, quod sepiissime fecit. S. Thomas in Cateena aurea, atque ita expedire fieri probavit, in prefatione eiusdem operis ad Urbanum IV. Interdum minus periti hanc iustam licentiam, & ab Apostolis, & Christo Deo in allegationibus veteris testamenti in praxi, & exemplo posse tam, immrito nominant corruptelam.

Septimo non eadem proposita verba antiquorum Doctorum a novioribus producuntur, sed aut in summam rediguntur, aut in summam ab alijs redacta denuo recitantur, & interdum currentibus literis proponuntur; minus periti sagillatores magnum in hac re facinus inclamat, cum nullum sit, quod ex praxi Christi, & Apostolorum in referendis testimonij Prophetarum innotescat, cum sensum, & non seriem verborum pro ipsissimum clausulis eorundem prophetarum adhibere soleant.

Octauo, cum magna sit varietas versionum, è Graeca, in Latinam linguam, accidit, ut autor operis secundum unam translationem alleget, & qui examinat testimonia producta editionem alterius translationis habeat.

Nonò ex Compendiariis litteris, seu abbreviaturis, non bene intellectis, aut ex negligentia Amanuensium plures, sine errore, siue varietates in diuersas editiones solent deriuari.

Decimo ex vocum affsonantia, vel similitudine nonnulla transiliuntur, & desunt in varijs impressionibus, ex quibus videatur autor parum fideliter allegasse, cum legitime suas partes obierit in citando.

Circa secundum statuere oportet haud mirum esse plurima errata à prælo, ab incuria, ab hominum malitia, & à translationibus, & versionibus, & alijs fontibus nuper relatis in scriptis antiquorum occurrere, contra primitios ipsorum calamos, cum editio vulgata olim similia mendorum genera sustinuerit, ut latissime expendit Sextus Senensis lib. 8. hærel. 13. Oleaster præfat. in Pentateuchum, & alijs plures eiusdem instituti prædictorijs, quibus siccurunt omnes fere Theologi, & interpretes, atque idem expressi

prefere dicitur in præfatione vulgata à Clemente VIII. recognitæ. Totam hanc thesim fusiū illustrat Gretserus, lib. 2. de Verbo Dei pro Bellarm. cap. 11. & egregie rem declarauit Anastasius Sinaita. lib. cui titulus : *Vitæ dux, ijs verbis : Facilius corrumpi posse scripta Patrum quam sa- oras literas, quod illa in peregrinas linguas non sunt conuer- sa.* Hæ autem in omnium gentiū linguas translatæ fuerunt. Fulse hanc thesim explanauit, & firmauit Sixtus Senensis in procœmio Biblioth. decernens ex malitia, aut Typographiaæ incuria plura esse adulterina, & supposititia in mo- numentis Patrum, vel rescissa, vel mutilata, vel summo- ta. Quintum, & sextum librum insumit in referendis locis Patrum, vel caute legendis, vel prorsus vitandis, vel pie interpretandis, & excusandis, lib. 7. & lib. 18. innume- ra tradit circa depravationem, & corruptionem librorum antiquorum, etiam in pluribus exemplaribus Bibliorum, quæ probat ex Hieronymo : Sanctus Antonius titul. 17. de leg. Canonica, §. 18. & qui eum sanctantur non raro in Cō- mentarijs super Decretum cum Turrecremata expendunt Græcorum monumenta esse nimis depravata. Nec mi- rum post tot secula, & transcriptiones hanc corruptelam inuestigam fuisse, cum Clemens 8. in literis ad initiuū Mis- salium positis, dicat intra annos quadraginta ab editione prima sub Pontificatu Pij V. innumeros errores à Typographia, temeritate, & audacia, innumera perturbata, diuersa, insolita, commutata fuisse inuecta in Missalia eiusdem Pij V. Similiter in editione Antwerpensi Ioannis Scoti anno 1620. admonet protogns Religionis Séraphi- ca, prodire opus illud expurgatum ab infinitis mendis atque in primo dumtaxat libro Sententiarum quadrangula ad minus loca fuisse restituta, & additiones multas adulterinas sublatas. Nicolaus de Lyra in libro Differentiarum veteris testamenti post finem proponit Alphabetum eorum quæ pluribus Biblijs vitio scriptorum ex solis nominibus proprijs depravata sunt, & numerat septingentos septua- ginta sex errores per immutationem, additionem, aut de- tractionem literarum. Hæc delibare oportuit tū propter fines insinuatos, & alios qui cuiuis facile occurrent, tum ut

conster in ijs, quæ obiter, & veluti in transcurso scripta re- periūtur ex relatis causis facile potuisse irrepere mendum, quod à Patrum, & Scholasticorū mente, & calamo non pro- dierit. Tandem caput firmat auctoritas sancti Gregorij lo- quentis de Commentarijs suis in libros Regum, ijs verbis: *Patres venerabiles, si seriatim cuncta exponerent, que ex parte tetigerunt eam seriem locutionis quā tenere visi sunt, obseruare nequaquam possunt: dum igitur Sanctorum Pa- trum intellectus prætereo, necessitate aliquando, aliquando commoditate vtor.* Vbi satis exprimit circa, obiter, & non seriatim, aut ex profecto à Patribus dicta, etiam si vere ab ipsis scripta sunt, ex necessitate sèpè, interdum ex com- moditate se discedere. Similia scribit Sancius proleg. 7. in Cant. Delrio cap. 3. Isagog. Ghislerius initio expositionis literæ ad caput 3. Canticorum.

*Quod in plurimis controversijs Philosophicis, mo-  
ralibus, & Thologicis, non nisi ex conie-  
ctaris, & verisimilibus funda-  
mentis possit elici offensus.*

## Cap. IV.

**Q**VI in omnibus, & singulis controversijs robusta, & ir- refragabilia poseunt, & desiderant argumenta; peni- tentiatus ignorancie naturæ, & humanarum scientia- rum conditionem. Propterea frequens, & visitatus modus scribendi, magorum Doctorum fuit ille, quem præcedenti capite memorauimus, scilicet dubitatus, examinatus vacillans, problematicus, sub hypothesi. Verum quando in alteram partem assensum inclinabant, id præstare solebant ex conjecturis, aut congruentijs, aut credulitatibus, & in primis Philosophi, qui ex sensibilioribus principijs iudicar frequentissime, non alijs inducentur argumentis, quæ cõle- Eturis, illisq; leuissimis ex credulitate vulgi, aut autoritate aliquius, aut cõexione verisimili; & apparenti aliarū doc-

trinariū probabiliter deductis. Optimè ex Arist. hāc veritatem confirmat Scotus in 4. distinet. 43. quæst. 2. num. 16. ijs verbis: *Eft alia responsio realior, quia non omnia dicta i Philosophis etiam assertiue, erant ab eis probata per necessariam rationem naturalem, s. d. frequenter non habebant nisi quasdam probabiles persuasiones, vel vulgarem opinionem præcedentium Philosophorum, vnde dicit Philosophus 2. de cœlo, & mundo (in capite de duabus quæstionibus difficultibus loquitur) tentandum dicere, quod videtur dignum, reputantes promptitudinem magis imputaveretur, quam audaciæ, signis propter Philosophiæ stare, & paruas sufficientias diligit, de quibus maximas habemus dubitationes. Vnde paruæ semper sufficientiæ sufficerunt Philosophis, vbi non poterant ad maiora peruenire, ne contradicerent principijs philosophiæ. Et in eodem capite; de alijs astris dicunt Ægyptij, à quibus multas credulitates habemus de unoquoque astiorum. Vnde quandoque Philosophi acquiescent propter suas persuasiones probabiles, quādoque propter assertionem suorum principiorum præter rationem, *necessariam*: Hactenus Scetus vniuersaliter affiamans, & ex Aristotele probans sapissimè philosophos ex lenissimis coniecturis, ex congruentijs, ex credulitatibus, ex connexione principiorum assentiri suis opinionibus sine rationibus efficacibus.*

Ex hoc principio fit quām magnus, & puerilis error fit eorum qui singulas coniecturas, & credulitates, & congruentias Philosophorum versant, & ad incudem trahunt, & perinde eas examinant; ac si demonstrationes mathematicæ crederentur: genus delirij est vel similes coniecturas, & congruentias timidè a Philosophis propositas, repudiare, quod non vincat, & robustius persuadeant quām experimenta, & Geometricorum discursus: vel in plērisque disputationibus alias probatioues expectare, quām quæ à conjectura; aut congruentia, aut credibilitate dependent. Egregie id expressit S. Irenæus lib. 2. cap. 47. ijs verbis: *Etiam eoramque ante pedes sunt, dico autem quæ sunt in hac creatura, quæ & contoruntur à nobis, & videntur, & sunt nobiscum, multa fugerunt scientiam nostram, & Deo bæc*

*bæc ipsa committimus. Quod si tentemus causam exponere ascensionis Nili, multa quidem dicimus, & fortassis sua fôria, fortassis autem non sua fôria: quod autem verum est, & centum, & firmum adiacet Deo, &c. Idcirco inutile, & noxia est eorum opera, & studium qui pro singulis coniecturis, aut congruentijs singulas excitant quæstiones ad suadendum, quod efficacissimè probent, & potentissimè conuincant..*

Melchior. Canis lib. 12. de locis cap. 5. merito conquiritur de nonnullis Theologis qui rationes quas magni Doctores, vt D. Thomas afferunt ad explicâdâ fidem congruentes, perinde ac si essent demonstrationes certæ, atque perspicue, aut defendant, aut defendendas esse credant. In arcânis Theologiæ, & scripturæ sapissimè nulla ratio affulget: insi perobscuras cōgruetias, aut coniecturas: Vnde Irenus vbi proximè sic ait: *Si ergo & in rebus creature quædam, quidem adiacent Deo, quedam autem, & in nostram venerunt scientiam, quid mali est, si & eorum, que in scripturis requiruntur vniuersis scripturis spiritualibus existentibus, quædam quidem absoluamus secundum gratiam Dei, quedam utem cōmendemus Deo, & non solum in hoc seculo, sed & in futuro, ut semper quidem Deus doceat: Homo autem semper discat.* Et Pâulo post: *Si ergo, secundum hunc modum quem dicimus quædam quidem quæstionum Deo commiserimus, & fidem nostram seruabimus: cum igitur videant Scholastici Doctores plerasque ex ijs quæstionibus arbitriis extra fidem sitis, quæ ab ipsis tractantur, in neutram partem habere certum pondus auctoritatis, neque rationis per paruas sufficientias, coniecturas, congruentias, credulitates, connexionem doctrinariæ secundum varias factiones, & scholas, suas statuunt conclusiones, & sapissimè nihil decernunt, sed dubitatiue, examinatiue remissiuæ, recitatiue propununt: quid in ijs controversijs dici queat circa plurimas disputationes de visione, beatitudine, scientia, voluntate, prouidentia, prædestinatione, Trinitate, Angelis, peccatis, auxilijs, gratia, fide, incarnatione, cum alterutra pars neque scripturaris, neque Concilijs, neque traditionibus, neque vnanimi sanctorum*

etorum Partum, aut Scholasticorum consensu, neque manifesta ratione, aut experimento subsistere queat, expedit valde antiquorum stylum æmulari, rem breviter propriae, coniecturas, aut verisimiles credulitates in modum afferre, propriam opinionem examinative, aut vacillanter declarare; vel Deo ipsi iuxta consilium Irenei decisionem committere. Innumeræ questiones circa varias possibilitates, rerum non existentium; innumeræ etiam aliæ, circa facta libera, aut liberas voluntates Dei, quæ per scripturam, aut Ecclesiam non innotescunt, innumeræ quoque aliæ circa res à sensibus, aut humano experimento non perceptibles, Scholasticam Theologiam ijs annis repleuerunt, in quibus necesse est solis coniecturis, aut congruentijs, aut credulitatibus alicuius magni Doctoris, aut ratione connexionis aliorum principiorum, decernere, & opinari, ut nuper relatus Scotus admonebat: Qui vero respondentes, aut argumentantes, vel sic defendunt, vel sic appugnant predictas coniecturas, congruentias, aut credulitates, ac si essent demonstrationes Mathematicæ, magnam inferunt Theologiz injuriam, cum singulæ res ita sint tractatae, & excutiendæ, vt earum natura permittit. Id simpliciter obseruauit Aristot. pro Philosophia morali, quæ nos in magna parte secunda secundæ comprehensionis, moralē Theologia nominem habimus. Sepe ibidem expedidit Philosophus tractationis illius naturam solidiores probationes, & rigidiora examina non admittere, sed verisimiles tatum probabilitates. Longum esset ire per singulas questiones Philosophicas, Theologicas, & morales, in quibus assensus ad alterā partē sola coniectura, aut congruentia, aut credulitate institutus. Quocunq; plures Theologi tribuunt humanitati Christi pro efficacia physica miraculorum, Sacramentis pro influxu Physico gratiæ, igni infernali pro physica a finitate in spiritus, creaturis singulis pro instrumentali virtute physica creandi, & alijs innunceris, quatenus suos sensus

sensus probat ex potentia obedientiali physica vniuersis rebus creatis annexa, sive adequate identificetur cum illis, sive non, certum est non alio innici fundamento, nisi allegatione quorundam verborum Augustini. Dicunt hinc Doctorem maximum, & sanctissimum primum fuisse assertorem potentiae obedientialis, & eam inter fideli mysteria recensere: Verum Augustini verba sunt obscurissima, & de illius sensu non liquet, & quæ in hoc genere allegantur, sunt ex libris de Genesi ad litteram, vbi nihil dicit assertive, nec auctoritate præcipientis, sed formidine dubitatis, præterea obiter, & non ex professo de hac obedientiali potentia tractauit, sicut & plures Theologi. Infinita sunt hujus generis in Theologia, & alijs artibus, & scientijs quorū alibi longiore Catalogū producemus, vt notū sit pluribus in controuersijs assumendas esse regulas Irenei, & Scotti, nee proportionibus, aut motiis litigandum aliter, quam pro verisimilibus fundamentis.

Probatur idem intentum à simili scriptura sacra, in qua scriptissime Canonici scriptores argumentis dumtaxat veri similibus; & probabilibus vtuntur, quæ iniquum esset more mathematico veluti demonstrationes examinare. Exempli gratia: suadet D. Petrus Apostolos non esse ebrios, cum Spiritus Sanctus die Pentecostes descendit, quia hora tercia nondum effluxerat. Hæc ratio est verisimilis, & tantum probabilis; non vincit potenter, quia si casus disputationi exactissime subiiciatur, haud dubium quin ebrij esse possent. Apostoli ante horam tertiam labete mense Aprili, aut incepiente mense Maio, in quo ab aurora, usque ad tertiam quartuor, aut quinque horæ intercedunt: Plura huius generis possent adducii ex scripturis, ne quis in libris aliorum Doctorum triumphales, & irrefragabiles rationes, vbiq; desideret, sed quas rei natura patitur.

Similiter in Decretalibus, & iure Canonico, & Cœcilijs, non raro, vel tanquam rationes, vel tanquam premissæ, propounderunt aliqua fundamenta ex discursu, aut scriptura sacra, aut historia, aut patribus, que tantum verisimiliter, vel probabiliter persuadent, & non irrefragabiliiter vincunt: Imò interdu sunt falsa, vt probat cōmuniter DD. cū Valér. l. 3. Anaf. fid. indubitate tamen est, neq; Pólitices, neq; generalia

ralia Concilia errare posse in conclusionibus, quas directè, aut primario intendunt definire. esset quidem in pluribus casibus labor superuacaneus non aliter, ac demonstratio-nes excutere, & examinare rationes singulas, aut testimoni-a scripturæ, aut historias Ecclesiasticas, quæ in decre-talibus, aut Concilijs producuntur tanquam præmissæ, aut rationes conclusionis definiendæ, ergo multo magis id ob-servandū venit in rationibus, & præmissis, quæ à Doctori-bus quantumuis magnis afferuntur ad varias doctrinas ap-probandas.

Pro dictorum illustratione varias clausulas Jesuitarum antiquos Scholasticos sestantium producamus, Azor parte 2. edit. Rom. anno 1606. lib. 5. c. 4. pag. 328. 329. 330. postquam numeravit varios errores Pontificum non de-cerneantium è Cathedra, subdit multa in corpore iuris ha-beri, quæ Pontifices non diffiniunt, sed in eis sententiam priuatam exponant: colligit errores decem, & eorum non nullos excusat. Luytius Turrianus opusculo 1. Selectarum disp. 1. dub. 6. ait Pontifices, & Concilia in diuersis ma-terijs, vti posse rationibus probabilibus, sed ineffica-cibus, atque idei contingere in allegationibus scriptura-rum. Disputat 2. dub. 1. ex Valentia, Salmerone, Molina, Sanccio, Lorino, Chrysostomo, probat rationes quibus vtuntur Scriptores sacri sæpe esse probabiles solum, non euidentes. Per quindecim dubia sequentia eandem thesim varijs exéplis edifferit. Ibidem centur. 2. dub. 37. Concilia possunt adducere loca scripture ad probandum intentum in sensu non literali. Centuria 3. dub. 38. statuit posse esse inefficaces rationes aliquas Concilij ge-neralis. Dub. 39. nullam inquit meretur censuram afferere Sanctos inter-dum vti rationibus non efficacibus.

(?)

*De examine doctrine damnabilis, & expurgabilis,  
in genere. Cap. V.*

**N**ulla propositio falsitatem continet, quæ latè non dic-a-tur damnabilis, propter imperfectionem intellectus ne-gantis obiectum verum, & fundantis actum falso. Verùm non ag mus de hac specie, aut genere doctrinarum; sed impri-mis de illis assertioribus, aut doctrinis, quæ expurgari, aut condenari debent, propter censuram Theologicam ipsis annis xxiij; quia aut directè fidem, vel Religionem destruunt, aut indirectè eam labefactant, aut infirmant, aut decolorant, aut infamant, aut sententiam ad eam labefactandam, infirmandam, decolorandam, vel infamandam disponunt. Secundò tracta-mus de illis doctrinis, aut assertis, quæ licet nullam censuram Theologicam mereantur, nihilominus eorum prohibitio, aut expurgatio Apostolicis Inquisitoribus commissa est. Hu-ius generis sunt clausulae omnes, quæ fama proximorum, & praestitum Ecclesiasticorum, & Principum detrahunt; & quæ bonis meritis sent contraria; & quæ personas Ecclesiastico-rum laedunt, ac violent; & quæ in perniciem, aut præiud. ciem famæ, & extirpationis aliorum iactant, & quæ ob lasciviam bonos mores corrumpere possunt: quas omnes clausulas iubet Clemens VIII instructione sua Pontificia, anno 1595. edita, ex libriss tam Catholicorum, quam hæreticorum ex-pungi. Sunt igitur diuersæ propositiones damnabiles prop-ter censuram Theologicam, à propositionibus, quæ ex com-missione Pontificis expurgandæ sunt, licet nullam Theo-logicam notam habeant adnotam.

Expendere necesse est diuersos gradus propositionis dam-nabilis, aut expurgabilis, non semper essentia, aut specie d. f. ferre, cum interdum solis accidentibus, aut circumstantijs no-tabiliter aggressuantibus separantur interdum mutuò se inclu-dant. Omnis propositio hæretica est erronea; & omnis pro-positio hæretica, & erronea est scandalosa, & piarum ayrium offensiva. Neque decet more Philosophorum, pro legibus hatu lusionum mutuò digladiari, ac per subtiliores cõsi-de rationes expédere, utrū qua ratione linea, superficies, & cor-dpus

## *De propositionibus*

pas specie physica, & metaphysica differunt; licet corpus sine superficie, & superficies sine linea considerati non valent sicut heresies, error, scandalum, & alia censurae specie sunt diversae, quanquam heresies sine errore, & error sine scandalio non possint inueniri. Hoc genus distinctionum circa divisiones, & distinctiones in rebus moralibus saepe est invicile, at in praesenti calo multo est inutilius; cum ad vitamque partem variæ possint adduci coniecturae, nec ex investigatione differentiae, aut convenientiae specificæ ad praesentem tractationem nulla utilitas consequatur. In factamento pœnitentiarum exprimere necessarie est gradus illos propositionum, de quibus maximus est, an essentia liter, seu specificè secentur; at pro nostro instituto certum est, omnes, & singulos gradus propositionum inferius producendos, & libris expurgare debere; quæ specistim propositiones graviores censuram aexam habentes, quibus propterea maior sit iniuria genera, cum ex dicendis in singulis, tum ex circumstantijs iudicandum est.

## *De propositionibus hereticis, erroneous, sapientibus heresi, suspectis, male sonantibus, scandalosis.*

### *Caput VI.*

**V**T propositio aliqua veluti heretica condemnatur, necessarium est eam aduersari, & contrariari articulis fidei, vel Ecclesiæ definitionibus per Concilia generalia, & Decretales expressis, vel litteris sacris, vel traditionibus Apostolicis. Contrarietas debet esse talis, ut non sit opinio inter Doctores Catholicos de oppositione, aut contrarietate, vel contradictione propositionis, cum prædictis quatuor regulis fidei, vel aliqua illarum. Idecirco cum heresies sit error pertinax hominis Christiani, fidei Catholicae ex parte contrarius, iuxta omnem Doctorum expositionem, cum Toleto lib. 4. cap. 3. Azor 1. p. lib. 8. cap. 9. Sanceio lib. 2. Decalogi, cap. 7. necesse est, ut doctrina circa quam erratur, sit eius generis, ut singulariter res, vel autori exhibeat, cum quo articulo fidei, vel cum qua determinatione Conciliorum, & Pontificum, vel cum quo loco Scripturarum, vel cum qua traditione

## *damnandis, & expurgandis.*

14

tione Apostolica, fine dubio, & opinione omnium Doctorum opponatur: nam generalis censura de heresib; non productis regulis fidei, quibus singulariter opponatur, nec in iudicio, nec extra iudicium rebullæ sunt. Ad hunc gradum renocari debent aliquæ capita, quæ prescribit instruatio Pontificia Clementis Octavi, de correctione librorum, his verbis: *Quacumque fato, aut fallacibus signis, aut ethnicae fortune etiam mani arbitrij libertatem subiiciunt, oblitterentur: ea quoque aboientur, quæ paganisimum redolent.* Nam similes propositiones a Christianis prolatæ, vel scriptæ iam non sunt duumtaxat pagane, aut gentiles, sed hereticæ simul, aut heretici proximi, vel de hereti suspectæ, aut heretorum lapientes, aut erroneæ, iuxta mentituram contrarietatis, cum dogmate fidei in singulis gradibus expendendam.

Propositio erronea, aut heretici proxima (quam Leo X. in Bolla contra Lutherum appellat, veritatem *Catholica obuiantem*) minus quid continet, quam heretica; cum sit assertio falsa contra aliquam veritatem Catholicam ab Ecclesia nondum planè definitam; verum ex definitis planè, & evidenter pendente, & deductam. Sic Carus lib. 12. de locis cap. 11. Simancas tit. 54. institut. num. 9. Paramus lib. 3. §. de hereticis, num. 105. Puente Hurtado disput. 81. de fide. Suan. tract. de fide, disp. 19. & ceteri Doctores ab his allegati. Vnde erronea doctrina est, quæ non manifestè aduersatur conclusioni Theologice evidenter illata ex utraque præmissa de fide, aut ex altera de fide, altera evidenter naturaliter. Secundò illa etiam erronea doctrina dicetur, quæ tam evidenter opposita est, licet mediata cum ijs, quæ sunt de fide; ut neganda sit ipsa fides à mediocriter docta, qui in illa defendenda persistenter. Tertiò eadem censura inuretur illi propositioni, cuius opposita ex vehementi, & communione opinione sapientum est de fide. Quartò idem iudicium fiet de doctrina, qua admissa per legitimam, & concludentem illusionem cogitur illius autor, aut defensor, ad negligendum assertiōnem aliquam fidei, quam Deum revelasse admittat. Ex quibus omnibus constat, erroneam propositionem solūm imporat a re errorem proximum heresi, qui tamen non sit heres: atque adeo

## *De propositionibus*

ad eò esse inter has species diff. rentiam, quam supponit **Con ciliu m Constantiense**, l. s. 15.

Propositiō blasphemā est clausula verbalis, aut scripta maledictionis, conuictiō, & contumelias in Deum, vel in eas personas, quæ habent respectum vinculi, & unionis ad Deū, ut Sancti, etiam si nihil filium de illis affirmetur. Hanc descriptionem exp̄ndunt **Suar. tom. 1. de Religione, tractat. 3.** & **Sanctius lib. 2. summæ, cap. 32.** & iunumeri ab his allegati. Duplex est species blasphemie; alia hæreticis, continens hæresim contra Deum, vel errorem, aut falsitatem speculativa m contra idem iniuriosè, & contumeliosè prolatam, per modum indicatiū; alia blasphemia est simplex, & non hæreticis, quæ non continet falsitatem, quasi speculativam contra fidei veritatem; sed solum falsitatem, quasi practicam, ex modo loquendi blasphemantis ortam, quales sunt blasphemiae prolatæ per alios modos, qui non sunt indicatiū, ut optandi, imperandi, increpandi, & quæ sunt nominando contumeliosè, aut irrisoriè aliquid, quod in Deo, aut Sanctis nō reperitur; vel si reperitur animus proferentis, & verba ipsa conuictum, aut iniuriā continent, ut latè exp̄ndunt **Suar. & Sanctius suprà**, & qui ab illis proferuntur. Hæc secunda species blasphemie est mixta fori, & datur locus præventioni Iudici Ecclesiastico, aut seculari.

Vt propositiō aliqua sapiens hæresim existimat, necesse sarium est, ut prima verborum facie, & significatione sensum hæreticum offeat audientibus, & legentibus, siue piè intellecta sensum Catholicum habere queat; siue illum non capiat. Instructio Pontificia Clementis Octavi, anno 1595. hunc gradum saporis hæresis ita exprimit, ut non declarat, in quo tunc sit. Existimo nostram declarationem supponere quam tenet **Paramus lib. 3. c. de hæresi, & eius speciebus, num. 1c 6.** ex **Gersone, EKio, Albertino, Castro, & alijs. Simancas de Cath. inst. tit. 30. num. 24. ex multis Doctoribus, & tit. 54. num. 6. Suarez, Puente Hurtado, & alijs supra relati.** Verū si ex antecedentibus, & subsequentibus clausulis, aut dictis tollitur ille sapor, aut acerbitas hæresis per declarationem, & professionem doctrinæ Catholicæ, non potest ullam censurā mereri in nullus tam cautè loqui, aut scribere potest, ut singulas

## *damnandis, & expurgandis.*

15

has propositiones mutilatas, vel ab antecedentibus, & subseq̄uentibus sciunctas, à predictis saporibus liberare queat. Item propositiō sapiens hæresim illa est, ex qua simul, & alia, quæ non possit rationabiliter negari, hæresis infertur, ut **Simancas, & Paramo** suprà ex **Corduba** docuerunt. Verū hæc illatio debet esse manifesta, & evidens, ita ut per nullas subtiles considerationes, nec probabiles rationes, aut conjecturas, posito antecedenti negari possit consequens: & tandem concessio antecedenti, & consequenti manifesta, & evidenter inferatur alia propositio hæretica. Itaque iuxta hunc sensum non potest convinci reus, aut Do&or, de propositione sapiente hæresim, si conformetur syllogismus, in quo admittat maiorem propositionem, & rationabiliter, aut probabiliter, aut verisimiliter negare non possit minorem, aut ē contra, vnde ei lentei inferatur consequens, ex cuius concessione manifestè colligatur propositio hæretica.

Propositiō suspecta de hæresi illa est, quæ cum duplē habeat sensum, unum Catholicum, & alterum hæreticum, ratione circumstantiarum personæ, temporis, vel loci, suspicio generatur, quod à proferente, vel scribente in sensu hæretico fuerit proleta, aut scripta. Instructio Pontificia Clementis Octavi his verbis hunc gradum expressit; **Verba dubia, & ambigua, quæ legentium animos à recto, Catholicoque sensu ad nefarias opiniones adducere possunt.** Eiusdem gradus memini Pius IV. in litteris, quartu[m] initium; **Dominici gregis.** Si conjectura, quæ generat hanc suspicionem, raro, vel casu, concludit dicentem, aut scribentem esse hæreticum, propositiō erit leniter suspecta. Si conjectura suspicionem irducens concludit frequenter, & ut in pluriōm, talia dicentem, vel scribentem esse hæreticum, propositiō erit suspecta de hæresi vehementer: ut probatur ex ratione, c. accusatu, ex tra. de hæreticis, lib. 6. §. ille vero. Si conjectura suspicionem generates concludit efficaciter, & fere semper, talia dicentem, vel scribentem esse hæreticum, propositiō erit violenter suspecta de hæresi: ut constat ex ratione, quæ habetur cap. Filij, & cap. accusatus, ex tra. de hæreticis, lib. 6. Quid si propositiō aliqua duos habet litterales sensus proprios, & communes, quorum alter Catholicus sit, alter hæreticus, non est suspecta, aut

## *De propositionibus*

aut heresim redolens, sed & quicunque: sic accidit in vocibus simplicibus, ut frons & quicunque vox sit ad frontem, & frontem: in hoc casu non met p[ro]p[ter]e d[icitu]r & quicunque propositionem absolute condemnare, si autem est Catholicus.

Propositio male sonans, & piarum aurium offensiva specialiter dicta, de qua Pontificia instru[n]ctio Clementis VIII. vbi supra, illa est, que cum heretica non sit, neque erronea, neque sapientia heresim, nec suspecta de heresit, aliquid tam in absurdum affectit, quod statim ut auditur, tel glosas, doctas, & piarum aures merito offendit, qui possit affecti i gravis autoritas Petrum, aut Doctorum similem propositionem adstrues, qua illata offensio evideatur. Sic Cano de locis, lib 12. cap. 11. Simancas tit. 54. num. 10. Et ex Turtecrem. Albertine, Cai[lo], & alijs Paramus lib 3. §. de heresi, num. 107. Nulla est regula ad inferendam hanc censuram, praeter aures religiosas, doctas, graves, & piarum: neque potest quisquam ab ea se liberare, nisi per ostensionem earumdem propositionum in gravissimis Scriptoribus Catholicis. Cum hic gradus ex parte comprehendat censuram scandalis, & offensionis, necesse est, ut plura, que de propositione scandalosa dicuntur, convenienter assertioribus male sonantibus, aut piarum aurium offensivis; & que de ijs dicuntur, etiam scandalosis applicentur. In vi iure sumi oportet expendere. plura esse, que lingua vulgari sunt scandalosa, male sonantia, & piarum aurium offensiva, quamquam verissima. Sacra B[iblia]a verbo a i verbum ex originariis fontibus traducta; controversia de mysteriis fidei, tractatus de predestinatione, & reprobatione. & alia plura gravissima incommoda, & noxam reipublica Christiana inferunt: que tamen latino sermone dicta, aut scripta, aures piarum id est, minus malevolas, aduersas, & captivas, sed satis superque instructas, & ad Christianam lenitatem propensas minimè offendunt: quod docte expendit Abul. 1. p. defensorij, in fine, vbi ait: Si vera, aut probabilia scribuntur latine, non esse veru scandalum litteratorum, cum potius naturaliter gaudeant de veritate explanata; si ignorantes sunt, scandalizati non possunt, cum non lingua vulgari quidquam proponatur. Quod scandalio Pharisaeo quisquam conturbetur, curandum non est. Tadem male sonantes propositiones dicuntur, in quibus sensus

*damnandi, & expurgandis.*

16

sensus est legitimus; voces dumtaxat offensionem generant, quia vel ex ignorantia significacionis, vel ex incommoda applicatione, vel ex alieno usu nimis distortos est sermo.

Propositio scandalosa ( quam etiam expurgari iubet instru[n]ctio Pontificia Clementis VIII. vbi sop[er] ) est illa que siue vera, siue falsa sit, publicis, praesertim pijs praebet occasionem ruendi in aliquem errorem, vel peccatum specie[rum] ad iudicium Inquisitionis. Huius gradus meminisse Concilium Constantiense less. 8. damnans articulos nonnullos scandalosos Vviclephi, & less. 15. condēnans alios Ioannis Hus. & Pius V. & Gregorius XIII in Bulla contra Br[un]um. locit co Paulus III. constit. 30. tom. 1. Bullarij. pag 659. constituit Inquisitoribus, ut procedant contra predicantes propositiones scandalosas; & Alexander IV. constitut. 8. libertum prohibet de periculis novissimorum temporum, quod multa scandalosa continet; certe in predicto sensu gradum scandalotum usurpant. Verba Alexandri IV. coercent plures species scandali ijs clausulis, in unum collectis: prius detractiones in ea clausila; Surgentes aduersus fratres detractione, & contra dilectos Matris Ecclesiae filios scandalum posuero. Deinde turbationes in illa. Quodque etiam idem libellus magni scandali seminarium, & multæ turbationis materia existebat, inducebat etiam dispendium animarum. Tertio, que sunt causæ iurgiorum, contentionum, dissensionum, sub eadem voce ib. dem exprimitur. Sic etiam hunc gradum Canus lib 12. cap. 11. Simancas tit. 54. num. 13. Paramus lib 3. §. de heresi, num. 110. & Puente Hurtado supra declararunt. Non nullæ tractationes vulgari lingua sunt scandalosa, sicut dictum est de male sonantibus, & piarum aurium offensivis; que latine sermone positæ nullam censuram merentur. Ideo Pius V. constitut. 114. tom. 2. Bullarij. pag 322. & Paulus V. constitut. 9. pag. 58. in appendice, pro suo tempore interdixerunt, ne quisquam libros scriberet vulgari idiomate, continentes questiones de Conceptione B Virginis. Similiter regula 4. expurgatorijs prohibet factam Bibliam (qua nihil est verius) si lingua vulgari fuerit donata. Concilium Lateranense, sub Leone X. less. 11. detractiones Predicatorum in concionibus aduersus Prelatos, & Episcopos, nominat scandalosas: & licet

## *De propositionibus*

& licet aliquando censuram Theologicam non mereantur hz, aut alia scandalosa propositiones expurgantur, iuxta instructionem Clementis VIII. A Constantino Magno similares iactationes, & scriptiones scandalose nominatae sunt lib. 2. Concilij Niceni, per Alfonsum Pisatum, cap. de praestantioribus Episcopis à Rege suscepatis, ubi dicitur, p[re]dictū Imperatorem incēdio tradidisse omnia scripta aduersus Episcopos, & Sacerdotes his verbis, Oportere Sacerdotum praevaricationes vulgaribus esse ignotas, ne inde scandali occasione accepta, postea ipsi absque metu dislinquunt. Sub hoc gradu collectari possunt illæ propositiones, aucto doctrinæ scriptæ, aut prolatæ, quæ his verbis notentur ab Alexander IV. Quodque idem libellus inducbat dispedium animarum, cum reirabatur à devotione solita, & consueta elemosynarum largitione, ac à conuersione, & Religionis ingressu fideles. Iudic co tractatus illi, qui docent, eo minus fidendum esse hereticos & Iudeos ad Christum conuersis, quo minus specimen pietatis, elemosynæ, & susceptionis Sacramentorum docerint, vt scandalosi prohibentur, quoniam auertunt hereticos, & Iudeos ab ingressu Ecclesie, & eos, qui ex ipsis Catholicæ Romanæ fidei se subiecerunt, separant ab exercitio bonorum operum.

## *De propositionibus seditiosis, schismaticis, inturiosis, maledicis, & contumeliosis. Cap. VII.*

Propositio seditiosa est, quæ circa res fidei, vel doctrina rum, ad bonos mores pertinentem, generat seditionem, aut tumultum. Ita Simancas de Catholicis institutionibus, tit. 54 num. 15. Paramo ubi lupta. Propositiones illæ, quæ seditionem causant in rebus fidem non tangentibus, ratione censuræ Theologicæ, ad iudicium Inquisitionis non spectat, nisi quando lege aliqua Apostolica sancto Officio committuntur: sic olim Sixtus IV. promulgavit litteras, super non excudeendis libris de Religionum quarundam origine, & antiquitate, ex quibus Regularium contentiones prodibant: atque huius rei cognitionem dicitur commendatam fuisse à Sede

## *damnandis, & expurgandis.*

Sede Apostolica Inquisitoribus. Similiter Paulus III. anno 1542. in Bulla, quæ incipit; *Apostolici culminis, sancto Officio committat*, ut severè plectat Concionatores e sacro pulpito satyricas, mordaces, & seditiosas propositiones, cuiuscumque generis sint, effundentes. Ideo proximis annis sub prema Inquisitio Hispana grauissimo edito cōpescit Magistros, & prædicatores, & quoscumque alios in cōcionibus, lectoris, vel chartis scriptis, lac erantes uomeo, & denigrantes famam Ecclesiasticorum, aut Religiosorum, etiam si viri solū personam laderent, si ex eius damno refunderetur in reliquum Ordinem detrimentum. Hoc genus hominum seditiosorum carceribus addici vult, exilijs, & priuatione munierum, magisteriorum, lectoriarum, & concionum multarum. Clemens VIII. in instructione edita anno 1595. e libris expurgari iubet ab Inquisitoribus, quascumque propositiones seditiosas, licet censuram Theologicam non mereantur, ut ex inferiū dicendis constabit: idcirco merito expunguntur, quæ in libris quorundam Lusitanorum, ex zelo, non secundum scientiam, imprimuntur aduersus Christianos recens conuersos à Iudaismo, vel ab eisdem prognatos, aut nepotes & posteros illorum: ex illis enim odia, liuores, rancores, lites iurgia, seditiones, dissensiones generantur: quæ omnia Alexander IV. constitutione 8. cum videret in libro de periculis nouissimorum temporum contineri, ut illum prohibeat, ijs verbis præfatur: *Interserit odia, rancores ingerit, liuores accedit, mouet lites, iurgia suscitat, contentiones irritat, promit seditiones, dissensiones procurat.* Certe prædicti homines ex illis tractatibus conturbantur, & efferrantur, & tumultuantur, & in fissiones, & seditiones partiuntur, cum gravia noxa Christians Religionis, dum experientur se, quantumvis catholicè procedant, ut vilissimos apostatas infirmari. Comprehenduntur similes tractatus in verbis Clementis Octavi publicantis instructione de correctione librorum, cum dicteur: *Quæ bonis moribus, & Christianæ disciplinae sunt contraria, expungantur.* Item illa deleti reantur, quæ sunt in præjudicium famæ, & existimationis alterius: nihil autem magis perniciosum, quam quod Christianos infamar, cito

## *De propositionibus*

irca Religionis cultum; consequenter à fortiori expungendi, aut prohibendi sunt libri, & tractatus, qui quovis fideles de hæresi, aut errore infamare curant.

Propositio schismatica (cuius etiam meminit instruc*tio Pontificia Clementis VIII*) est illa, quæ divisionem Ecclesiæ inducit, & separationem fratelliū a suo capite, cum quo communicare tenentur. Hæc rebellis, & spontanea sejunction à suo capite, & consequenter ab eis, qui obedienter subsunt illi, est materia propositi schismatis inferentis graue periculum, & detrimentum fidei per apertam inobedientiam; etiam si nullus sit mentis error. Ita Simancas de iustit. tit. 54. num. 14. Paramo lib. 3. §. de hæresi, num. 111. & communiter Theologi, & iuris Professores. Quando inobedientia, & rebellionio continetur cum falsa fide nolentis Ecclesiæ determinationibus fidem habere hominem constituit hæretici conformatum, & verum sed de hoc schismate non loquimur.

Propositio injuriosa, maledicta, & contumeliosa, quæ ad tribunal Inquisitionis pertinet, illa est, quæ aliqui fidelium statui, aut muneri ab Ecclesiæ approbato, vel dignitati, aut illustri personæ Ecclesiastice ita detrahit, & iniuriam facit, ut Christiana Religio impetri, & fides aliquo modo vulnerari videatur: periculum enim est, ut ex injurioso contemptu Religionis, Sacerdotum, Episcoporum, Cardinalium, & Pontificum fides, & sacramenta, & religio Christiana denigrantur. Vix potest per scripta, aut verba obscurari, & lèdi pluriū Ecclesiasticorum, maximè Pontificum, Episcoporum, & Monachorum nomen, quin bonum commune, & religio tristioni pateant. Ideo in octava Synodo prohibentur tractatus contra sanctum Ignatium Patriarcham editi; & catalogi expurgatorij, propter similem maleficentiam, libros aut expungunt, aut prohibent.

A tempore Clementis VIII. habent iurisdictionem ampliorem Inquisitores; nam ad eos pertinet expungere, & prohibere quamcumque propositionem iniuriosam, maledicam, & contumeliosam, & alieni honoris detractivam, etiamsi nulla censuram Theologicam mereatur, adhuc quando contra viam solum personam, maximè Ecclesiasticam, hoc genus iniurie, maledictionis, contumelie, aut detractionis exercetur,

*damnandi, & expurgandi.*

19

ter. §. 2 de correctione librorum instructionis Pontificis editæ anno 1595, cum indice Concilij Tridentini, ijs verbis ea lex proponitur: *Quæ famæ proximorum, & præsertim Ecclesiasticorum, & Principum detrahunt, bonisque moribus, & Christianæ disciplina sunt contraria, expungantur.* Ecce paulopòt; *Fæcetia etiam, aut dictæria in perniciem, aut præiudicium famæ, & existimationis aliorum iactata repudiuntur.* Supposita hac iurisdictione Inquisitoribus collata, possunt; & si partes læse postulent, debent expungere, aut prohibere, quodcumque opusculum, tractatum, aut libri, in quo alienæ famæ detrahatur: licet sit pura, & mera detractione, cui nulla Theologica censura debita videatur.

In hac re valde est attendenda differentia inter eos, qui aggrediuntur alios chartis, & libellis infamantibus, & eos, qui cum moderamine inculpatæ tutelæ, per alias chartas, aut libros, seipso, suaque gestæ, aut factæ ab eorum calumniis defendunt. Nam ijs, qui iuste se cuentur, plura licent, iuxta exempla sanctorum Patrum, & doctrinas Scholasticorum. S. Gregorius Nazianzenus, in carminibus de vita sua, Maximum Aegyptium Monachum, appellat, *malum rabidum, canem synicum, vjarum seruulum, Aegyptium spectrum hypocritam, effeminatum;* Gomorrheum, Sodomitam, inuidum; & alia probrofissima nomina obiecit, ut illius fidem alleviaret, circa illa, quæ contra Gregorium euulgarat. Orat. 28. iuxta editionem anni 1612: Antuerpiæ, describit tempestatem à Maximo excitatam, ijs verbis: *Ex amicis, & proximis alij haud obscurè aduersus me appropinquauerunt, & steterunt a iij, & quidem ij, qui humanissime mecum egerunt, de longe steterunt, & in nocte hac omnes scandalum passi sunt.* In orat. de Episcopis, de illis tractans, qui gravissime curia infamarant, ait: *Quorum alij nepotes fuerant eorum, qui tributorum scribæ fuerant; nec aliud animo voluebant, quæm falsas, & subdolas rationum depravationes, a iij ab aratriis venerant adiusti à Sole; alij à ligone, vel bidente totum diem non quiescentes: nonnulli etiam opificiorum, que vitra ignem operas suas perficere nequeunt, gnari; ne fuliginem quidem carnis integrè abluerant.* An non hec improborum sunt, & negram Episcoporum? Diuus Hieronymus cum se de Origenis erroribus cerno

## De propositionibus

cerneret infamatum libellis Russini, in apologia contra ipsum euulgat; in cuius libro 2 probat Russinum esse lascivum, idiotam, Grammaticæ, & Logicæ ignoratum, inuidum, furibundum, atque innumera huius generis addidit. Commendat hoc genus defensionis ijs verbis. *Fatior, illicò ad obiecta respondi, & me non esse hereticum totis viribus probare conatus sum, misique hos meos apologetis libros ad eos, quos tu vulneraueras, ut venena tua nostra sequeretur antidotus.* Ex Basilio, Chrysostomo, Gelasio Papa, & alijs sanctissimis Patribus adduci plura possent documenta similia. Scholasti ci Doctores simili exemplo seipsoe, aut suos ordines, & professiones ab infamatoribus defendenterunt. Sanctus Thomas opusc. 19. impugnatores Ordinis Predicatorum grauissimè, & iustissimè percellit, licet essent Doctores famosissimi Academias Parisiensis. In prologo eos appellat malignos, inuidos, peruersos, similes Philisteis. Capitibus viginti & sex opusculi prædicti alia quoque similis coloris passim addidit: ac tandem in epilogo eos veluti detractores, & nequis, simos, & cæcos, & duces cæcorum, diuino iudicio referuat. Similia scripsit S. Bonaventura, in apologetico contra Magistrum Guillermum, & in alio aduersus eos, qui Ordini Fratrum Minorum aduersantur. Sholasticè hanc formam defensionis tuerit S. Thomas 2.2. quæst. 72. artic. 2. ijs verbis. *Quandoque oportet, ut contumeliam illatam repellamus, maxime propter duo: primò quidem, propter bonum eius, qui contumeliam infert, ut videlicet eius audacia reprimatur, & de cætero talia non attentet, secundum illud Proverbiorum;* *Respondi stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur: alio modo, propter bonum multorum, quorum profectus impeditur, propter contumelias nobis illatas.* Opusc. 19. probat sanctus Doctor, teneri in conscientia eos, qui possunt maledicentibus resistere. Allegat ad confirmationem cap. 16. prædicti opusculi 23. qu. 3. cap. *Qui potest, ubi sic dicitur. Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil aliud facere est, quam fauere impietati eorum.* Addit sanctus Doctor; *Ex quo patet, quod non solum licet malis resistere, & eos perturbare, sed etiam hoc sine peccato dimitti non potest.* Probat ex illis verbis Psalmi; *Persequar inimi-*

*dammandis, & expurgandi.*

19  
eos meos, donec deficiam: & ex alijs; detrahentem secretò proximo suo, hunc perseguebar. Cap. 14. allegat ad persuadendā eandem veritatē, multissima verba sanctorum Gregorij, & Augustini. Hic modus tuendi proptium honorem, & subueniendi calumniantium necessitati, honestus est, propter eam rationem, quam ex alijs Theologis produxit Tullius tract. 40. in octauum præceptum, c. 3. ns verbis. *Verè hic vindicta non est, cùm bæc supponat iniuriam iam transisse. & non manere amplius: at calumnia semper manet, & adit calumniam tum, quando creditur calumniator.* Valde est divertium, & di, simile vulnus corporis, & famæ. Nâ vulnus corporis transit; & aggressor jam non percudit, nec potest factum emendare, at vulnus famæ per calumniam, detractionem, maledicentiam, iniuriam verbo, aut scripto illatam, perseverat in fieri, continuatur, & serpit quandiu calumniator, maledicus, aut detractor non corrigit suum dictum, id est, non retractat publicè quæ palam iniuste euulgavit. Propterea donec obligationi satisficiat infamator cum publica retractatione, est in statu peccati mortalis, in fieri causans detrimentum iniustū: atque ideo eius fama cum moderamine inculpatæ tutelæ potest licetè vulnerari ab eo, cuius honor Iesus est iniuste; cum vt recuperet nominis sui nitorem, tam vt resipiscat aduersarius a statu peccati. Longè alias casus est, cùm quis corporaliter vulneratus fuisse nam percussor nihil potest efficere ad retractandum scelus, in quod iam non influit, illud continuando: & transiit malitia, & inflictio damni, quod reparare non valet.

Ex dictis flouunt regulæ, quibus discerni debet quæ verba aspera debeant expurgari. Primum illa, quæ detrahunt iniuriam, maledicentia, & cōtumeliosità aduersus quamlibet personam Ecclesiasticam, aut secularem. Secundum illa, quæ facete, auferiō perniciose sunt existimationi aliena. Terciò non sunt nominandas detractiones, maledicentia, aut iniuriae verba aspera, quæ cum moderamine inculpatæ tutelæ in apologetis & defensionibus legitimis producuntur, exemplo SS. Patru & Scholasticorū. Quartò si excedatur supra moderamen inculpatæ tutelæ, excessus verborum expurgandus est, cùm rō subeat vicem iustæ defensionis, aut recuperationis honoris, sed inducat malitiæ detractionis, iniuria, & contumelia.

Quint)

## *De propositionibus*

Quintò, etiam si illi, contra quos scribitur, verè sint peccatores in Deo, & in seipso, ac publicè delinquent, sine lafione honoris cuiusquam, non possunt per scripta infamari: delationibus, aut accusationibus deferantur, & provocentur ad legi timos Iudices, & Magistratus. Propterea iustissimè prohibentur tractatus aduersus nonnullos Catholicos, qui cùm Romanam fidem profiteantur, in regionibus Septentrionalibus traducuntur, aut infamantur de simulata religione. S're nuè id etiam præticit supra Inquisitio Lusitana, eos prohibens liberos, qui iniuriosi, & maledici sunt contra recens conversos à Iudaismo, aut eos, quibz antiquis conversione duxerunt: quamquam iij simul continent gradum seditionis, & scandali & sunt contra incrementa Ecclesiæ, arcendo ab ilius ingressu puillos, aut contristando eos, qui Christianam religionem professi fuere: ut ex superioris dictis constat, & ex sequentibus, innotescet. Sextò, doctrina relata ex Fillio, & à Patribus, & Theologis approbata, obligat iudices similiū propositionum contumelias, iniurias, & detractiones continent, ut quamprimum possint, eas prohibeant, & expungant, cùm peccatum sit in fieri, & continuetur, & influat, iuxta verba divi Thomæ, Gregorii, & Augustini, de quibus nuper dicebamus.

*Acerbe, & infamatoria clausula Historicorum, praesertim in Principes, quando expurganda, & quando permittenda. Cap. VIII.*

PLura non imputantur culpo Historiographis, etiam si ex illis infamia consequatur, quæ cæteri non sine magna culpa diuulgantur. Idcirco Molina tom 6. tract. 4. disp. 24. n. 9. sic ait; *Pro bono communi, quod ex historijs resultat, licitum est Historiographis scribere, quod ad infamiam aliquorum, de quibus scribunt, posteriorumque ipsorum spectat, quod non ab eo quin illis liceret.* Idcirco tunc expurgatione tolerari possunt, quæcumque sita culpa ab Historiis scribuntur: nam & id cō nuni Republicæ utilitatē excedit, ut his verbis suadet prædictus Autor, disp. 28. Tum ut notitia rerum gestarum histo-

## *dammandis, & expurgandis.*

*bistorijs babeatur etum etiam vt homines spe famæ comparande, que bistorijs eternitatem mandetur, timoreque infamie incurrendæ, cuius similiter bistorijs perpetua sit memoria, allicitantur ad res præclaras gerendas, ad turpiaque, atque inde cora magis fugienda, ac vitanda. Praxis sæculorum hanc fit mat veritatem. Concilium Romanum anno 897. sub Ioanne VIII. & aliub anno 909. sub Romano Papa; & aliud anno 1047. sub Clemente II. Synodus Constantiensis grauiæ ctimina refert magni cuiusdam Principis Ecclesiastici, eaque stabili monumento litteratum committit. Speculum historiale Vincentij, Summa historialis S. Antonini, Annales Baronii, Historiæ Pontificales, Carolus Sigonius de regno Italiæ, & innumera hujus generis ab Ecclesia recepta volumina, & scripta Molinæ conclusionem suo exemplo, & tolerantia approbarunt. Si minus ad factorum normam historiæ adaptantur, s'pe sine villa expurgatione permittuntur, præfixa obseruatione initio operis, qua apocryphæ, aut fabulosæ declarantur. Sic Romana Synodus sub Gelasio, historiam Natalis Deiparæ, sub nomine Hieronymi; & historiam tibicenitum Deiparæ, sub nomine sancti Melithonis; & librum visionum Hernæ, sub nomine Pastoris; & historiam Ecclesiasticam Eusebii, sine prohibitione, aut expurgatione tolerat, addita solum notatione, qua prædictæ historiæ apocryphæ, seu non authenticæ dicantur. Et licet id non exprestè iussu Concilii facendum, aut scribendum intimetur, saltem ita s'pe obseruant ea thalogi expurgatorij Hispaniæ in similibus euentibus. Sic index anni 1612. & anni 1632. iubet initio paraphrasis Chaldaicæ, eam inscribi fabulosam, & Rabbinicam esse, nihil in speciali delens, aut expurgans. Pro iusta censura historiæ inferenda, hæc obseruationes adhibendæ sunt.*

*Prima, si historiæ infamauerint illos, quorum æterna damnatio indubitata est, de occultis criminibus, tunc admittenda est illa doctrina Molinæ supra disputat. 28. his verbis; Obligatio est restituendi damnum in fama defuncti iniuste datum, nisi constaret cum esset in inferno: tunc enim tanquam hosti Dei, & nostrum omnium, qui proximus noster iam non est, obligatio non effet quidquam illi restituendi. Quam doctrinam etiam defendebat tract. 3. disput. 83. Verum prædicta limitanda*

## *De propositionibus*

mitanda sunt ad eos casus, in quibus constet, nullum viventibus damnum, aut scandalum ex ea infamacione obuenire: nam cum Gentiles, & haereticus ante mortem sint proximi, quanquam non sint fratres, capaces sunt in præmisso recipiendi iniuriam, quæ compensationem exigat.

Secunda. Quoties historiographi culpa sillerit aliquem, vel aliquos infamant in re gravis momenti, expurgari, aut prohiberi debent: nam eorum peccatum, & damna ex eo consequuntur semper in publicis scriptis, iuxta doctrinam Adriani quodlib. 11. q. 1. Sotii 5. de iustitia, q. 10. art. 2. & de tegeando secreto membro, 1. q. 2. in fine.

Tertia. Generales, seu universales detractiones in historijs posite audierunt nationes, aut provincias, aut status non nullos, ut plurimum nec offendunt, nec lèdent determinatas personas, aut familias: propterea non expunguntur, si non inde contemptus Ecclesie, aut Ecclesiasticorum contingat. Ideo petrinctorur Saluianus Massiliensis in libris de providentia; etiam si Episcopos, Sacerdotes, & Principes sui temporis perscringat. Similiter Petrus Damiani in epistolis, præsertim lib. 1. epist. 2. & 3. & lib. 2. epist. 1. & 18. Simon Cassius in declamatione aduersus cimicatem Florentinam. Sic Bellarmin. in chronolog. de Pontificib. Rom. qui fuerunt anno 1030. & proximè seqq. hæc ait. *His temporibus, quibus Pontifices Romani à pietate veterum degenerarunt, Principes seculi sanctitatem floreabant: talis fuit Imperator Henricus cum uxore Cunigunda, Romanus Imperator Graecus, &c.* Ideo non expurgatur Tritemius in plurimis, quæ scriptis de minori feroce, & zelo cuiusdam sacri cœtus, qui lapsu temporū defecerat à primiæ virtute. Neque Doctores, qui fideles superstites obiurgant, quasi à primiæ Ecclesiæ sanctitate degenerantes. Gressorius in libro contra mysteriū iniquitatis, ubi exponit grauiæ sceleræ, quæ magnis qualibetam Principibus Ecclesiæ obiiciuntur ab haereticis: responderunt, aut negando factū; aut si illud non possit denegari, addit, Iudicū quoq; fuisse Apostolū.

Quarta. Licent plura in historijs, circa delicta antiquorum etiam principum Ecclesiæ, vel secularis dominationis, si neinimicorum eorum infamia tangat: nam tales infamaciones scriptæ, nec contagiosæ sunt ad imitationem, sed ad

## *Propositionum.*

21

exemplar, neque offensivæ, seditiones, & scandalosæ, quæ ipsa diuinitate vires amiserunt: Bellarminius lib. de Laicis, cap. 20. de erroribus Poetarum, & Philosophorum, & antiquorum Patrum ait, esse mortuos, & extinctos ne detrimentum afferant: simile quid accidit predictis historicorum infamationibus. Verum si Principes, aut insignes viri, vel alij inferioris notæ habeant coniunctos affines, aut consanguineos, quos historicorum infamatio grauiter lèdat, aut vulneret, aut scandalizet, sub poena grauioris pecati tenentur eas non vulgare: quod eas communibus principijs Theologorum, & Iurisprudentium innotescit.

Quinta. Qui contra proprios Principes historias euulgat, etiam veras, potest contra pietatem delinquare: sunt enim Principes extraordinarij Patres Reipublicæ, ut in hoc tractatu exponitur ex Sancto Gregorio, Simacho, & alijs. Consequenter similes scriptæ detractiones, & seditionem, & contemptum, & inobedientiam generant. Qui contra alienos Principes historias euulgat, non ita contra pietatem delinquit, nec damna infert, quod illi non sint extraordinarij Patres regni, in quo Historicus commoratur: nec ex dictis extraneorum, subditu eorum Principum commoueri soleant.

Sexta. Plura licent in scriptis, aut impressis literis iudicabilibus, quæ si in libros venaes transferrentur, prohiberi, aut expurgari deberent: nam grauiora crimina testium, & reorum in informationibus excussis pro imbuendo animo iudicium producuntur, quæ si in publica, & venalia volumina inducerentur, tolerari non deberent: nam generatim illud obseruare necesse est, ut quæcumque ex necessitate, aut sine culpa dicuntur in historijs, aut scriptis aduersus aliorum famam, ea permittantur; non vero quæ à peccato excusari nequeunt.

Septima. Plures sunt historiæ, quæ si ad unum iustum, & rectum finem colligantur, euulgari possunt, licet inde antiquorum memoria diffametur. Verum si ad deprimentdos, & dehonorandos viuos imprimantur, ea expurgari, aut prohiberi debent. Congerat quis exempla omnium ethnicorum, vel haereticorum, vel iudeorum, qui post con-

## *De examine*

uercionem ad Catholicam fidem, ab ea defecerunt, vt probet nulli Neophyto, aut Neophitorum filio credendum esse: hic argumentum operis dirigit ad contristandum, & dehonorandum fratres viuentes. Propterea huiusmodi libri iuste prohibentur.

## *De propositionibus impiorum contra Principes seculares, & personas Ecclesiasticas plures, aut pauciores, & de propositionibus illos scilicet Iuris saecularis Ec- clesiasticae. Cap. IX.*

**I**nstruētio Pontificia Clementis Octauii, de correctione librorum §. 2. iubet, vt aboleantur propositiones: *Quae fama proximorum, & præsertim Ecclesiasticorum, & Principum detrabunt, & Pauli post: Explodantur exēpla, quæ Ecclesiasticos ritus, Religiosorum ordines, statū, dignitatē, &c personas lēdunt, & violant.* Hæc leges tuentur omnes, & singulos Principes Catholicos seculares, omnes & singulas personas Ecclesiasticas, & Religiosas, omnes ritus, omnes Ordines, Status, & Dignitates Ecclesiæ: & quāquam Pontifex generaliter expungi iussierat omnes clausulas alienæ famæ denigratiuas, etiam si viri seculares per detractiones, & iniurias infamarentur, vt constat ex præcedenti capite, nihilominus in proximè relatis clausulis singulariter curat de bono nomine Principum, & Ecclesiasticorum, quod aduersus illos scripta, aut euulgata specialiter sint impia, utpote iactata aduersus Patres extraordianarios Ecclesiæ, vel spirituales parentes animarum.

Principes seculares sunt extraordinarij patres tā secularium, quām Ecclesiasticorum, qui in ipsorum regnis commorātur: Hæc doctrina a Martino V. probata fuit simul cum libris doctrinalibus Thos & Valdésis, in quorum vestibulo apponuntur litteræ Apostolice commendātes prædicta volumina, præmisso grauissimo examine Cardinallium, & Theologorum: lib. 2. doctrinalis fidei cap. 8. sic ait: *Vbi ista duo concurrunt in communitate Ecclesiæ scilicet extre-*

## *Propositionum.*

**extrema, & non ulterius differenda necessitas, & ordinarij Pastoris, aut presidis ad succurrentum desperata fidelitas, querendus est extraordinarius pater priusquam Christi Domini fabrica dissoluatur.** Principibus secularibus, vt extraordinarijs Patribus obediunt Ecclesiastici, velut si in singulis, quæ Ecclesiam non dedecent, & quæ sacris Canonibus interdicta non sunt: non aliter ac Presbiteri, & Episcopi naturalibus parentibus, qui eos secundum carnem genuerunt. Irreuocabile, & inflexibile est quartum Decalogi præceptum de honorādis parentibus, & mandatis æquis illorum, aut non iniustis executioni mandandis: Hæc debita obedientia iudicialis, aut iurisdictionalis non est, sed si iialis, naturalis, vel moralis: eam debitam esse principibus statuit S. Gregorius lib. 2. indict. 11. epist. 61. ijs verbis: *Vtrobique ego, quæ debui exsolui; qui & Imperatori obedientiam præbui, & pro Deo, quod sensi minime tacui.* Cum igitur debere se obedientiam Imperatori scripsit, iuxta superiorem doctrinam exponendus est, de Ecclesiasticis qui morantur in regnis Principum, non de Romano Pontifice, qui nullatenus subditus est Regum, aut Imperatorum, nec eorum vassalus. Lib. 2. epist. 24. *Principalem obedientiam, nominat eam, quæ ab Ecclesiasticis Principi est exhibenda.* Pelagius Papa epist. 10. Imperatorem alloquens ait: *Legibus tuis ipsi quoque pareant Religionis antifitites.* Vbi supponit filialem, naturalem, & moralem obedientiam, non iudicialem, aut iurisdictionalem. Similiter scripsit Simachus Papa in Apologetico ad Imperatorem: *Defer Deo in nobis, & nos deferemus in te.* Ac si dicat, da nobis obedientiam iudicialem, & iurisdictionalem, & nos prestabimus tibi obedientiam extra iudicialem, id est moralē parentibus naturalibus debitam: ex urbanitate proprio nomine Pontifex loquitur, quasi obedientiā deberet, vt obseruantiam ab inferioribus Ecclesiasticis debitam erga Imperatorem declarat. Semper ab omni debito obedientiæ, aut subiectiōnis diuino iure eximitur Romanus Pontifex, & ad urbanitatem, & humilitatem pertinet quidquid aliter sonat in eorum litteris. Hæc est communior intelligentia verborum Pauli ad Roman. 13.

*Omnis anima potestibus sublimioribus subdita sit, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Hoc est quia semper conscientia dictat parentibus naturalibus, aut extraordinarijs eorum vices tenentibus obediendam esse. Idecirco quecunque scribuntur, & euulgantur contra Principes seculares Catholicos, sunt impia, id est contra pietatem parentibus impendendam ex quarto Decalogi præcepto, similiter quæ contra illos e Pulpito iactantur, vt propterea Concilium Colonense part. 6. capit. 16. hæc verba scripserit: *Vitanda manifesta reprehensio utriusque potestatis, tā Ecclesiasticae quam civilis;* & Consilium Senionense in decretis morum capit. 36. simul, & pariter vetat acerba, aut inordinata verba effondi e pulpito contra Episcopos, & Principes seculares: *Quod deterius est si Prælatis Ecclesiae, Principibus, Sacerdotibusque detraxerint, volumus tales, tam ineptios, & perniciosos concionatores ab officio prædicationis suspendi.* Propter hanc impietatem tam e pulpito, quam e libris apparentem, graues pœnas suspensionis, & exilio. Inquisitores transgressoribus imponere possunt. Expendit optimè Concilium Colonense, supra cap. 17. nuncquam Ioannem Baptistam Herodi in publico conuenientia crimina obiecisse, ijs verbis: *Dicebat Iohannes Herodi, non populo.* Siue igitur detractiones aduersus Principes Catholicos impressæ, aut vulgatae, aut prædicatae mereantur censuram Theologicam, siue non mereantur, ab Inquisitoribus expurgandæ sunt, & auctores severè puniendi; cum Paulus III. anno 1542. in Bulla, quæ incipit: *Apostolici culminis,* Inquisitoribus Mediolanensis in iungat, & à iure cæteris iniungit, supponat, vt similes concionatores plectant severissimè, si quâdo propositiones scandalosas & pietati, & bonis moribus, minimè cōformes disseminauerint. At similes detractiones scriptæ, impressæ, aut prædicatae in prædictum Catholicorum Principum sunt impia, & scandalosa, & contra bonos mores, ergo pertinet ad Inquisitores ea exequi quæ præmisimus. Non deerit qui existimet, similem impietatem habere gradum censura Theologicæ, quod Alexander 4. constitut. 8. propter impias,

&amp;

& scandalosas propositiones iubeat prohiberi librum de periculis novissimorum temporum. Illud sanè indubiatum est, similes propositiones esse expurgandas, iuxta Pontificiam instructionem Clementis Octavi. Primo, quia sunt detractiones. Secundo, quia contra pietatem. Tertio, quia bonis moribus, & disciplinæ contrarie. Quartò, quia scandalosæ.

Idem iudicium ferendum est pro libris, aut concionibus detractiis, maledicis, & iniuriosis aduersus personas Ecclesiasticas determinatas, præsertim si Prælati sunt, aut Episcopi, & non seruetur ea cautela qua usus est Bernardus serm. 10. 30. & 33. in Cant. & Epist. ad Robertum ne potem suum, & in libris de consideratione ad Eugenium. Concilium Lateranense, sub Leone 10. sess. 11. appellat cæteras conciones detractivas Ecclesiasticorū, scandalosis, & laceratiuas inconstitutis tunicæ Iesu Christi. Concilii Senonense in decretis morū cap. 36. ex equalē pœna statuit detractionibus e Pulpito Episcoporū, Principum, & simplicium Sacerdotum famæ; & iubet eos ab officio prædicationis suspendi, & alijs pœnis coerceri, vt ineptos, & perniciosos concionatores. Si quæ fugaci verbo per detractionē cōmittuntur tā seuere puniri oportet, quæ non pœna infligenda ijs qui stabili libroru, & tractatum monumento similes detractiones contra Episcopos, aut simplices Sacerdotes commendant. Valde propendeo in eorū sensum qui dictas detractiones censura Theologica grauiori condēnat. Primo, quia vt ait S. Antoninus 3. part. tit. 8. cap. 4. ex ijs detractionibus: *Sequitur perturbatio, augmentū irreuerentia, & contemptus sacramentorū, quæ per eos conficiuntur, vel admittuntur.* Quæ omnia eueniunt non queūt sine læsione fidei & religionis: at propositiones, & doctrinæ habentes similia dñna cōiuncta, non possunt non esse dignæ censura Theologica graui. Secundò, ex prædictis detractionibus oritur scandalū disponens ad errorē Luteranorū, nā quod ait Bañez 22: quæst. 33. art. 4. publicæ reprehensiones, aut detractiones maximè in Ecclesiasticos, aut Religiosos cōmunitatē scandalizant, & populū Christianum disponunt ad errorem Lutheranum, qui propter defectus personales Prælatorum Eccle-

Ecclesiam Christi Sathanę Synagogam appellat, & se ipsos ab eius obedientia separat. Magnus Constantinus, ut ait Theodoretus, lib. 1. cap. 11. iure uitando afferuit, se ne verbum quidem inscriptum perlegisse ex libellis contra Episcopos, & Sacerdotes oblitis: & addidit: *Nam Sacerdotum vitia non sunt populo aperienda, ne ille causa offendiculi arrepta, licenter peccare aggrediatur.* Similia scripserunt Rufinus lib. 1. cap. 2. Socrates lib. 1. cap. 5. Sozom. lib. 1. cap. 16. S. Gregor. lib. 4. epist. 75. dicentes a Constantino appellatos esse Sacerdotes, Deos, & Iudices.

Tertio, quia singuli Sacerdotes sunt Patres spirituales animarum, & Ministri regenerationis in Christo, vel destinati ad remittenda peccata auctoritate diuina, ergo species impunitatis est ipsos libellis editis, aut concionibus exhibitos, & irridendos expouere, sicut Chā, qui exprobrauit parenti Noe. Est tamen hic adhibenda exceptio, quæ in præcedentibus apposita circa expunctionem historiarū. Nunc permittitur longissima inuestiua Gildæ sapiētis contra Ecclesiasticum ordinem sui temporis in Britānia, & fortassis hoc æuo toleranda non esset. Permittitur etiam septima, & nona persecutio Ecclesię in operibus Ioānis Ludovici Viualdi in quibus pio zelo expenditur generalis quædā corruptela Antistitutum, Sacerdotum, Ecclesiasticorum, & Religiosorum, quæ lingua vulgari dicta, & pro Ecclesiasticis hominibus nostri æui magnum inducerent contempnum Ecclesię.

Propositio illusoria Iurisdictionis Ecclesię, est quædam species doctrinæ damnabilis, quæ habetur in Concilio Cōstantiensi sess. 15. in sententia contra Ioannem Hus: ex parte conuenit, cum ea qualitate, cuius meminit instructio Pontificia Clementis Octauii supra, ijs verbis. *Expurgandæ sunt propositiones, quæ sunt contra libertatem immunitatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam.* Huius gradus definitio, aut descriptio est: *Doctrina, quæ manifesto, vel occulto, & sophistico artificio eneruat vim sacerorum Canonum, vel quæ potestatem iurisdictionalem Ecclesię, & Pastorum eius contra communem, & sanctorem sensum eludit.* Grauiter coerceri debet licentia opinantium in ijs materijs,

rijs, quando receptas Ecclesię consuetudines, aut leges torquent & inuertunt cum danno libertatis, & potestatis Ecclesiastice, calidis, & subtilibus rationibus illam infringentes. Propterea index Concilij Tridentini prohibuit Guillelmi OKami Dialogos, & opus nonaginta dictum, & Antoniū de Rosellis, ex quorum latibulis, veluti ex equo Troiano, prodiere quæcunque subtiliter excogitata sunt ad illudendum, & eludendum immunitates, & iurisdictiones Ecclesię. Ne hoc armarium contra exemptiones Ecclesiasticas, è fidelium manibus elaboretur, item excusæ sunt illæ OKami doctrinæ sub alio nomine, & titulo, idest: *Somnij viridarij auctore Achilino Philoteo.* Alias: *Viridarij somnium de potestate Papæ, & Principum secularium.* Alias: *Dialogus inter Clericum, & militem.* Supplantauit, & præcipitauit opus hos plures Iurisconsultos. Nam ex eo multa expresse desumptere, Stephanus Aufrienus, Nicolaus Berius, Ioannes Neuizanis, Benedictus Curtius, Franciscus Duarenus, Jacobus Cuiccius, Petrus Faber, Petrus Pitheus, Franciscus Hothomanus, Guillelmus Rauchinus, & innumeris. Alij suppresso nomine, & opere, eius clausulas, opinionesque suis voluminibus inferuerunt, vt Socinus consil. 164. & consilio 120. Fulgosus consilio 61. Franciscus de Curte consil. 73. Aymo Craueta consilio 241. num. 20. qui verbo ad verbum extrahunt, quæ dicunt ex capite 82. libri primi Somnij Viridarij, vbi major exercetur carnificina contra Romanam Ecclesiam, illius iurisdictionem, & prærogatiwas. Referro nonnulla, quæ in illis libris Somnij Viridarij sophistice probantur cum pernicie, & illusione Ecclesiastice iurisdictionis: lib. 1. cap. 12. suadere contendit, Romanū Pontificem esse Vicariū Christi viuentis in statu vita mortalibus, & solum ad spiritualia, in reliquis omnia, & singula ad Reges pertinere. Cap. 4. præcipuum cognitionem iuridicam adimit Ecclesiasticis iudicibus pro duello, usura, periurio, & alijs criminibus politiæ vita annexis, inferens, vt absurdum, quod si propter peccati colligantiam Ecclesiastici de talibus cognoscunt, non restat nisi foros Principum claudere, seculares leges, & decreta Principum destruere: cap.

cap. 16. probat data congrua sustentatione iure naturali, & divino debita, posse Principes seculares spoliare Ecclesie ministros possessione ceterorum bonorum temporallium : capit. 34. statuit à Principibus renocari licere bona, prerogatiwas, immunitates, & priuilegia Ecclesie concessa, si damnum aliquod ex continuatione, & conseruatione eorundem priuilegiorum seculari politix contingat; quæ doctrina est perniciossima coniuncta ei, quæ habetur capit. 57. vbi carentia totius iurisdictionis temporalis in Ecclesia, & possessio illius per solam cessionem, vel cōcessio Principum stabilitur. Similiter cap. 60 & 92. & 96. & 98. & 102. aegat omne iudicium iurisdictionale Ecclesiasticis, pro causis temporalibus. Lib. 2. coarctat iurisdictionem Pontificiam circa omnia temporalia, & omnem fere cognitionem indiciale illi denegat pro negotijs temporalibus, nisi quatenus à Principibus permittitur, capit. 19. 20. & sequentibus, vsque ad 173. inclusuē. Sequentibus capitibus plures consignat casus, pro quibus illusorie, & sophistice Ecclesiasticos submittit iudicio secularium, vsque ad caput 292. Paulo post id est cap. 293. & 294. vniuersalia principia de præscriptionibus in iure Canonico recepta varijs sophismatibus, & distinctionibus eludit. A cap. 295. vsque ad 318. circa legitimaciones, matrimonia, & plura iurisdictionalia improbabilibus opinionibus ad elucidandū sophisticè excogitatis, minuit Ecclesiasticam potestatem. A cap. 361. vsque ad 366. infirmat facultatem Ecclesie, pro interminandis excommunicationibus, abutens ea doctrina, quod excommunicatio iniusta sit timenda, non vero ea quæ est nulla; certè ipse omnia iniustam excommunicationem, nullam esse tandem affirmat. Has theses, & plures in illis contentas, aut ex illis deductas, omnes ingenij, & studij vires applicans tam vafre, sophistice, elusorie tractauit Guillelmus OKam, vt post se abduxerit innumerous Iurisconsultos, & non paucos Theologos aliquarum Provinciarum, cum magna pernicie anchoritatis, & iurisdictionis Ecclesie. Similiter se gessit Antonius de Rosellis, in indice Tridentino proscriptus: hic omnē imbibit doctrinā OKami in prædictis tractatibus, opusculo de potestate

testate Imperatoris, & Pape edidit commotus indignatione aduersus Bugenium IV. quem defederat in Concilio Basileensi. Noluit tamen Eugenius illum, quod esset bigamus creare Cardinalem, vt ipse sperabat Antonius, & suis obsequijs debitum existimabat, sic refert Sylva nuptialis, Neuizanis lib. 1. Hic autor iam olim fuerat damnatus, per Legatum Apostolicum, vt refert Silvester libro contra Lutherum. Totum huius auctoris opus in quinque partes diuisum est: quatuor postremr probare contendunt Papa m non habere à Christo dominium temporale, & quæ in hoc genere tenet Pontifex, esse solum à donatione, aut cessione aliorum. ex hoc principio innumeratas conclusiones elicet sophistice elusorias iurisdictionis, & potestatis Ecclesiastice. Pen traxit utriusque doctrina, vel quoad capita, & principia, vel quoad innumeratas conclusiones ad intima quæque volumina Juristarum. Adeò sese latè virus effudit, vt expediret, examine præmisso OKami, & Antonij Rosellis opera prædicta diligenter excutere, & omnes propositiones, ac singulas elusorias iurisdictionis Ecclesiastice expresse referre, eas prohibendo, vt censura Theologica dignas, simulque iubendo, vt quoniam auctorum, in quibus sunt scriptæ, & assertæ, obtineri integra notitia non valet, habeantur, vt prohibitæ, & expunctione dignæ, vbiunque fuerint repertæ. Neque consignatio doctrinarum similiūm est contra stylum Inquisitionis Hispaniæ; nam anno 1554. cum Dom. Ferdinandus Valdes esset Generalis Inquisitor, excusus est index expurgatorius, in quo centum viginti octo propositiones numerantur, addito mandato de illis expurgandis, aut delendis in omnibus, & singulis libris, summiis, marginib; & titulis; vbi scriptæ, vel impressæ fuerint. Melchior Goistadus pluribus tomis distinctam edidit Bibliothecam omnium Auctorum qui de iurisdictione Imperiali, seu Regia, & de Pontificia, seu Sacerdotali tractant: innumerati ibidem Scriptores producuntur; quorum nonnulli Catholicæ, & piè scriperunt, vt Agobardus Lugdunensis, & Hincmarus Rhemensis, & quidam alij; at maxima ex parte, aut heretico furore, aut impio stylo, & iurisdictionis

nis Ecclesiæ elusorio de potestate, prærogatiis, & immunitatibus Ecclesiæ tractant. Hæc concouersitæ iurisditionales, cum in plurimis casibus, & principijs non ex illis sint, quæ per manifestas scripturas, & decisiones generalium Conciliorum innotescant, necesse est ad usum, & praxim, & cœtiorem consuetudinem, & exempla Principum attendere, qui cum maior laude Religionis, & fidei, & solemniori Ecclesiæ plausu affuerunt. Quod si vel demonstrationes Mathematicæ, vel evidētia scriptræ, & Conciliorum testimonia pro singulis casibus iurisdictionalibus in favorem Ecclesiæ postulantur, non considerato Principum antiquorum exemplo, nec diuturni temporis consuetudine, nec securiori piorum hominum sensu non sine pernicie Provineiarum, & diuinai numeri vindicta plurimi opinionum portenta indies emergent. Quoniam vero timendum valde est circa prædictas theses iurisdictionales aberrare, legantur ea, quæ Ioannes Ludovicus Vinaldus de Monterelegi scripsit, lib. de Persecutionibus Ecclesiæ, persecutione 4. cuius verba hæc sunt: *Quidam præscriptores Principes varios, ac rabidos insultus fecerunt contra summum Pontificem, & ceteros Prælatos, ut patrimonium, iura, redditus, ac obedientiam Ecclesiæ ab eis tollerent.* Paulio post addit: *Communi proverbio dicitur: nunquam vidi Alebimiam diutem, neque incantatorem bene morientem, neque rebellem Ecclesiæ diu prosperantem.* Plurimis exemplis illustrat hanc veritatem commemoratis nominibus similium Principium, qui funestis, & subitis casibus perierunt ipsorum regnis, & distinctionibus in summa miseria derelictis.

(1)

*De propositionibus insanis simplicium mentium seductiæ.*  
*Eius puritatis fidei denigratiis, aut subsanationis, & apocryphæ.*

Cap. X.

**H**os omnes gradus in unum caput libet conficere, non quid habeant ordinem, vel connexionem, que difficulter in his censuris reperitur; sed ne quidquam ad hanc thesim pertinens maneat in obscuro.

Propositio insana est quædam species censuræ, cuius meminit Concilium Constanciense, sess. 8. vt ihuista ab Academijs quibusdam Catholicis contra Vxilephum, dictibus aliquos articulos doctrinæ ipsius fuisse insanos: hæc vox idem significat atque, *Delirus, & stultus.* Hac ratione articuli insanii, & deliri in Philosophia pure speculativa, aut alijs facultatibus humanis, vel controvèrsijs extra fidem non merentur censuram. Ideo S. Thom. opusculo. 10. à censura liberat prodigiosas, deliras, & nunquam auditas cuiusdam propositiones: articul. 29. *Quod nomina Sanctorum digito Dei scripta sint in celis.* Articul. 35. *Aliquid de substantia cœli intrat compositionem corporis humani.* Item artic. 31. *An infernus sit circa centrum terra, vel superficiem.* In his, & alijs similibus nullum, aut esse periculum in fide, etiam si quis aliter, vel aliter deliret; aut inficiat. S. insania, & dilirium sit circa doctrinas fidei Necesse est, vt ad heresim, vel alium gradum propositionis damnabilis ex relatis, & referendis, pertineat. Idcirco, nec Concilium prædictum sess. 15. nec Martinus V. in Bulla contra Vxilephum, & Ioannem Hus meminere prædictæ censuræ.

Propositio simplicium mentium seductiæ est alia species censuræ apud Leonem X. in Bulla contra Martinum Lutherum. Hæc qualitas in pluribus gradibus propositionum damnabilium reperitur; verum propriè, & strictè sumpta ad eas doctrinas extenditur, quæ sub prætextu pie-

tatis, veritatis, aut Religionis simplicem plebem male informant, aut animant contra legitimes Magistros, & Pastores, vel ipsorum vitia, vel ipsorum ignorantias propagando; vel alijs modis fideles à sanctis operibus artificiose disiungendo, vt si quis pericula frequentis communionis exaggeret, vel incommoda status religiosi amplificet.

Propositiō puritatis fidei denigratīna, aut subsannatiua, quedam species censuræ est in Bulla Martini V. ad finem Concilij. Constanciensis, quam subsannatiuum, & irrisuam argumentorum, quibus fides stabilitur, nominare possumus. Ideo hæc qualitas est ferre eadem, atque illa quæ habetur in Concilio Romano, sub Gelasio Papa, & cap. *Sancta Romana Ecclesia*, distinction. 15, vbi ex historijs Ecclesiasticis falsitatem manifestam continentibus, dicitur exteris dari occasionem subsannandi, & irridendi nostram Religionem. In-hoc gradu collocantur tractatus, & libri continentēs falsa miracula, & prodigia, falsa martyria, falsa gesta Sanctorum, sive pro conuersione infideliū, sive pro affligendo corpore, falsas reuelationes, & prophetias. In-hoc numero locantur plures historiæ, & miracula de quibus Abulens. 4. Reg. 4. quest. 57. ait scripsisse ab auctoribus scripta, vel, vt alijs placent, vel vt deuotionem incitarent. Et certè quemadmodum auctore Puente in directione spirituali tractat. 1. cap. 23. §. 3. veris reuelationibas aliquas falsas Dæmon immisceret, ut omnibus cœlestibus oraculis veritas, & assensus detrahatur: sic contingit in libris, & scriptis. Nam, vt legitimis, & authenticis nulla sit fides, satagit Dæmon, vt prodeant monumenta, in quibus falsæ prophetæ, miracula, & pœnitentiae opera describantur. Ideo in Romano Concilio plurimæ historiæ Ecclesiasticae infamantur, & prohibentur: nam cum prophetæ, reuelationes, miracula, gesta Sanctorum, martyria, historia humana, sint efficacissima argumenta ad stabilendam nostram fidem, necesse est, vt infamentur, & eneruentur omnia antiqua monumenta licet verissima: & suspicio, aut dubium generetur, an quæcunque referuntur

tur fuerint confita. Squis de se ipso, aut euulget, aut euulgari faciat operationes miraculosas, vel propheticas reuelationes, aut cœlestes illustrationes, aut prodigiosas, & inutilitas corporis afflictiones ad captandum secularem gloriam ex integrō aut ex parte confita, punitur ab Inquisitoribus, veluti denigrator, & obscurator miraculorum, Prophetiarum, illustrationum, & virtutum, quibus Ecclesia Dei ab initio luceat, & splendet, & veluti falsarius adulterator probatissimæ monetæ, quam Prophetæ, & operatores virtutum exhibuerunt. Post infantiam Ecclesia fere oanīa, quæ ex hoc genere sine necessitate, & utilitate præsertim inconsultis Episcopis, & Inquisitoribus euulgantur, suspectæ sunt iuxta doctrinam Chrysostomi homil. 19. in Matth. Delrij lib. 4. questio. 3: sect. 1. & aliorum. Merito Henricus Kalteisen in oratione habita ad Concilium Basileense hanc doctrinam confirmat, & insuper addit reuelationes esse debere de magnis rebus, & generi humano appetim⁹ necessariis, & quæ aliter sciri nequeant, ac propterea, quæ has conditiones non exhibent, suspectæ sunt. Abulens. 2. p. defensorij, cap. 55. vait Ecclesiam optimis temporibus habuisse Prophetas propter teneritudinem, & nuditatem fideliū: consequenter iam necessarij non sunt.

Cum sola deceptio, aut inuincibilis, aut crastina sine fictione affectata in causa est, vt quis veras esse credat proprias reuelationes, vel quia cœlitus non immisceret, vel quia in alio sensu falso intellexeret, non punitur à Santo officio Inquisitorum. Primo, nam id interdum contingit veris Prophetis existimantibus illustrationes aliquas esse à Deo, cum tamen ab illo non sint acceptæ, aut saltē non in eo sensu, quo ab ipsis intelleguntur, vt probant, S. Augustinus 7. de Ciuitat. cap. 32. Ambros. 1. de Abraham capit. 8. Sanctus Thomas 2. 2. quest. 171. artic. 5. ex Gregor. Magno Abulensi cap. 8. Deuter. quest. 7. Lorinus ibidem, Suarius tractat. de fide disp. 8. sect. 4. Cornelius probam̄ in Prophetas maiores quest. 2. Sic Moyses Exod. 10. existimans, & promittens le non amplius visurū Pharaonē ducitur humano spiritu non Pro-

Prophetico : & Natan cum iubet quasi cœlesti actus nomine , vt David erigat templum Domino , quod tamen oraculum à Deo non acceperat , vt expendit nuper relatus , D. Thom. Tobias 2. & 4. capite credidit orationem suam pro acceleranda morte exauditam fuisse ; cum tamen in eo casus fuerit deceptus , & huius generis succurrunt exempla alia , quibus manifeste conuincitur sèpe absque dolo , & culpa suniles deceptions legitimis Prophetis contingere ; quamquam si vniuersalibus Prophetis hi errores accidunt , semper scriptura declarat eos , aut humano instinctu , aut non bene intellecta reuelatione , vel scripsisse , vel locutos fuisse . Secundò euenire solet , vt quamquam Propheta veram reuelationem acceperit , & intellectu comprehenderit , nou possit idoneis verbis eam declarare : & ex verbis inordinate dictis , quæ ad declarationem visitationis diuinæ afferuntur , falsum aliquid intercurrat ; nam difficultum est prædictas illustrationes humanis verbis exponi , vt expendunt Bernard. serm. 85. in Cant. Bonavent. in itinerario mentis ad Deum cap. 7. Hugo in 2. ad Cor. 12. Tertia ( inquit ) causa est defectus verborum , quia non possunt inueniri verba ad exhibenda Dei secreta . Confirmat hanc veritatem Sancta Theresia cap. 13. 30. 40. vita sua , vbi de hac penuria verborum egregie disserit . Sancta Catharina Senensis apud Surium 25. Aprilis , §. Apparuit etiam , docet esse speciem blasphemiarum propter verborum inopiam plures Dei reuelationes explanare . Sancta Angela de Fulgino sapienter repetit in Prologo , & capit. 20. 22. 41. 42. 46. Tertiò , solet nonnunquam , non percipi à Propheta finis , aut principium reuelationis , & ea quæ , vel proximè ante , aut proximè post illam spiritu humano cogitabantur , existimari esse reuelata à Deo , atque in his proculdubio deceptio esse potest sine culpa , vt Sanctus Ignatius de Loyola in regulis exercitorum animaduertit , & communiter Doctores obseruant . Cum igitur ex his , vel alijs capitibus paucæ , aut plures reuelationes absque dolo , & culpa recipientium fallaces deprehenduntur , plerumque ijdem recipientes non vexantur personaliter à Sancto officio præsertim si in euulgatione illarum non fuerit valde

& culpabilis iactantia . Ideo S. Antonin. 3. part. tit. 19. cap. 11. de quadam sanctissima foemina illa inculpabili ter ait : Nec propterea detrahimus sanctitati eius , quia non semper , quæ sancti viderunt in spiritu , eadem ut Prophetae viderunt , sed iuxta suam mente conceptas imaginationes . Quæ igitur sine culpa sunt non debent , vt culpabilia puniri : in vniuersum vera est doctrina Melchioris Cani , lib. 12. cap. 11. vbi de his gestis , aut dictis , sive reuelatione , sive librorum scriptura traditis sic ait : Sunt nonnulla , quæ viri quidam pīj in vita rebusque gestis Christi Domini magis comminiscuntur , quam contemplicantur , quæ etiam scribunt , non tam verè , & prudenter , quām deuote ; & prouenter , quorum est interdum creca , atque temeraria ; & in assentiendo credulitas , & in affiendo facillitas : sed temeritas hæc tamen non est eiusmodi , quæ à fidei iudicibus coerceri debeat , qui grauiorū errorum censoriam affligerentur si oīiure possint ; leutoris huius , vel imprudentia , vel stultius , non possunt : fidei quippe cognitio illis mandata est , non prudenter , eius præsertim , quæ piis viros sepe defituit , & idem autem huiusmodi , seu meditationes , seu contemplationes , licet inconsiderate , atque imprudenter , sive ratione , & graui testimonio editas cum pietate ferè , atque adeò cum sanctitate esse coniunctas : non docet igitur , vt simplicitas columbina seu erisimi Tribunalis iudicio vexetur quam tamuis illa sit in consulta , & imprudens . Cum igitur sunt huius generis , quæ per reuelatione dicta feruntur , & constat de pietate , & sanctitate personarum , quibus immisæ creduntur , non solent , nec debent ipsæ iudiciliter molestari , licet scripta similes inconsultas , & fallaces illustrationes continentia prohiberi oporteat . Concilium illud Florentinum Episcorum 340. quod anno 1105. congregatum est aduersus Fluentum Episcopum , dicentem Antichristum natum esse , simul cum Pontifice ipsum veluti hominem nonitatis studiosum , & arrogante obiurgavit , ac liberum dimisit , quemadmodum referunt , S. Antoninus titul. 16. cap. 1. Sabellicus Ænnæade 9. lib. 3. fortassis non grauiori poena multatus est , quia illum fuisse , aut alienis , aut proprijs reuelationibus Concilium iudicauit idcir-

idcirco, quia Fluentus vera se loqui arbitratus est, solnū de studio nouitatis, & arrogantis infamatur, & quod temere sine consultatione Pontificis tumultuosam reuelationem publicauit. Semper, aut fere semper personis elati animi, ambitionis, aut proprij commodi, vel existimationis curam generantibus, parum, aut nihil fidendum, si Propheetias miraculis non munita euulgent, vt expendunt Ioānes Ger son de probat. spirituum cap. 2. Turrecrementa in p̄fatione ad reuelationes sancte Brigitte. Ribadenyra detribulatione cap. viii. nam licet olim Balaan, & Prophe t̄a Bethel, & Caiphas, atque alij sceleratissimi in scripturis dicantur a Deo illustrati, aut cœlestia oracula accepisse, certè quod rarum est in Ecclesia noui testamenti ad exēplum vocari non expedit. adde, quia si reuelatio de aduentante Antichristo aliena fuit, merito Fluentus de nimia credulitate obliurgatur; si propria de nimia facilitare euangelandi, nam spiritus Dei semper inclinat ad celandas visitationes diuinæ, eas præsertim, ex quibus aliqua gloria possit obuenire: idcirco Paulus 2. Cor. i. annis quatuordecim illustrissimam extasim occultauit, vt notat Abulen. Ex ad. 4. quæst. 8. & legendæ Paetum, & Sanctorum hanc cautelam exemplo, & doctrina passim commendant.

Præterea circa hunc gradum propositionis damnabilis obseruare necesse est quod etiam si reuelationes, & miracula, & corporis afflictiones, quæ nouis historijs comedantur, veritati aptarentur: si tamen de illis noui essent grauissimæ probationes, & testimonia omni exceptione maiora, & irrefragabilia, non fore pro ijs historiales libros euulgados, & si euulgati fuerint, prohiberi debere, tunc præsentiam quando est periculum, quod describat. Origenes, de visionibus loquens, lib. 1. contra Celsum: *Multa enim talia vidimus, quæ si memorarentur dumtaxat gesta in vestra præsentia, cachinum tollerent infideles, nisi nos quoq; sicut illos de quibus suspicantur fingere rati: testis est Deus noſtra conscientia conscribi non falsis narratiunculis, sed veris exemplis commendare Iesu Doctrinam.* Quæ huius generis sunt, vt sine hoc præjudicio publicari non queant, silentio premenda sunt, nam quia suspecta non ædificant, sed potius anti quo-

quorum monumentorum veritatem destruant: idcirco liber itinerarij Sanctorum Apostolorum à sexta Synodo rejectus est, & liber sub nomine sancti Melitois de transitu Virginis reprobatus à Gelasio Papa, & Romana Synodo, vt habetur cap. Sancta Romana Ecclesia, distin. 15. & plures alij nullam damnatam doctrinam continent, propterea interdicuntur, quod exhibeant longiores relationes, aut historias possibles, sed non verisimiles, vel difficiles. creditu.

Probanda est efficacissimo argumento superior doctrina: nam omnis scriptura, quæ eneruat fundamenta, quibus stabilitur fides Christiana, grauem meretur censuram, & notam Theologicam; sed historiæ Ecclesiasticeæ, quæ verisimiles non sunt, aut sine probationibus legitimis producuntur eneruant vnum è fundamentis, quibus fides, & religio Catholica stabilitur; ergo prædictæ scripturæ historiales grauem censurā, & notam Theologicam incurruunt. Minor probatur: vnum è fundamentis, quibus antiqui Patres, & Doctores omnium sæculorum fidei nostræ mysteria persuaserant, sumptum fuit à rerum gestarum monumentis, vt pater ex Tertulliano in Apologeticō, & libro ad Scapulam declarante sauitiam, & tristes exitus Gentilium Præsidium, qui Christianis aduersabantur, ex Cypriano libro quod Idola non sunt. Dij, ex Hieronymo lib. 1. aduersus Iouianum, ex innumeris Patribus, & Doctoribus, qui non raro huiusmodi persuasionis genere delectantur. Indubitatū præterea est historicos graues, ac fide dignos probabile argumentum Theologo suppeditare ad dogmata confirmanda, & hereses refellendas: & quod, si omnes probati, ac graues historici in eandem rem gestam conueniant, firmissimum elicatur argumentum ad veritatem Catholicanam roborandam, vt probat Melchior Canus lib. 1. de locis. cap. 6. At quando passim vagantur in Ecclesia historiæ Ecclesiasticeæ minus credibiles, aut verisimiles; illæ fidem adimunt, & credulitatem illam eneruant, quæ præstari debet legitimis, & authenticis narrationibus: generant etiam suspicionem, aut opinionem de inuidis dolo, aut fraude cæteris historijs, quæ in Ecclesia receptæ sunt,

& quæ in Concilijs allegatae præsertim in septima Synodo, & datur hostibus Religionis Catholicæ subsannendi occasio, ut docuit Concilium Romanum sub Gelasio: ergo per similes narrationes apocryphas, aut non verisimiles eneruatur unum ex fundamentis stabilientibus Catholicam Religionem; ac propterea debent prohiberi, & ab Ecclesia Dei exterminari. Liber itinernum Pauli à Gelasio, & Romana Synodo reprobatus, insignia gesta Apostolo tribuebat, eaque possibilia; verum, quod probatione carerent authenticæ repudiantur. Simile est fundatum, ex quo aëta Theœ, & Pauli, & liber de transitu Virginis, & alter de pœnitentia Iamnes, & Mambre, & alter de martyrio sancti Cirici, & Iulitæ, ibidem reprobantur. Rationes, quibus Romana Synodus inititur, sequentes sunt. Prima: *Nel eius subsannandi ori-  
retur occasio.* Secunda, & tercia: illis eiusdem Conciliij verbis continetur: *Secundum antiquam confuetudi-  
nem singulari cantela in sancta Romana Ecclesia, non le-  
guntur, quia eorum qui conscripsere nomina, pœnitus  
ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis superfluo, aut mi-  
nus apto, qui in rei ordo fuerit, scripta putantur.*

Dices vnuus aut alter narrationis error in historia Ecclesiastica, non est censura Theologica dignus; & in singulis alijs similiter iudicandum est; etiam si plures errores historici in uno volumine reperiantur: ergo liber complectens plurimas relationes non verisimiles nulla est notandum censura Theologica. Confirmatur: nam innumeræ opiniones de materijs speculatinis, etiam si improbables sunt circa res Ecclesiasticas non definitas ab Ecclesia, nullatenus faciunt librum aliquem censura Theologica dignum, si qua liber opinio in particulari, non est damnabilis gradu aliquo censare Theologicæ: ergo similiter longior historia exponens plures narrationes Ecclesiasticas, non verisimiles damnabilis non erit, neque expurgabilis, si quilibet pars falsa, aut non verisimilis censuram Theologicam non mereatur? Respondeo: interdum ex vnica historia, non verisimili circa speciale factum dari exteris subsannandi occasionem: atque illam tunc, etiam si sit de singulari aliquo

aliquo facto, aut miraculo consideratis circumstantijs esse prohibendam, aut expungendam. Interdum corpus magna historiæ alijcuius Ecclesiastice ex innumeris narrationibus componitur, quarum qualibet pars, etiam si non esset verisimilis, tolerari posset absq; expurgatione; verum acerius, & congeries tot relationum absque specie veritatis grauiter lredit Christianam Religionem, tum propter affectatam libidinem mentiendi, tum propter nimia credulitatem assentiendi, ex quibus vacillat in pusillis fides omnium animalium Ecclesiasticorum, & in hostibus Catholicis Religionis pullulant occasions illudendi, & subsannandi. Quod nonnunquam erret historicus, aut destrutus graui testimonio in rebus minoris momenti, & extra grauiores Ecclesiæ causas positis non verisimiliter procedat, humandum est, & venia dignum, nam & id potest sine affectatione, aut culpabi fraude contingere; at sive, aut frequenter ad firmandas, vel illustrandas fidei, & Ecclesiæ prerogatiwas, & dogmata, vel Sanctorum virtutes, producere narrationes non verisimiles, vix accidere potest sine grauissimo dispendio Religionis Catholicæ, quod Romana Synodus sub Gelasio declarauit. In materijs speculatiuis de Deo, aut Humanitate Christi, aut alijs thesijs, nec fidei, nec moribus necessarijs, si in alteratram partem nihil Ecclesia, & Patres determinarunt, nullum est detrimentum, quod plures opiniones non verisimiles, aut incredibilis proponantur, vt latissime probat S. Thom. integrò opusculo: o. præsertim in prohæmio, & quisquis sub eius nomine composuit opusculum nonum pro defensione centum, & octo articulorum ex operibus Petri de Taratasia: cum ex similibus tractacionibus nullum sumatur argumentum Theologicum ad firmandam fidem.

Ex quibus omnibus efficitur graues exaggerationes, & hyperboles, & affectationes styli, quæ in concionibus, & amplificationibus oratorijs, & poeticis legitimè tolerantur, prohibendas, aut expurgandas esse in historijs Ecclesiasticis, si fidem ipsarū vehementer imminuant. In sacra Scriptura omnes libri historici summa simplicitate, & veritate referunt vniuersa; at libri Prophetarū, & sapientiales, præ-

## *De examine*

sertim Psalmi David, Job, & Isaías sāpē miscent hyperboles, & exaggerationes, cum plerumque oratoriū sint, aut poetici atque in his cum summa simplicitate veritatis modus ille figuratus loquendi ex communī hominum intelligentia constat.

Tandem de apocryphis propositionibus, aut assertis dicendum supereft. Vox h̄c, *Apocryphus*, occultum, secretum, & absconditum significat, & ad varios, diuersosque librorum grudis iam olim applicata: Hieronymus in Prologo galeato, Abulensis toni. xiiii Matth. cap. 3. & in lib. i. Paralip. cap. 14. Sixtus Senensis lib. i. Bibliotheca, omnes libros præter Canonicos appellant apocryphos: quod comparatione sacri Textus cætera volumina quasi occulta sint, & abscondita. Alij quæcunque scriptæ auctore carentia nominant apocrypha, vt Isidorus lib. 6. origin. cap. 2. Genebrardus anno 3674. sic nonnulli ex Canonicis libris apocryphi dicerentur, quod eorum ignoretur auctor, aut sit ambiguus: quemadmodum de scriptore historie Job, Tobiae, Iudith, Elthier, Machabæorum, & de auctore Ecclesiastici communiter dubitatur. Vērum quia primarius, & præcipitus auctor, idest, Spiritus Dei, innotescit, nullatenus apocryphi debent nominari. Alij cum Isidoro vbi proxime, apocryphos dicunt eos libros, qui dubiæ sunt auctoritatis, idest, magnam habent incertitudinem; etiam si à censura Theologica sint liberi, quorum propterea testimonio fidei nequeat. Nullum ex his tribus generibus apocryphorum librorum, vt notum est, iuxta acceptiones expostas censuram Theologicam promeretur. Quarto nonnulla volumina dicuntur apocrypha eō quod, sicut in Ecclesia Dei publicè permittantur, prohibitum tamen est, ne ad legendas officiorum Ecclesiasticorum adhibeantur: sic in Concilio Romano, sub Gelasio opera Tertulliani, Clemencis Alexandrini, Cassiani, Eusebij Pamphili apocrypha dicuntur, quia pro legendis Breuiarij, aut eiuslibet officij Ecclesiastici non tolerantur. Quinto apocrypha dicuntur plura scripta, quod errorum, aut errorēs eum demerito auctorum admixtos habeant: sic Tertullianus, Eusebius, Cassianus, & Faustus Rheyenfis apocryphi dicuntur, nam erro-

## *Propositionum.*

31

errores continent eorum monumenta, & simul, aut pro inobedientia, aut pro schismate, aut pro heresi aliquam latēm contraxerunt. Idecirco cum vox *Apocryphus*, sit generalis, nullam determinatam censuram infert, cum & heretica, & innominati scriptoris volumina, & incertæ, & dubia sāpē nuncupentur apocrypha. Si liber ex eo fit apocryphus, quia historias Ecclesiasticas non verisimiles producit, pertinebit ad gradum subsannatium, vel denigratiuum fidei, aut enervium argumentorum, quibus stabilitur Christiana religio: si liber fit apocryphus ob errores, eius malitia ad hereticum, aut erroneum gradum spectabit, & sic in alijs..

*De propositionibus ducentibus ad viam latam, & de anserius à suspicenda fide, vel Romana Religione,*

*& de scrupulis, seu anxij: & de difficultibus, & obscuris in thesi gravis.*

*Cap. X.*

**S**VNT h̄e species propositionum damnabilium, quas accurate explanare oportebit, vt à quibus Ecclesiæ nitor, & incrementum depenteat. Propositione ducentis ad viam latam est gradus alius propositionis damnabilis, cuius meminere Nauarrus Apol. de redditibus, quæst. i. monito 38. Cordub. lib. 4. quæst. 1. proposit. 6. Sæmancas de Catholicis institutionibus, capit. 55. & alij. Istas Pius IV. constitut, 77. que incipit, *Dominici gregis*, appellat, *Pietati, ac morum honestati inutiles*. Multipliciter possunt doctrinæ ducere ad viam latam in moralibus. Primo cum ex coniunctione diuarum, vel trium opinionum probabilitum alia resultat monstrosa, & perniciofa moribus Christianis, nam quemadmodum in herbis accidit, vt ex vnione plurium, quarum singulæ salubres sunt, restaret mixtum mortiferum, sic ex opinionibus varijs, quarum singulæ sunt probabiles intenore doctrine vniuers scholæ, vel auctoris, non vero in alio, vel in omnibus, solet inferri quoddam mixtum, aut

act consequens propositio ex mixto, quæ intolerabilis sit propter nimiam latitudinem, & relaxationem, quā inuehit, non sine periclo Christianismi. Secundò cum opiniones speculatiæ consideratæ probabilitatem aliquā habere possunt, at in praxi exerceri nequeunt absque peccato: huius generis propter inuidiam excusandam nullā referto, & si facile esset aliquas in medium producere de observatione ieuniorum, de simonia, de cōpensatione, vel recuperatione honoris cōtumeliosè, aut violenter læsi, de cōtractibus, de leuitate, aut paruitate materia in rebus, quæ ad cōcupiscentiā carnis peccantia in quibuspracticē nihil potest peccari absque graviori culpa, saltem propter periculū enidens maioris delicti, & sic de alijs. Tertiò, idem indicium est cum practicum exercitium opinionum mortalium, quæ nec pro se nec cōtra se autores habent, non cōtingit sine pudore, aut smetu, aut displicentia pluriū tam vulgarium, quā Doctrina & virtute illustriū fidelium: non enim hæc ita accidunt nisi quod ad viam latam, & parum Christianā soleant inducere.

Propositio, aut doctrina auersiua à suscipienda fide, & Ecclesia, vel impeditiva, vt homines in ea permaneant, vel ad eam ingrediātur, illa est, quæ separat à suscipienda fide & obedientia Ecclesie; vel postquam suscepta est, pudore, vel tristitia afficit suscipientes: huius generis sunt plures tractatus, quos post Concilium Florentinum sub Eugenio IV. Marcus Epheinus, & alij Episcopi per vniuersas Provincias Orientales sparserunt, imponentes Ecclesie Occidentalī sauitiam in iudicando, avaritiā in exigendo, & a jāquæ valde ipsam odiosam facerent. Qui tractatus licet habent gradus alios dñabilium propositionū, vt potè iniuriosi, & sediciosi, etiam nuper prædictum continebāt. Similes sunt alij contra recens cōuersos à secta Mahometana, aut à Gentilismo, in quibus aduersis illos obijcitur, aut non sincere fidem suscipere, aut non illis fidendum postquam illam suscepserint, aut paucos, vel nullum forsan ex illis credere, quod prof. ssi fuere, & alia huius generis, quæ se iugūt ab ingressu Ecclesie, vel pudorem, & tristitiam inferunt illis, qui eam ingressi sunt. Idem dicendum est pro similibus tractatibus

tibus, aut libris contra eos, qui deferto Iudaismo Christianam Religionē amplectuntur quos idcirco Lusitana Inquisitione merito, aut expūgit, aut prohibet. Vt hæc qualitas magis innotescat, suppūtabō nōnulla ex duplice volumine nra per excuso. Alter cū titulū habet: *Discursus aduersus Iudeos.* Idiomate Lusitano: hic in lingua Castellanā conuersus; & editus anno 1611: & continet notanda, quæ sequuntur. Prologus sanctū Officium Matritense de nimia indulgētia condēnat, & est auersiūs à fide, aut eonstritatis eorum qui à semine H̄breo ipsam professi sunt. Cap. 10. historiae incredibiles producit ad concitandum odium, & generandā difidientiam aduersus conuersos ē Iudaismo, aut ab illis prognatos veluti coniuratos hostes vite, honoris, & fortunatū Republicæ Christianæ. Eiusdem generis sunt quæ adducuntur cap. 1 r. ad probandum simulacrum & fraudulentem amplecti Religionem Catholicā quorūque ē semine H̄breo illā suscipunt, &c. ea, que ab ipsis sunt piē, & Christianē, palliū esse operiendā infidelitatis. Id varijs exemplis nostri sacrati probare satagit, & ex paucis, quæ numerat, concludit nulli H̄breo ad fidem conuerso, vel ab eo originem ducenti credendum fore. Cap. 12. 13. 15. grauiā oprobria, & narrationes congerunt, ex quibus fiat nihil habere fideli veræ, sed simulacrum homines prædictos. Caput 16. & 17. ex professo suadere contendunt, qui ex eo semine sunt, habere, vt hereditaria, & originaria peccata Sodomiam, & grauissima alia delicta. Obiter percillit varias Provincias Christianas Europæ extra Hispaniā, & quodd in illis plures sunt ē semine Iudeorū, grauissima (inqui) vita in illis dominatur. Cap. 20. declarat, quibꝫ artibꝫ in hoc Regno ab eisdē perfidia Iudaica protegantur, & cōseruetur sub specie extermina cultus Christiani. A capite 24. usque ad 27. latissime tractat de pellendis hominibus illius sanguinis à Regno Lusitanæ veluti incredulos, & Apostatas; & capite 24. & sāpe alias eos comprehendit, qui clare non sunt conuicti de Iudaismo. His & similibus clāsulis, quamquā interdum leniri, & limitari videantur, proculdubio arcetur hi homines à suscipienda fide, & post suscepitā grauissime contristantur anxijs se ad illud vitæ genus obligasse in quo

infamantur, & vexentur, quantumvis sancte vivant, & simul desperent se in bonis, & pijs Christianis esse enumerados. Liber alter inscribitur, *Funda David*, idest conciones quinque, aut lapides emissi ad defensionem sanctissimæ Eucharistie; editus est Barchinone lingua vulgari Castellana, anno 1631. Prologus acerrimè inuehitur in conuersos, aut filios, & nepotes conuersorum è Iudaismo, veluti in Philisteos, & canes, & Apostatas, & Ecclesia Catholice iuratos hostes, qui solo extero habitu Christianam fidem simulare videantur; vnius, vel paucorum horrendum facinus aduersus Eucharistiam, & alia quædam similia delicta, quæ verè, vel falso congerit, in omnium, & singulorum conuersorum, filiorum, & nepotum capita transfert. Ibidem auctor conqueritur se à prædicandi munere suspensum ob eam libertatem nukendi, atque idem repetit lapide primo fol. 4. Ea querela satis ostendit ab Ecclesiasticis indicibus similes clausulas, vt auerius a fide, & scandalosas fuisse repudiatas. Ibidem postquam dixerat plures esse occultas Synagogas in Lusitania, dubitas an sit aliquis, è sanguine Hebræorum vere, & legitime cōuersus ad Christum, Ibidem circa finem prologi statuit omnes fere Christianos ex Hebræis recens conuersos esse judaizantes. In primo lapide, idest concione prima fol. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. acerbissima yetha in omnes conuersos vibrat, quibus eos exasperat, Vlissiponem Hierosolymæ, aut Iudeæ, vel Genevæ comparans. Innumera sunt ibidem seditiones in causa fidei, & religionis, & quæ pusillos ab Ecclesia seingant vsq; ad fol. 29. Eius generis sunt, quæ fol. 18. scribūtur de publica pace temporali ab illis perturbata, & Brasilio Regno per proditionem exhibito, & quæ fol. 24. de ipsis expellendis à Lusitania dicuntur. Similia habetur lapide 2. fol. 37. Ex clausulis multis vnam exponam: fol. 26. ait certissima signa Apostasiæ credenda fore in Hebræis Christianis quemcunque cultum, & speciem externam sanctitatis, & non tam esse opinionem, quam evidenter notitiam omnes ex eo semine in apostatis numerandos. Hinc urguntur valde homines Iudaici sanguinis ad desperationem, nam si parùm curent de obseruantia Religionis Catholicæ, vt valde

de suspeſti diffamantur; at si se componant ad formam piffissimorum fidelium per sacramentorum susceptionem, orationem, eleemosynam, & virtutes alias, hæc omnia, & singula dieuntur esse certissima signa apostasie, & nequitiz. Nulla igitur supereſt via Catholicis fidem suam probandi; sed desperent necesse est de bono nomine obtinendo. Tertiò lapide, sive concione fol. 56. fures, latrones, ingrata mancipia, fatalem Lusitanæ cladem eos appellat. Quinto lapide, aut concione fol. 97. 102. 107. 108. 109. 110. 111. plurima sunt acerbissime dicta ijs similia, quæ nuper retulimus: denique totum opus scaret conuicijs, irrisiōibus, verbis seditionis, satyris, dissidentiam generantibus, ab Ecclesiæ fide, & ingressu prædicti sanguinis homines repellentibus. Sancti Pontifices, & Patres per mansuetudinem, & lenitatem prædictos homines Christo acquirendos existimabant, S. Gregorius lib. 4. Epist. 6. scribit Cypriano Diacono, ut si quis Iudeus conuersus fuerit, ei tributa relaxentur: ex qua liberalitate ait se sperare veram huius gentis ad Christum conuerionem his verbis *Nec hoc iniutiliter facimus si pro levandi pensionum oneribus, eos ad Christi gratiam perducimus, quia et si ipsi minus fideliter eveniunt, y tamen quæ de eis natifuerint, iam fidelius baptizantur, aut ipsis ergo aut filios eorum lucramur.* Ita experientia comparatum eit, vt quæ Provinciæ Catholicæ Gentiles, aut Iudeos ad fidem conuersos, & illorum filios, & nepotes mansuetè, pacifice, & urbane tractant, tandem ab illis hereditarios errores radicitus euellant, neque tantum possint, qui feruore, & zelo aliam viam rigidiorem ineunt.

Sunt propterea multæ aliae species propositionum, quæ à fide suscipienda, vel Romana Religione non solum Iudeos, Gentiles, sed etiam hæreticos auertant. V. G. ex zelo non secundum scientiam exaggerantur crimina Catholicorum, & facta comparatione suadere contendunt nonnulla volumina adeo esse collapsam apud nos disciplinam morum, quoad rapinas, furta, adulteria, incestus, detractiones, patra, contractus, & solutionem debitorum, vt multo sint æquiores, & temperatores hæretici: id licet verum esset,

nullatenus libris committi liceret, nam eorum lectura ipsi hæretici in suis erroribus obstinantur, & ab Ecclesia longius arcentur, ac tandem blasphematur ab ipsis, nomen nostrum. Si quid de hac re scribendum foret, illud esset, diabolum, ut Principem, & Dominum hæreticorum, ideo plures ex ipsis in falsa, & externa iustitia morum contineat artificiose dissimulatis horrendis sceleribus, quæ furtiuè committunt, ut per illam decepti amplius, & amplius persistant in erroribus. Sola hæresis sufficit ad indubitatam eorum damnationem, non est quod dæmon diligentius curet de maiori corruptela morum, at cum Catholici per fidem, & veram Religionem salvi esse queant, satagit diabolus singulari studio ipsorum disciplinam, & conuersationem, furtorum, libidinum, & iniquitatum maculis deturpare. Grauiter in hac re excessit Saluianus Massiliensis in libris ad Ecclesiam, ut expedit Belarmin, lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis. Georgius Vvicensius (vir alioqui pius, & doctus) propter nimiam libertatem, qua mores Catholicorum infectatur, sibi ex pugitur in indice librorum Hispanie. Triumphant hæretici, cum legunt, & legenda vniuersis exhibent approbata, & excusa volumina Catholicorum, quæ palam declarant sic depravatos in vniuersum Ecclesiæ mores, ut hæretici in moral iustitia multo nos antecellat. Licebit, quod grauissimi viri fecere, nostrorum temporum calamitatem, & collapsos mores deplorare; semper tamen exponendo, quā deterior sit status hæreticorum, etiam sub falsa imagine virtutum, quæ in Gentilibus effulserunt, vel propter conditionem temperamenti corpori, vel propter superbiam, & ambitionem, vel propter alias plures causas, quas tractantes de virtutibus Philosophorum sancti Patres, & Doctores excepterunt.

Propositio scrupulosa, & anxia illa est, quæ cum non possit urgentibus testimonij, aut fundamentis impugnari, semper tamen cum scrupulo, & formidine executioni mandatur, si de materia morali decernit, et si de materia speculativa tractat, non sine scrupulo, & formidine docetur; cum tamen opposita doctrina omni careat scrupulo, & anxietate.

Hæc

Hæc censura comprehenditur in illa clausula instructionis Pontificis Clementis Octavi: *Verba dubia, & ambigua, quæ legentium animos, à recto, Catholicoque sensu ad nefarias opiniones adducere possunt.* Nam si verba anxia, dubia, & ambigua delenda sunt, id magis necesse est in opinionibus, aut sensibus dubijs, anxijs, & scrupulosis. Huius generis plures sunt propositiones in questionibus moralibus, & speculatiuis, quæ denuò emergunt circa usurpas, simonias, theses jurisdictionales, scripturarum clausulas, Conciliorum, & Decretalium limitationes. Et verò cum doctrina Ecclesiastica pura debeat esse, & illibata, non licet indicibus causalium fidei similes propositiones anxijs permittere, donec ea appareant argumenta, quæ scrupulam, & angorem euellant.

Propositio difficilis, & obscura in thesi gravi illa est, quæ non assertionebus disputandis, sed libris traditur ita perplexè, & difficulter, ut multi non capiendo, vel non intelligendo in errorem labantur. Huius gradus meminit Albertinus de agnoscendis Catholicis assertionibus quest. 7. num. 19. cuius hæc verba: *Alia est ratio eorum, quæ proponuntur disputanda: Alia eorum, quæ ad doctrinam in scriptis traduntur legenda. Quod enim disputandum proponitur, et si dubium, ambiguum, obscurum, vel aquiuocum sit, aliquam recipit excusationem; sed scribendo omnia clara, dilucida, expedita esse debent.* Verum etiam pro libris ea est addenda limitatione, quam adhiberi voluit Clemens. 8. §. de correctione librorum, ut auctor non alibi rem ex professo, & perspicue ad saniores sensum explanauerit: nam cum sapientia obiter, & in transcursu scriptores disserant, non est culpabilis origo inducendi erroris ex obscuritate pro incidenter dictis, si in alijs tractatibus uberior se ipsos explanarunt. Dices, hæc qualitas non est damnabilis, nam illa Pauli Epistolis conuenit, in quibus ait Petrus Apostolus, plura sunt difficultia intellectu, quæ indocti, & instabiles depravant. Idcirco Philippus Abbas coetaneus S. Bernardi Epist. 6. sic ait, vult Apostolus Colossenses in omni sapientia

## *De examine*

sapiencia, & intellectu spirituali proficere legendo, & intelligendo subtilia, subtilibus argumentis prudenter resistere; alioquin frustra, vel hanc illis, vel alias alijs epistolas scriptaret, si non scrupulosa, & difficultia, & legi, & perinteligi optaret. Plerumque enim tam subtilia scribit, ut non facile, nisi à sapientibus, & spiritualibus capiatur: plerumque tam scrupulosa, ut multi non capiendo in errores præcipites seducantur. Respondeo non licere adducere in exemplum scripta Canonica, quæ afflante Spiritu sancto dictantur; fuere enim plures, grauesque cause ab auctoribus præsertim diuinorum litterarum expositoribus allatae, ex quibus oportet difficultatibus, & obscuritatibus plures partes sacri Textus implicari; at Doctores, qui humano studio, & discunt, & docent valde sunt culpandi, quando editis ingenij sui monumentis singulariter lingua vulgaris, ita scribunt perplexè, & obscure, ut ex perplexitate, & obscuritate graues generentur errores. Propterea similes tractatus saltem positis cautionibus, aut explanationibus curari debent, quemadmodum, & Sanctissimum Patrum scriptis solent adhiberi.

## *De propositionibus presumptuosis, id est imponentibus malam notam doctrinis probabilibus: & de propositionibus irrationalibus.*

### *Cap. XI.*

**P**ropositiō presumptuosa est gradus censuræ, quæ illata est quibusdam doctrinis Tostatis, ut ipse ait in processione secundæ partis defensorij: licet fortassis alius habeat sensum ab eo quem in hoc capite scrutamus. Appellamus doctrinam presumptuosam illam, quæ graviori nota Theologica infamat assertiones probabiles doctorum.

Sit igitur vera conclusio temerarium, scandalosum, presumptuosum, & pœna dignum esse censuram Theologicam inurere illis propositionibus, & doctrinis, quæ nullam censurā merentur. Probatur primo, quia in litteris Apostoli-

cis

## *Propositionum*

25

cis Sixti IV. allegatis à Francisco Diago, lib. I. Annal. Aragon. cap. 33. & ab Alfonso Fernandio in concertatione prædictoria editionis Salmanticensis, pag. 227. 228. 229. inbetur à sancta Sede, ut Inquisitores Apostolici seuerè puniant Theologos nonnullos, qui mala nota, & censura Theologica infamauerant opinionem Doctorum, quæ laudant, & sectantur antiquiores illi versiculi in gloriam Deipare: *Precocatores non abhores, sine quibus nunquam fore dignat tanto filio.* Verba Pontificis sunt: *Cum duplex sit opinio Catholicorum Doctorum circa causas præcipuas Incarnationis Verbi Diuini intuentium; altera quod si Adæ non peccasset, Dei filius humanam carnem non assumpsisset; altera quod etiam si non fuisse humana natura in primo parente lapsa, adhuc Dei filius carnem assumpsisset; Et opinio utraque pietati, fideli, autoritatibus, & rationibus subsistat: cumque priori opinioni versus: illi innitantur; dicimus quidquid contra dictos versus attentatum fuit, temerarium, presumptuosum, & pœna dignum presumptum fuisse, tanquam contra opinionem à Doctoribus Catholicis positam.* Ex quibus constat de mente Apostolice Sedis esse, ut veluti temerarij, presumptuosi, & pœna digni ab Inquisitoribus puniantur ij, qui dairunt propositiones à Doctoribus Catholicis veluti probabiles toleratas. Deinde probatur idem intentum auctoritate duorum Pontificum Pij V. & Gregorij XIII. in Bulla aduersus Michaelem Italium. Prædicti Pontifices varias propositiones illius Doctoris condemnant, quarum nonnullæ, non aliam ob causam damnantur, nisi quia censura Theologica infamet opiniones aliquas probabiles Doctorum Catholicorum, ut expendunt Suarius prolegom. 6. de gratia cap. 2. Turrianus 1. part. selectarum, Centuria 31 dub. 6. pagin. 373. & disp. 31. dub. 59. & in opuscul. de gratia, tractat. ultim. in quo pro eodem sensu allegetat Cardinalem Toletum, Gabrielem Vazquez, & alios; ergo indubitatum est, gravem notam Theologicam imponere debere iniquis, & acerbis censuris contra doctrinas, quibus nulla nota debita est. Tertio probatur idem intentum auctoritate sancti Augustini, qui allegatur, & approbatur à Divo Thoma, opuscul. 1. in prologo

logo. Docet igitur August. 5. confess. & 1. de gen. ad litteram, se patienter intueri hominem Christianum deliratēm, & toto cālo aberratēm in dignoscendis arcanis Philosophicis, & alijs, quæ ad pietatem, & fidem Catholicam non pertinent, dummodo fateatur similes controvērsias, & decisiones ad Christia nā Religionē non pertinere; at quādo similis doctrinæ prædicantur, enuntiantur, & scribuntur, ut necessariæ ad fidem, vel de illius substantia, tunc ait D. Augustinus grauissimum dānum inferri Catholicæ Religioni. Addit Angelicus Doctor hæc verba: *Multum nocent talia, quæ ad pietatis doctrinam non spectant, assērere, vel negare quasi pertinentia ad sacram Doctrinam.* Itaque valde noxiū est ea, quæ fidem non tangunt, veluti si fidem tangarent enunciare, & ea, quæ censuram Theologicam non merebentur, veluti damnabilia repudiate, nam quod ibidem ait Angelicus Doctor, allegans. S. Augustinum 1. de gen. ad litteram, cap. 19. his excessibus: *Sapientibus huius mundi contemnendi doctrinam fidei occasio præbetur.*

Quarto, idem assertum probatur ex Concilio Constantiensi sess. 19. pag. 895 aucta editionem Coloniensem anni 1618. quæ sessio, quoad hāc partē fuit approbata a Martino V. Hieronymus de Praga condemnauerat per censuram Theologicam propositionem quādam probabilem extra statu de vniuersalibus, quā ipse Hieronymus veluti fidei inimicam infamauit. Ob hanc causam generalis illa Synodus Constantiensis coagit prædictum Hieronymum Pragensem abiurare illam censuram veluti noxiā Catholicæ Religioni. Igitur ex mente vniuersalis Ecclesiæ materia est abiurationis quævis iniusta censura illata doctrinis probabilibus Catholicorum Doctorum, aut circa eas theses, quæ quia Philosophicæ, nullatenus pertinent ad Religionem Christianam.

Quinto, idem probatur intentum, quia Leo IV. cap. de libellis distin. 20. iubet Ecclesiasticis Tribunalibus, & iudicibus, vt imitentur facta, & exemplaria, quæ circa decisio- nem causarum in Concilijs generalibus inueniuntur; ergo vbiq; & quandocumque accidit, vel propositiones puræ philosophicas, vel alias à censura Theologica alienas

gra-

gravi nota affici, & acerba censura infantari, cogendus est huius secleris patrator ad abiurandum, sicuti Hieronymus Praga. à Syndo Constantensi ad similem abiurationem coactus fuit. Illustratur magis eadem veritas ex pagin. 890. eiusdem Concilij in praefata editione: nam Fiscales post censuram vñaninem quatuor Academicarum, & plurimi Cardinalium, Episcoporum, & Theologorum, Ioannē Hussum accusauerunt, quia articulos quosdam purè Philosophicos per censuram Theologicam infamauerat veluti erroneous, talis est articulus ille condemnatis veluti erroneam opinionem de compositione continui permanentis, & successivi ex punctis dimittaxat, & instantibus ergo grauissimā nota debetur ei, qui propositiones à censura alienas censura theologie afficit.

Sexto probatur ex sacra Scriptura, nam Deuter. 4. ait Dominus: *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nea auferetis ex eo.* Similiter Apoc. vltim. *Si quis apposuerit ad verba boc, apponet Deus super eum plagas scriptas in libro boc.* Ex quibus fit quācumque additionem scripturis facta, aut diminutionem illarum, esse contra præceptum Dei, & verbum Domini. Licet per modum interpretationis obscuræ explanando, & ex certis, & claris alia inferendo locū, pletare scripturas, iuxta legitimū earum sensum; vnde una ista interpretatione non est additio, cum non faciat in re magis esse; vnde nullum accepit augmentum sacer Textus ex multiplici Doctorum expositione. His præmissis siq; argumentum à simili; diminuere, aut multilare veritates diuinæ scripto, aut traditione habitas, est magnus error, & enormis, cum vere sit hereticus, aut erroteris, aut temerarius, qui propositionem aliquam, cuius opposita certissime est heresis, error, aut temeritas, negat ad fidem, aut Religionē pertinere; ergo addere propositiones, quæ nullatenus ad fidem pertinent, ac si de fide sint, atq; eas collocare in eo gradu, vt oppositæ sint hereses, errores, aut temeritates, cum tamen indifferentes sint, & non connexæ cum principio fidei, contingere nequit sine gravi documento. Catholicæ Religionis, & doctrinae Christianæ, pro qua etiam dictum est; non additis, neque diminutis, grauanda non est

est fides supponendo falso veluti propositiones dogmatis, que longissime absunt à mysterijs fidei: maximum est periculum, siue dicas non esse articulum fidei eum, qui reuera de fide est, siue dicas eam doctrinam de fide esse, que reuera de fide non est. Subscribit haec tenus dictis Melchior Canus lib. 12. de Locis cap. 11. illis verbis: *Quomodo omnibus in rebus affuerandi temeritas, pronunciandique audacia tunpis est quidem; sed in ijs, que ad Ecclesie doctrinam attinent, est periculosa vel maximè, habet enim contemptionem superbam Ecclesiastice regulæ, quam contumitionem nisi fidei iudices coercerant, & comprimant, dici non potest, quantum discriminis omnis Ecclesie doctrina sit habitura: que igitur non inconsulta oratione modo, sed ut verbis utar gravioribus, confidenti audacia, insolenti proterua, exultatione impudenti, iactatione superba non contra fidem dico, sed contra Ecclesiasticam modestiam afferuntur, ea Theologi in praesenti temeraria cōsent, atque inter errorum gradus constituant, & locant, quis quoniam heresum appendices sunt, a fidei iudicibus sunt animaduer- tendi.*

Ex quibus omnibus sit primo quam graue, quam noxiū, quam periculosum sit probabiles doctrinas auditorū, aut eas, que censuram non merentur inter damnabiles propositiones collocare, cum id fieri nequeat sine publico detrimēto Religionis Christianæ, & absque notabili præjudicio censorum, qui sic delinquentes iuxta litteras Apostolicas sunt temerarij, præsumptuosi, & suspecti de fide. Secundū sit eos, qui ex imperio Tribunalium fidei nota afficiunt graviori doctrinam aliquam, non debere de illa iudicare ex proprio sensu, sed ex iudicio Ecclesiarum, producendo scripturas, aut traditiones, aut Concilia, aut Decretales, aut communem sensum positium Patrum, vel Scholasticorum, vnde doctrina condemnanda videatur, & gradus censuræ pro illa debitæ innotescat. Tertiò, nō sat est, vt propositio aliqua sit censura digna in iudicio, quod censoribus probabiliter videatur heretica, erronea, aut temeraria; nam ut bene obseruat Turrianus 1. part. selectarum centuria 2. dub. 55. pag. 166. si quis dicat vnam opinionem videli

deri sibi probabiliter de fide, non ideo imponit censuram contrariae opinioni, neque inde infertur contrariam esse hereticam, cum heresis non sit contra private personæ iudicium, sed contra vniuersalis Ecclesie sententiam. Propterea nunquam censores pronunciare debent, aut possunt ex privato sensu nisi producentes Scripturarum, Conciliorum, Decretalium, vnanimis sensus Patrum, vel Scholasticorum loca, quibus indubitate, & sine controversia doctrina censuræ exposita contradicat.

Propositiones, aut doctrinæ irrationalibes dicuntur illæ, que licet contra se non habeant testimonia Scripturarum, Conciliorum, Patrum, aut Scholasticorum, sunt tamen contra manifestam, & efficacissimam rationem in thesibus, que à Theologis cōmuniter disputantur. Huius gradus meminit sanctus Thomas 1. part. quæst. 97. artic. 3. ad 4. ijs verbis. *Quidam dicunt, quod homo in statu innocentiae non assup̄isset de cibo nisi, quantum ei fuisset necessarium: unde non fuisset ibi superfluitatum emissio; sed hoc irrationaliter videtur, quod in cibo assumpto non esset aliqua fœculentia.* Nam licet, quod ibidem ait S. Doctor sine villa indecentia superfluitates emitterentur; verum illæ necessarie essent, siue insensibiliter exhalatæ, siue absque fœtore, aut aliter resoluenterentur. Quæstione 98. artic. 2. in corpore loquens de opinione antiquorum Doctorum negantium in paradyso generationem per coitum esse futuram; ait esse non rationabilem, seu irrationalitem sententiam. Sæpe hanc censuram interrogat S. Doctor nonnullis propositionibus etiam si, graniū quorumdam Doctorum testimonio fuerint munitæ. Quoties doctrina aliqua contra efficacem, & ineluctabilem fere rationem militauerit, illa dicetur irrationalis: & si thesis fuerit ex necessarijs ad fidem, aut bonos mores censura Theologica notanda erit:

*vnde constat, quod alibi probandum est opiniones plures esse irrationales, & improbabiles, etiam si graues Doctoris, et illas tueantur.*

*De propositionibus periculosis in fide, & de superstitiōnēs, & de temerarijs, & de periculosis  
in morib⁹. Cap. XIIII.*

Propositio periculosa in fide est qualitas censuræ illata à Leone X. in Bulla aduersus Leutherum propositionibus nonnullis huius hæresiarchæ: & propriè illæ doctrinæ periculose dicuntur, in quibus licet nonsit aperta hæresis, aut error, est tamen periculum, ut ex illis orientur. Quando hæc censura infertur, necesse est determinare hæreses, aut errores, qui ex ea doctrina periculosa imminent, & manifestis argumentis, vel ab experientia, vel ab iniquitate historiæ, vel ab antecedentibus, & consequentibus conuincere illud periculum non esse fictum, aut per subtiles discursus fabricatum. Dicitur periculosa in fide hæc propositio damnabilis, ad differentiam eorum, quæ sunt periculose in moribus, de quibus infra dicendum erit. Sub hoc gradu continentur ea, quæ à Clemente Octavo instrutione Pontificia prohibentur, ijs verbis: *Quæ contra sacramentorum ritus, & cærenorias, contraque receptum usum, & consuetudinem sanctæ Romane Ecclesiæ, nouitatem aliquam inducunt, profanæ etiam nouitates vocum ab hereticis, excitatæ ad fallendum introductæ.*

Propositio superstitionis est ea, quæ docet aliquid contra legitimum cultum, siue ex parte rei cultæ, siue ex modo colendi. In hoc gradu censuræ sunt propositiones docentes idolatriam, magiam, maleficia, pæta expressa, aut implicita cum dæmons, diuinationem per somnia, & astra & sortes, & similia, de quibus latè Suarius tom. 1. de Religione, tractat. 3. integro lib. 2. qui est de superstitione. Sub hac specie comprehenduntur propositiones irreligiose, & sacrilegæ, quæ formaliter, vel interpretatiæ docent tentare Deum, aut sacrilegia committere, vel alias irreligiositates exercere. De quarum materia tractat Suarius, ubi sup.lib. 1. & 3. copiosè, & eruditè. Quotquot libri de

Dæ-

Demonū responsis, & similibus Ioannes 22. constitut. 13. tom. 1. Bullarij pag. 166. & cæteri qui de incantationibus, sortilegijs, arte iudiciaria tractant, ad hunc gradum propositionum damnabilium pertinent. Instructio Pontificia Clementis ijs verbis: *Rei ciuntur omnia, que superstitiones, sortilegia, ac diuinationes sapient.*

De temerarijs propositionibus dicamus. Inter censuras Theologicas omnium minima est temeraria, si temeritas nihil aliud grauius habet adiunctum. Ex Puente Hurtado tom. 1. de fide, disput. 81. vt propterea communiter arbitrentur Doctores cum Francisco Suario tom. de fide, disput. 19. sect. 6. Gaspare Hurtado ibidem, disput. 10. difficult. 6. temeritatem prædictam non esse *contra virtutem fidei*, aut Religionis, sed solum *contra virtutem studiositatis*, quæ est pars temperantie. Conditiones necessarias, vt doctrina aliqua prædictam censuram Theologicam mereatur, breuiter numeramus.

Prima est, vt propositio sit *contra communem sensum Patrum, & Doctorum*, vel *Theologorum Scholasticorum*, qui vñanimes contrarium positiuè doceant sine dubio, atque formidine: in hac omnes conueniunt, nam si priuatiuè tan̄um à Patribus, vel Theologis aliqua doctrina stabilita non sit, dummodo nihil positiuè contra eam scripserint, libera erit à censura. Considerandum verò est, iuxta superioribus capitibus proposita, an Patres, & Doctores obiter, & cursum disputationis; non enim tunc adeo vrget ipsorum auctoritas, veluti cum ex professio rem tractat; quod etiam obseruauit Puente Hurtado de fide, disputat. 81. sect. 7.

Secunda, non sufficit ad hanc censuram inferendam cōmuni sensus positiuus Patrum, aut Scholasticorum, si non sit in materia, quæ fidem, aut bonos mores lœdat, vt probant, vel supponunt Suarius disput. 19. de fide sect. 2. Vazquez 1. 2. disput. 62. Valentia 2. 2. disput. 5. quæst. 11. punt. 1. Torres de fide. 5. dub. 3. Sæctus Antoninus, 2. par. artic. 54. vltimæ editionis. Silvester verbo hæresis, quæstio. 1. Turrecremata lib. 4. summæ, 2. part. cap. 10. 11. Cano lib. 7. cap. 3. & lib. 12. cap. 11. Bañez 22. quæst. 11. artic.

artic. 2. Castro. r. de iusta hæretic. punit cap. r. Corduba quæst. 17. lib. 1. & lib. 4. quæst. 3. & fere omnes Doctores. Ideo nullam censuram Theologicā meretur qui contra cōmūnem sensum positivum Patrum dicentium esse Phœnicē autem, illam negat sub proprietatibus, quæ communiter numerantur. Nec fuit temerarius grauiissimus nostri temporis Theologus, qui primus contra communē sensum positivum Scholasticorum negauit virtutem obedientiale physicam, ut quælibet creatura physicè aliā quamvis producere eleuata à Deo. Plures sunt opiniones similes circa materias non lēdentes fidem, aut mores quæ propterea incapaces sunt temeritatis Theologicæ.

Hæc conditio monstrat primò eum qui temerarius est in negādis historijs prophanis, aut principijs speculatiuis Philosophiæ humanae, aut Medicinæ, aut iuris Civilis, aut Astrologiæ esse temerariū secundū quid, non tamen temerarium simpliciter, & Theologicè in ordine ad doctrinā sacram, ut ex cōmūni sententia probat Suarius disp. 19. de fide sect. 2. Secundo eadem conditio declarat quare, S. Thom. scripsit in 2. dist. 14. art. 2. ad 1. *Authoritates Sanctorum Doctorum in Philosophia non plus valent, quā dicta Philosophorum quos sequuntur.* Et Canus lib. 7. cap. 3. *Sanctorum auctoritas, siue paucorum, siue plurium, cum ad eas facultates assertur, quæ naturali lumine continentur, tantum pollet, quantum ratio naturæ consentanea persuaserit.* Similiter Bañez 1-par. quæst. 1. art. 8. & plerique alij quibus exp̄esse succurrunt Grabrina tom. 3. Cathol. pr̄script. par. 1. con̄traversia 1. quæst. 1. pag. 13. vtens verbis Caui nuper relatis, & pag. 17. scribens, etiam si integer Sanctorū chorus adducatur pro aliqua doctrina si sit circa quæstionem, quæ ad fidem non pertineat, probabilem assensum generare non certum, quod probat ex Vincētio Lyrin. cap. 39. sic lequente: *Antiqua Sanctorum Patrum consenso non in omnibus diuinæ legis quæstionibus, sed solum in fidei regula est sequenda.* pag. 20. eundem sensum confirmat.

Tertia condito, non sufficit ad qualitatem temeritatis Theologicæ, si propositio sit contra communē sensum positivum Doctorum in materia gravi ad doctrinam sacram perti-

pertinente; sed est præterea necessarium, ut prædicta doctrina, aut propositio sine fundamento auctoritatis, vel rationis pronuncietur: ita Vazquez 12. disput. 62. Sánchez in Summa. lib. 1. cap. 9. Torres de fide disput. 55. dub. 3. & communiter Doctores afferentes non, esse temerarium in fide, aut moribus primum auctorem, qui inuenit opinionē contra cōmūnem sensum Doctorum, si pro illa grauis ratio, aut auctoritas succurrat antiquioribus Doctoribus non cognita. Ex quo fit plures propositiones olim fusse habitas in temerarijs, quæ nūc probabiliiores iudicantur. Similiter contingere potest à magnis Doctoribus aliquā opinionem pr̄scis temporibus approbatam, quæ postea in temerarijs numeretur, quod constet illos sine viro fundamento fusse loquutos, aut eo principio innixos, quod euidentibus argumentis decursum temporum fuerit refutatum. Albertinus de Catholicis assert. quæst. 15. ait non quod sit aliqua propositio cōtra dicta Sanctorū est hæretica; adde re posset in casu à nobis proposito, nec etiam propterea est temeraria. Vērū si opponatur vñanimi sensui Parrūjī expositio scripturæ, non potest non doctrina esse hæretica, aut erronea, aut temeraria.

Quarta conditio, ut propositio temeraria nominetur, est necessarium, ut absolute, & cū affirmatione enunciatur, nam si solū verisimiliter cum metu, aut sub dubio, aut vacil lāter proponatur in rebus, & cōtrouersijs non expressis ab Scripturis, aut Concilijs, & Decretalibus, nulla censura notari debet ex Simancas de hæreticis, cap. 52. Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punitione cap. 3. Cano lib. 12. de locis cap. 1. Corduba lib. 1. quæst. 17. & innumeris alijs, quos in sylva locorum primi capitulis produximus, & propter fundamēta, quæ ibidem numerata sunt. Ex quibus omnibus sit certam esse doctrinam Puente Hurtado de fide disput. 87. sect. 7. dicentis, opinionem absque fundamento dictam, si pro se nec cōtra se habet auctores, non esse temerariam, sed improbabilem.

Propositio periculosa in moribus illa est, quæ speculatim considerata aliquam habet verisimilitudinem, & apparentem colorem probabilitatis, verum in praxi moraliter loquen-

loquendi sine grauis culpe reatu non potest executioni mandari. Hoc periculum in causa est, ut similes propositiones iustissime possint condemnari: quales sunt nonnullæ opiniones circa materiam leuem in rebus venereis, circa recuperationem honoris per illata vulnera in flagranti delicto, circa acceptationem duelli, & alia similia. Haec propositiones à Clemente Octavo in Pontificia instructione appellantur: *Bonis Moribus contrariae*. In his præsertim, si adsit periculum ducendi in viam latam, cauzendum est ne ad praxim, vel executionem laudentur, similes opiniones, sed potius, ut pernicioſe, & periculosæ longissime à fidelium corde, & assensu, & à publicis scholis, & scriptis repellantur.

*De propositionibus irreuerentibus, & demiscentibus  
sacra profanis, & de non alleganeis fideliter & er-  
ba Scriptura, & de eversuis Regnorum propter mu-  
stiam, aut irreligiositatē, de decoloratiōnē  
Ecclesie, & de laudantibus, aut exorinan-  
tibus personas, aut gesta heretico-  
rum.* Cap. XIV.

Propositiones miscentes sacra profanis interdicuntur à Clemente 8. in Pontificia instructione anni 1595. his verbis: *Expungi oportet verba Scriptura sacra, quecumque ad prophanum usum impiè accommodantur. Quod etiam severissimè cauit, & explicit Synodus Tridentina sess. 4. his verbis: Post hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque conuertuntur verba & sententia sacrae Scriptura ad scurrilia, scilicet fabulosa, vana, adulaciones, detractiones superstitiones impias, & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos, mandat, & præcipit ad tollendam huiusmodi irreuerentiam, & contemptum, ne decatero quisquam quomodo libet verba scripturae sacrae adhæc, & similia audiat usurpare,*

*pare, ut omnes huius generis homines temeratores, & cito-  
latores Verbi Dei, iuris, & arbitrij, pœnis per Episcopos  
coerceantur. Ex prædictis ostac, expungendas esse eas pro-  
positiones, quæ verba sacrae scripture ad scurrilia, ad ama-  
atoria, ad fabulosa, ad superflua, ad assentationes, ad satyri-  
cas detractiones accommodantur: & similem transgresio-  
nen non contingere, sine contemptu, & violatione ver-  
bi Dei. Præterea hoc genus hominum ex Decreto Synodi  
Tridentina ab Episcopis puniri debebat, iam post instruc-  
tionem Pontificiam Clementis 8. etiam ab Inquisitoribus  
multari potest. Quod diximus de scripturis sacris, si-  
militer intelligendum est de scriptis Sanctorum Patrum, de  
officijs Ecclesiasticis, & de personis sanctitatis eximiis, &  
earum gestis, si ad scurrilia, adulatoria, aut detractionis  
accommodantur; cum id non sine magna irreuerentia, &  
sacrorum contemptu accidat.*

Circa hunc gradum expendere oportet, non esse propo-  
sitiones irreuerentes, aut mixtiæ sacrorum, & profano-  
rum eas, quæ, vel scripturas, vel personas sacras, vel ipsa-  
rum gesta applicat, aut coniungit ad personas, aut gesta  
profana cum reuerentia; vel personas, aut gesta profana  
ad personas, & gesta sacra. Sic quia reuerenter D. Augu-  
stin. lib. 22. contra Faustum incestum Loht, cum filiabus,  
& Iudeæ cum Thamar accommodat charitati Dei, & Chri-  
sti cum Ecclesia, nullam notam, censuram ve. meretur: &  
idem præstat S. Gregorius 3. moral. cap. 21. firmans ean-  
dem thesim exemplo Davidis, & Betsabee, & S. Hierony-  
mus Epist. 131. docens filias duas Loht, & vxores duas  
Oseæ utrumque testamentum adumbrare. Similiter Eccle-  
sia plagas inflicitas Prophetæ falso Zæchar. 13. in figura as-  
sumit, ut Christi Sacrosanctis vulneribus accommodet:  
Scholiastes Theoduli, & Canisius. Dianam Sanctissimæ Vir-  
gini conferunt: & paſsim similia exempla reperiuntur.  
Præterea ad irrogandum hanc censuram non sat est, si sa-  
cra profanis, aut profana sacræ immisceantur; sed præ-  
terea necesse est, ut irreuerenter, vel ridiculè, vel assentato-  
riè, vel maledicè, vel indecenter id fiat; aliter enim nihil  
peccatur, cum ſæpe Sancti Patres, & interpres res, & lo-  
cutio-

cirtiones sacras per res, & locutiones profanas Philosophorum, Poetarum, & Oratorum explanant.

Propositiones non allegantes fideliter verba Scripturæ sacræ, instructio Pontificia Clementis 8. sic declarat, iubens expungi: *Verba sacrae Scripturae non fideliter prolatæ, vel ex præmis hereticorum versionibus de prompta.* Duplex genus propositionum hæc censiura continet: aliud est cum dantur, & allegantur pro verbis Dei ea, quæ non sunt, vel ex additione, vel ex mutilatione, vel ex inuersione, vel ex truncatione, in quo est grauissima iniuria contra Scripturam sacram, dum exhibentur verba hominis pro oraculis diuinis: violatur præceptum diuinum enulgatum q. cap. Deuteronomij: *Non addetis, neque diminutis.* Aliud genus huius corruptiæ est, cum Scripturarum clausulæ fideliter allegantur in contextura vocum; verum extrahuntur violenter à propria, & vera significatione, & sensu in extor ram, & repugnantem intelligentiam. Joannes Ludouicus Viualdus in 10. persecutione ait, hereticum esse enim, qui falsam, & extortam expositionem in Scripturis diuinis ponit, docet, vel prædicat: allegat autem hæc verba Hieronymi: *Quicumque aliter Scripturam sacram intelligit, quæ sensus Spiritus Sancti efflagitat, quo conscripta est, licet ab Ecclesia non recesserit, tamen hereticus appellari potest.* Verum quidquid sit de mente Viuali, & interpretatione S. Hieronymi, semper vnum, & alterum genus præfati abusus impium est, & iniuriosum verbo Dei, quod non sine grauota Theologica contingit. Verum cò maior erit irrenuentia, & impietas, quo maior fuerit malitia significacionis, & intelligentiæ, quæ ex prædictis corruptelis intenditur.

Propositiones eversiæ regnorum, sive propter in. iustitiam, sive propter irreligiositatem illæsunt, quæ per acutas speculationes inuehunt doctrinas ad speciem probabiles: verum quæ corrumpant exercitium iustitiae distributiæ, vindicatiæ, commutatiæ, & puritatem discipline Christianæ in obseruantia voti, iuramenti, cultus sacri, & aliorum, quæ contra simoniam, & similia virtutia militant. Hoc genus propositionum Clemens. 8. in Pon-

Pontificia instruptione videtur cōprehendere in illis, quas appellat, *Bonis moribus, & Christianæ disciplina cōtrarias.* Item in illis: *Quæ tyrannicæ potētiam fouent, vel rationem status ab Euangelica, & Christiana lege abhorrentem.* Exempli gratia nōnullas propositiones adducere expediat. Index potest determinare, & sententiare per opinionem minus probabilem, relicta probabilitori. Item illa: in officijs, & beneficijs, quæ præmissa oppositione, & examine prouidetur, potest eligi dignus, relicto digniori. Item illa, quam detestantur Theologi cum Toleto lib. 5. summæ cap. 58. Incarceratus pro furto, aut grauiori alio scelere torqueri potest, ut declaret nō solum ea crimina, aut delinquentes, de quibus est accusatio, delatio, indicium, processus, aut corpus delicti; verum etiam per torturam cogi valet, ut declarat cetera crimina à se patrata, & ipsorum complices, pro quibus nulla est accusatio, delatio, indicium, aut processus, quæ reo manifestentur. Item illa: Index potest complices in carcere torquere, & punire, quos manifestauit reus non iuridicè requisitus, circa crimina occultissima, de quibus nulla erat delatio, indicium, aut processus. Hunc abusum Toletus extra heresim condénat. Itē illa: Iudices supremi vniuersaliter in omnibus casibus iudicare, & sententiare possunt, non attendentes ad probationes, sed ad id, quod ipsis verius, aut æquius existimat, non productis irrefragabilibus in contrarium argumentis. Item illa: Confessio, aut viro graui non nocituro possumus revealare crimen occultum alterius, absque necessitate. Item plures aliae circa usurpas, contractus, restitutionem famæ, & bonorum, quæ aliquorum Doctrinæ præsidio munitæ grauem inferunt corruptelam. Hæ, & similes aliae doctrinæ in materia iustitiae, & religionis pro voto, iuramento, sacramentis, & alijs ad iustitiam, & religionem pertinentibus, etiamsi à praxi, vel testimonio extrinseco probabilitatem habere viderentur, sunt eversiæ regnorum. Primo, quia immane ostium aperiunt ad exercendam iustitiam publicam, aut publicam irreligiositatē. Secundo, quia ab illis fit descensus ad alias magis iniquas, & magis irreligiosas sententias. Tertiò, quia plures innocenter

ter maximis periculis de iactura corporis , bonorum , & honoris ex prædictis opinionibus , & alijs similibus expoununtur.

Appellamus euersuas regnorum relatas propositiones , quod per illas publicè , & authenticè exerceantur periculosæ doctrinæ in materia iustitiae , ex cuius obseruantia penet Rerum publicarum conseruatio . Ad euersionem regnum maximè pertinent peccata Magistratum , & Iudicium , que auctoritate publica fulti committunt : nam hæc tota Res publica patrare censetur , cuius commissarij , & officiales sunt : & in illis veluti in capite totum corpus politicum videtur consentire , dum non reclamat , dum Principem non admonet . Languor iustitiae per prædictas , & alias similes opiniones innectus plura alia parit monstra ; nam ex illis alia conclusiones magis iniquæ , & iterum ex his alia , & sic incessanter pullulant fraudes , & doli , & personarum acceptiones , & audaces animi inspirantur aduocatis , & iudicibus , vt absque rubore tecantur , & iudicent , quidquid velint , atque in omnem licentiam effusi pro sua libidine , tanquam nemini ratione reddituri patiente inuenientur . Certissimæ sunt minæ Ecclesiastici 10. cap . Execrabilis omnis iniquitas gentium . Regnū à gente in gentem transfertur propter iniustias , & iniurias , & contumelias , & diuersos dolos . In vindictam huius affectatæ obsecrationis protectio diuina substrahitur , & vites diabolo relaxantur , vt possideat Iudices , & Senatores , nè pericula impendētia præuideant , aut ne præuisa , fallaci persuasione decepti current : præterea , vt ex ipsis emergant proditores , qui pecunia corrupti , aut aliter obtenebrati , vel secreta hostibus manifestent , vel in consultationibus captiosis ratiunculis , & se , & socios Consilij , & Principes euentant ; nam sæpè , vel ut amicis Consiliarijs blandiantur , vel ne alijs , quibus cum odia , & inimicitias priuatas exercent , videantur consentire , etiam cum damno publico noxias consultationes roborant . Tandem in vindictam harum fraudum in consulendo , iudicando , & sententiando , bellorum cladibus , fame , incendijs , naufragijs , peste Provincias exhaustit divina iusticia . Huius rei apertissima exempla , & documenta ha-

habentur in Scriptis , præsertim in libris Regum Paralipomenon , & Prophetarum . Idem omnino dicendum de peccatis in religionem , etiam si per speculationes subtilissimas , & grauium quorundam vitorum testimonia à non nullis excusentur in materia simonij , iuramenti , voti , excommunicationis , collationis beneficiorum , electionis ad gubernacula Ecclesiastica , immunitatis bonorum , & personarum Sacerdotalium . Occurrunt interdum opinones , quæ si ad præsum populum , & tribunalium vocarentur , magna immineret à diuino numine vindicta . Duo sunt fulcri regnum , publica Iustitia , & publica religio : ille si nuntent , necesse est , vt ea pariter corruant , vel labantur .

Propositiones decoloratiæ Ecclesiæ illæ sunt , quas sub hoc nomine S. Bonavent. in 4. distinct. 19. declarauit . Earam natura in eo sita est , vt doceatur abusus potestatis Ecclesiasticæ , & regalis , ex epli gratia , sententia certissima est posse Romanum Pontificem vti dispensatione circa sacros Canones at tueri , id absq; illa causa frequenter esset faciendum , nimis decolorat Ecclesiæ nitorem , quod his verbis monet vbi suprà Bonavent. In ijs , quæ statum Ecclesiæ decolorant , dispensandum non est ; Et hoc est quando multis conceditur , quod paucis effet concedendum . Similiter ad hunc gradum pertinent alij abusus , vel in epij Kijis ferendis , vel in principijs generalibus usurpandis , exempli gratia D. Bonavent. in Opusc. Quare fratres minores prædicent , & confessiones audiunt . Hæc ait : Pontificem , vel quemlibet bonum Pastorem animarum buiusmodi esse discretionis , quod potius vellet oues Christi per quemquam Catholicum Sacerdotem ad salutem eternam expediri , quam negligi ab ijs , qui ex officio curam eorum suscipiunt , sed executionem officij circa eos non implent , alioqui si hoc non vellet , indignus effet dignitate Pontificalis officij , qui oues Christi magis perire vellet , quam erui de ore luporum , & talis eius voluntas caret effectu pastoralis potestatis , quæ solum in edificationem , & non in destructionem animarum data est ab ipso Principe Pastorum . Multiplex abusus hujus principij decolorat Ecclesiæ nitorem , dum per epij Kijas , vel ra-

## *De examine*

tihabitiones, aut absoluunt, aut interpretantur, aut dispensant inferiores Prælati, & Sacerdotes: dum ad libitum docent, in pluribus casibus non potuisse limitari potestatem, nisi cum animarum destructione, & plura alia huius generis.

Propositiones laudantes, aut exornantes gesta, vel personas hereticorum, his verbis proscribuntur à Clemente 8. in sua instructione: Epitheta honorifica, & omnia in laudem hæreticorum deleantr. Circa illa obseruandū est, omnia elogia, quæ Lutheranum, Caluinistam, aut alia quāuis hæresi infestum exornant, veluti iustum, sanctum, conseruātem veram, & legitimam fidem, & religionem, frumentē æterna beatitudine Dei, esse impia, & hæretica: cum non aliud sonent, ac significant, quā sectam Lutheranam, Caluinistā, aut quāuis aliam esse veram, Romanā autem, ideit, Catholicam Religionem esse falsam. Ex his epithetis cum nullum sit, quod non comprehendat apertam hæresim, & blasphemiam, nullum in libris, aut scriptis permitti debet. Alia sunt epitheta in laudem hæreticorum, quæ nullam merentur Theologicam censuram, vt si nobilissimi, clarissimi, doctissimi esse dicantur, vt si ab his exornentur virtutibus, quas Philosophis, & Gentilibus non denegamus, quales sunt integritas iustitiae distributioꝝ, & vindicatioꝝ, punitioꝝ, veritas, fidelitas, humanitas, liberalitas, contemptus dimitiarum, pacis studium, & alia huius generis. Hæc sane elogia, quæ non ultra commendationem donorum, & virtutum ordinis naturalis extenduntur, nec pro Gentilibus, nec pro hæreticis, vllā notam Theologicam promerentur: nihilominus Clemens 8. in pœnam eorundē hæreticorum iubet sanctissime, & equissime, vt prædicti honorifici tituli expurgentur, quemadmodum nonnulla alia, etiā à censura Theologica distent, ob prædictam iustificationem Pontificiā expurgenda sunt. Quoniam vero in hoc postremo genere elogiorum occurunt passim emendanda quāplurima; sollet interdum iuberi, vt similia epitheta lectores singuli deleantr, ne catalogi expurgatorij his minutis excrescant in maiorem molem. Ideo Clemens 8. in pœnam effrenat̄ impietas Catoli Molinei, cuilibet lectori permisit, & præ-

## *Propositionum.*

43

præcepit, vt prædicti auctoris nomen, vbicunque inueniatur, expungeret, & deleret. Similiter catalogus expurgatorius supremæ Inquisitionis Hispanæ, editus anno 1632 pag. 761. verbo, Merlinus Cocayus, sic præscripsit: Locos præterea libiores, qui quomodolibet in rerum sacrarū contemptum vergere possunt, docti, piisque lectoris arbitrio delendos remittimus. Index Concilij Tridentini opera Erasmi, & Fabri permittit, dummodo expurgentur ab universitate aliqua Catholica. Exempla heius coloris innumerā occurunt, ex quibus constat, si quando tribunalia fidei, ob vitandam prolixitatem iussent libros, elogia hæreticorum continentis emendari, id præstādum esse à pijs, doctisq; lectoribus, vbi inciderint clausulæ exornatiꝝ hominū, qui à fide deuarunt. Cū graue contagio non timeatur ex lectura eorū locorum, qui hæreticos ab humanis doctibus exornant, atque expunctio prædictarum rerum præcepit destinetur in pœnam, & vindicam, possunt licet tribunalia fidei, non notatis paginis, & clausulis in suis catalogis prohibitorijs, aut expurgatorijs, lectori pio, & Catholicō eam expunctionem delegare.

*Decensura debita propositionibus acerbè, & satyricè è Pulpito, aduersus Ecclesiasticos, & laicos predicatis. Cap. XV.*

**Q**Væ censura debeatur scriptis detractionibus aduersus Principes seculares, & Ecclesiasticos, aduersus simplices Sacerdotes, & regulares, tam in historijs quæ extra illas, satis superque in præmissis declarauimus. Nunc de verbalibus conuictis quibus in publicis concionibus, & redargutionibus, perstringunt nonnulli ministri verbi Dei Religiosos, aut seculares, determinando familias, congregations, nationes, cœtus, aut personas, dicendum est.

Suppono Antistites, & Pastores vti posse animaduersione publica in oves à Christo sux tutela cōmislas, dummodo hæc præcedant primò correctiones priuataꝝ: secur-

dò informationes iuridicæ : tertio confessio rei conuicti, aut evidentia delicti in fieri, & semper pendentis in opus: quartò protestatis defectus, sib quæm non possint reum ad terrorem populi castigare : quintò pertinax durities, & in crimine inueterata consuetudo: sexto spes.conclamata delinquentis post hæc omnia peracta ; tandem, quod alia via communii scandalo occurri nequeat. His præmissis gradibus debitè succedit Episcopi , aut Antistitis facta publicè e pulpito reprehensio, si constat non grauiora fore detrimēta, quæ ex manifesta obiurgatione sequantur.

Deinde suppono ex reprobationibus Prophetarum non esse argumentum desumendum pro ordinarijs Prædicatoribus diuini Verbi. Primo, quia in illis extraordina- ria iurisdictio inerat , & personam summi numinis singula- riter representabant, aut ab illa coacti nominatim singu- la dicebant. Secundo, quia spiritus, à quo dirigebatur Pro- phetæ, hominum culpas nouerat, & priuatas à publicis dis- tinguebat. Tertio, videbant ex prophetia, quando melius erat illas publice coarguere, & quando melius reticere: quid utilitatis ex obiurgatione , quid vè malū ex silentio sequeretur. Quæ omnia cum desint ordinarijs Prædicato- ribus, necesse est, vt plurima præmittant, si quando ad simi- les redargutiones deuenerint. Nostra igitur controværsia de illis solum Concionatoribus disputat, qui ordinario spi- ritu prædicant verbum Dei absque propheticō dono, & ju- risdictione aliqua Episcopali, sola Magistrali, aut Docto- rali muniti.

Demum suppono exempla Christi Domini in publi- cis redargutionibus, & reprobationibus non debere vni- uersaliter aduocari pro idea eorum, quæ præstare possunt, ordinarij Concionatores: quia sæpe, vt Deus abscondita crimina reuelabat, secundo vt Pôtifex, & Iudex cui pro- bationes necessariae non erant, publica interdum redargue- bat scelera. Tertio, vt exceilètissimus Propheta. Quartò, vt vniuersalis Magister, & Redemptor. Quinto, vt particu- laris Paterfamilias Apostolorum, & discipulorum; atque adeo communes Magistri, & Prædicatores quibus omnes hi tituli desunt, non possunt hæc exemplaria indiscrimina- tim

tim adducere: superest igitur, vt summarie singula decla- remus.

Ordinarijs Prædicatoribus Verbi Dei, ne determina- tas personas Catholicas, præcipue Ecclesiasticas , vel sta- tus in Ecclesia receptos, aut legitimè toleratos acerbiori- bus verbis, & obiurgationib⁹ è sacro pulpite vulnerent, aut infamant, iubent scuerissimè Concilia , nominatim Seno- nense, cap. 36. in dcretis morum, pag. 167. Colonense, parte 4. cap. 8. pag. 186. & part. 6. cap. 13. 15. 16. 17. pag. 190. Augustense cap. 13. pag. 214. Treuirens, C. Mis- si, pag. 270. Mediolanense, 1. pag. 36 1. iuxta editionem: Colonensem, anno 1618. quibus succurrunt Concilia ge- neralia, Canones religiosorum cœtuum, Theologi., Sum- mistæ, & Iuristæ. Paulus 3. anno 1542. in Bullâ quæ incipi- pit: *Apostolici culminis* inquisitoribus iniungit Mediola- nensis, & à iure cæteris iniunctum supponit, ut similes concionatores plectant scuerissimè, si quando propositiones has scandalosas, pietati , & bonis moribus minimè cō- formes disseminauerint: & quoniam similes obiurgationes seditiones sunt, scandalosæ , & viam ad fœismata , & tumultu aperiunt, quemadmodum à temporibus Diocletiani experimento didicimus, qui, cù esset gratissimus fidélibus, propter iurgia Sacerdotum, contemptis, & persecutus est Ecclesiæ Dei, authore Eusebio lib. 8: ideo sacer fidei Sena- tus in Hispania nuper scuerissimis pœnis prædictam concionatorum audaciam iustissimè compescuit. Ioannes Lu- douicus Viualdus, ex instituto Prædicatorio, tractatu de duodecim persecutionibus Ecclesiæ , postquam numerauit persecutions Imperatorum , & hæreticorum, & incanta- torum, & Iudeorum, & scismaticorum, & alias , tandem undecimo loco , & proximiiori Antichristo numerat Præ- dicatores vaniloquos , garrulos, affectantes stylum, allega- tes philosophiam, & poesim, mordaces, inflatos rethori- ca & stylo , dicentes subtilia non utilia , & obiurgatores Principum, Prælatorum, & Ecclesiasticorum, seu verius detractores ; atque id latè probat à fol. 226. vñq; ad 260 edition. Lugduni ann. 1512. Succurrit ijs Concil. Tolent. ann. 1566. act. 3. cap. 3;

Duplex tantum est correctionis genus, ex cōmuni Theologorum iudicio, cum Diu. Thom. 2. 2. quest. 33. Altera iudicialis est, & hanc solum exercere possunt gubernationes, idest Principes, & Rētores, praemisso ordine iuridico. Hęc interdicta est ordinarijs concionatoribus, cum nulla iurisdictione muniantur, sed autoritatem habeant solum Doctoralem. Altera est fraterna, sub qua paterna, tutelaris, & similes aliae comprehenduntur: hęc etiam interdicta est ordinarijs concionatoribus ē sacro Pulpito: nam ex præscripto Salvatoris omnis fraterna correctione debet esse solitaria inter corripiētē, & correptū: non publica in conuentu fidelium. Correctiones aliae aduersus hęreticos, & Ecclesię aduersarios non sunt aduo. andē in exemplarē eārum, quas a Catholicos destinari licet. Hęretici proximi sunt, aonfratres: Catholicī verò, & proximi, & fratres sunt, & nominantur. Idecō non se muniant. Prædicatores Verbi Dei exemplo correctionum Christi aduersus Sadduceos, & Herodianos concilamatos hęreticos, vel aduersus Scribas, & Phariseos, qui ex Matth. 15. 16. & 23. hęretici erant, & iuxta Hieronymum in 16. Matth. Epiphani. hęrese 16. Iosephum 2. captiu. cap. 12. & alios: hic tamē quia ē suggestu Cathedræ Mosayc non disseminabant errores, ait Christus, Matth. 23. vt omnia quæcumq; ibidem dicent, seruarentur, & fierent.

Cum igitur correctione iudicialis ad gubernationes pertineat, fraterna ad opitulationes, quæ ex Paulo 1. Cor. 12. distincta sunt ministeria ab officio Doctorum, similes obiurgationes aduersus determinatas personas, aut status, non dimanant à Doctoribus, quatenus Doctores sunt, quem munus, ex D. Thom. ibidem: solum est reuelata in Prophetis, & Ecclesia prædicare. In Euangeliis nulla similis correctione Christi reperitur in sermonibus. Solum tres parabolæ Matth. 2 t. Ioan. 10. continent reprehensiones, verum illæ diictæ extra concionem in disputatione à Iesu, vt Deo, vt Propheta, vt reo. Cæteræ triginta parabolæ nulla obiurgatione armantur. Nouemdecim sunt disputationes Christi in Euangelijs, siquæ sunt cap. 7. 8. 9. 10. Ioannis, ad quatuor reducas: verum illæ sermones nō sunt, cum

cum disputare non sit prædicare: in ijs acerbioribus verbis Christus corripiebat hęreticos Scribas, & Phariseos simul vt Deus, vt reus, vt vindex proprij honoris, vt gubernatio, vt opitulatio, Disputationes nōnullæ Matth. 9. 12. 19. 22. Ioan. 3. 6. 12, nullis armantur reprehensionibus aduersus certas personas.

Dum Christus miracula patrabat, in colloquijs extra conciones, Matth. 8. 12. 13. 14. 15. 19. 21. Luc. 9. 13. Ioan. 4. reprehensiones adhibuit, vt operator virtutum, & defensor operum diuinorum, non vt Doctor. Cum Iesus futura contingentia vt Deus, vel alia futura absoluta, vt Prophetā prædixit Matth. 11. 12. 16. 21. 24. Luc. 13. Ioan. 4. 7. 8. 9. 10. non vt Doctor, sed vt Deus, vel Prophetā loquebatur. Interdum, vt Pater familias extra concionem reprehendit Petrum, filios Zebedei, consanguineos, discipulos, quemdam Scribam, Matth. 8. 16. 20. 26. Luc. 9. Ioan. 7. Verum hęc obiurgationes à Christo, vt patre familias, non vt Doctore dimanabant. In cōcionibus, quæ nee parabolæ sunt, nec disputationes, nec miracula, nec prophetiae, nec monita parris familias, nec opitulationes aduersus hęreticos nulla est reprehensio Christi aduersus certas personas, & status, vt pater Matth. 5. 6. 7. 10. Marc. 4. Luc. 6. 10. 11. 12. 16. 19. Ioan. 14. 15. 16. 17. Reprehensio, quæ habetur Luc. 4. accedit finito sermone, & explicatione Isaia, & interminata est à Christo, vt operatore virtutum, & proprij honoris vindice. Plura fiunt, & scribuntur à Doctoribus, cum docent, vt respirare, cōtraversias rerum naturalium proponere, historias humanas referre, quæ non præstantur ab ipsis, vt Doctoribus, quē admodum probat Turrecrem. distinct. 9. Idecō etiamsi quis, vt opitulatio obiurgaret ē pulpite, non id efficeret vt Doctor. Reprehensiones Chrysostomi, & aliorum sanctorum Episcoporum, contra certos status, & personas cum à iurisdictionem habentibus post plures correctiones fraternalis emanarent præmissis certis probationibus, non aduocandæ sunt in exemplar, quod imitari queant ordinarij concionatores nullam iurisdictionem habentes,

Hæc ita generatim dicta per singulas conclusiones explicanda sunt. Prima: tunc solum concionatoribus ordinarijs, qui nec iurisdictione Episcopali, aut quasi Episcopali, nec spiritu propheticō prædicti sunt, licet obiurgationes publicas contra Catholicos è sacro Pulpito dictare aduersus scandalosa delicta, quando hæc omnia, & singula, quæ sequuntur absque ullo fructu præcesserunt. Primò, monitio priuata delinquentium. Secundò, obstinata eorum perseverantia in culpa publica scandalum generante. Tertiò, monitio, aut delatio, aut accusatio perse, vel per alios proposita Episcopis, aut secularibus Magistratibus de prædicto scando. Quartò, impossibilitas, aut defectus potestatis in prædictis Episcopis, & Magistratibus ad coercendum iudicialiter, simulque puniendum scandalum nuper relata. Quintò, quod nulla spes superstite refractario, aut peruicaci illo homine, cœtu, natione, aut familia leuiori medicamento curandis. Sextò, quod certò sibi persuaserint concionatores, post consultationem grænum & peritorum hominum, maiora commoda ex publica reprehenſione obtineri, & grauiora crimina, & scandalum cuitari, quā si eadem reprehenſio omittetur. Septimò, ut peccatum, vel peccata, quæ obiurgantur sint ferè omnibus notoria, & perniciem inferant: nam si occulta sunt, & paucissimis explorata, præsertim sine alicuius contagio nullatenus ea propalare, aut manifestare è sacro pulpito licet. Hæc omnia, si ad fint, & præcedant, possunt ordinarij concionatores post consultationem, & licentiam Episcoporum, aut Antistitutum publicis obiurgationibus è suggestu vt: si aliiquid ex nuper relatis desit, peccant, si ad publicam reprehenſionem determinatae personæ, aut familiæ se accingat. Addendum est pro tertia, & quarta conditione, quas nuper præmisimus, quod si monitio, aut delatio, aut accusatio scandalosi crimiuis proposita est Principibus Ecclesiasticis, vel secularibus, & ipsi habeant potestatem coercendi, & puniendi; nec tamen suo muneri satisfaciant, tunc acquiescendum est doctrinæ Concilij Coloniensis part. 6. hæc dicentis: *Si Magistratus dissimulent, consultius magis est, ut ultio remittatur ad Deum.* Quæ verba, & alia equi-

equivalentia Conciliorum, Patrum, & Scholasticorum manifestè supponant, & decernunt non licere publicas reprehensiones è pulpito contra determinatos cœtus, aut personas Catholicas, in consultis Episcopis, aut Magistratibus, cui prædicti cœtus, aut personæ, veluti oues, committuntur. Probatio huius conclusionis ex regulis generalibus Theologorum perspicua est, quæ tum ratione charitatis, tum ratione iustitiae decernunt ea omnia præcedere debere ante publicam reprehensionem e pulpito, ne sediciose, contumeliosè, præcipitanter, & hostiliter Evangelicum officium exerceatur, ut ex inferiis dicendis innotescet.

Secunda conclusio: nunquam licet Ecclesiasticos Prelatos Catholicos, aut Seculares Principes è pulpito singularibus obiurgationibus vulnerare, absque spiritu Propheticō, aut consultatione sanctæ Sedis, licet omnes ferè conditions primæ conclusionis præcesserint. Ita expresse determinant Concilium Lateranense sub Leone X. sess. II. & Clementina, Religiosi de priuilegijs, cum Concilio Viennensi. Ratio, qua hæc duo concilia fundantur, sape ingeminata fuit à sancto Francisco Xauerio, & habetur in ultimis regulis exercitiorum S. Ignatij; vnde translata est ad regulas concionatorum ordinis Iesuitici, his verbis: *Cū experientia doceat, & sanctæ memoria Pater Ignatius scriptum reliquerit, nihil utilitatis percipi ex ijs concionibus, in quibus Principes, & Magistratus Reipublicæ, Prelati, & alij Ecclesiastici in particulari reprobēduntur, concionatores nostri ab buiusmodi reprebenſionibus abstineant.* Quod si urgentissimæ causæ adsint, consultanda est sancta Sedes, quā solū supra se habent supremi Principes, & Prelati; & si illa dissimulet, ut dicebat Coloniense Concilium, multò consultius est, *Vt ultio remittatur ad Deum.* Quamquam plures alij rationes adduci possent ad hanc conclusionem stabilendam, illa omitenda non est, quæ sumitur ex distinctione quadam nuper allata. Omnis reprehenſio, aut est iudicialis, aut fraterna, sed nulla ex his licet contra Prelatos, & Principes è pulpito: ergo nunquam ibi reprobēndi sunt. Maior supra est probata; minor

nor suadetur, nam iudicialis correctio esse neqnit, vbi non est iurisdictio, nemp̄ supra eum, qui superiorem, aut Iudicem non habet, quales sunt supremi Principes, & Prælati. Fraterna correctio aduersus determinatos cœtus, & personas, cum secreta esse debeat, non potest ad publicas conciones extendi: ergo nunquam Principes, aut Prælati, absque Spiritu prophetico, aut commissione Apostolicæ Sedis, è suggestu concionum possunt obiurgare.

Tertia conclusio. Adeò rarum, & insolitum est, vt casus adsit, quo ordinarius concionator licetè possit è pulpite determinatas familias, aut personas Ecclesiasticas, vel seculares, etiam priuatas, & infimi ordinis reprehendere, vt propterea Doctores non curantes de rarissimis, absolutè dicant, nullatenus in concionibus has obiurgationes locum habere: & Concilia absolute absque limitationibus similes reprehensiones interdicunt. De Cōcilijs dictum est sup. superest, vt Doctores allegemus ex Ordine Prædicatorū, S. Antonin. 3.par. tit. 18.cap. 4. Caietan. 3.par. q. 42 art. 2. Bañez 22. q. 33. art. 4. Siluester verbo: *Prædicator, q. 6. Sotus detegendo secreto memb. 2.q. 3. cōclu. 4. Canus lib. 12. cap. 11. Ferdinand. Castello lib. 2. histor. Prædicato rū cap. 48. 49. Ex familia Minorū S. Bonau. in apologetic. editionis Romane pag. 375. Cordub. lib. 1. q. 17. Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punitione cap. 3. Ricard. in 4. dist. 19. art. 2. q. 3. Aluanus Pelagius lib. 2. de plātu Ecclesiæ art. 10. & alij eiusdem gremij. Ex alij vero Abulens. in cap. 15. Matt. q. 28. Nanarr. in manuali cap. 51. Aragō. 22. q. 11. art. 2. & plures alij. Idcirco omnes sacrorum ordinum regulæ has obiurgationes cōtra determinatas personas, aut familias severissimè prohibēt. De cōstitutionibus fratrum Prædicatorū tradidit suprà S. Antoninus. S. Bonauentura, & regula Minorum eādein legem exprimunt. Familia Augustinensis similiter indixit suis prædicatoribus. Societas Iesu idem præscripsit, ad hanc obseruantiam edocet à S. Ignatio de Loyola, & Francisco Xauerio. Probatur hęc conclusio adstruens rarissimum, & valde insolitū esse, vt concurrant omnia necessaria ad dictandas è pulpite prædictas reprehensiones: nam proculdubio septem illi gradus,*

aut

Aut conditiones in prima conclusione assignatae coniungi debent, vt similes obiurgationes locum habeant; & præterea, vt concionator sit grauissimus, doctissimus, & magnæ authoritatis, & opinionis in populo, sed prædicta conexio graduum, & conditionum rariissimè potest contingere, quemadmodum perspicuum est, & probationes sunt superflue: ergo prudenter loquuntur Doctores absolutè negantes, præfatum reprobationum genus ordinariis concionatoribus licere, propter rarissimos casus, in quibus cum debitissimis circumstantijs impleri licetè queat. Sic etiā absolute dicitur, nulli priuatae personæ fas esse aliā occidere, quam sint casus iuste defensionis, in quibus licitum sit alios de medio tollere.

Quarta conclusio. Si iam emenda scandala sunt, aut breui corrigenda, vel punienda credantur à legitimis Magistratibus: si spes aliqua affulgeat, ut sceleratus ad meliorem frugem redeat, à seculari, vel Ecclesiastico Indice admonitus, aut si cōstat reum esse cōprehensum, spereturq; pro meritis castigatū iri, populo, regnoq; faciendo satis, nulla potest fieri publicis in concionibus reprehensio. Sic expresse Colonense Cōcilium par. 6. cap. 7. vbi aperte negat, quempiam è pulpito reprehendendum, quin ante cesserit Antistitutum, & superiorum Magistratuum animadversio: *Expectanda prouisio Prælatorū, ac maiorū Magistratū est.* Ergo ante illorū prouisionē prædictæ reprehensiones nō licent; post prouisionem supplicij omnino sunt noxiæ, & superflue. Ratio naturalis hanc cōclusionem dicit: nam publicè redarguere damnum ad verbera, tritemes, exilium, aut necem, insigne est iniustitia, & crudelitatis argumentum: satis est reo, quod exulet, verberetur, aut suspendatur: satis est Reipub. quod iuxta legum dispositionem scandalum sine punita. Eadem ratio est, si supplicium breui inferendum expectetur contra vincitum, & comprehensum: & ex parte multo esset deterius, si antequam de facto liqueat, eademque iudicialis vindicta expectetur, præmissa probatione coram populo, & Ecclesia grauiter reprehendatur, qui reus est.

Quinta cōclusio. Illicita est omnis reprehensio publica, è suggestu contra determinatas personas, aut familias,

aut

aut nationes, quæ se esse Catholicas profitentur : si infamantur de hæresi, apostasia, aut simulata religione. Tenentur fidei & tribunalia prædictos concionatores compescere, eosque ad iudicium vocare: nam si absque fundamento manifesta veritatis hæc prædicant in Deum, in proximum, in iudices, grauiissimè peccant. Quod si certò nouerunt prædictas personas, aut gentes in hæresim, vel apostasiam incidisse, etiam grauiissimè delinquunt non deferendo crimina ad legitimos iudices: Quod si detulerunt immane scelus perpetravit, cum non expectent id, quod ex iure naturali expectandum dictauit Concilium Coloniense part. 6. dicens: *Expectanda prouisio Prelatorum, ac maiorum Magistratum est.* Præterea hi præcipites Prædicatores temerariè decernunt in Iudices, aut Inquisitores, eosque infamati perinde ac si suo muneri non essent satisfacti, nec partes suas obituri. Accedit, quod concionum reprehensio est postremus quidam agédi modus, quo in rebus desperatis ordo sacer vtitur, cùm nihil possunt superiores Magistratus secundum instituta legum, nihil possunt censuræ Ecclesiastice, nihil efficit multa patientia, neque aliæ viæ, quibus datus est locus, tunc ad hæc media publicæ reprehensionis, veluti ad ultima remedia cœvolandum est. At inchoare opus tam graue, cum tam immani discrimine alienæ famæ, in materia odiosissima religionis, per extremum omnium remedium violata autoritate iustitiæ, simulando nullas esse vires in Episcopis, & Inquisitoribus, nullumque animum ad hæreticos, aut apostatas coercendos, lethale peccatum est, eoque grauius, quo plura in eo inuoluntur delicta. Primum in aliena iurisdictione usurpada. Secundò in non præmittendo omnes illos gradus, quos in prima conclusione præscripsimus. Tertiò in fugillâdo Prælatos circa fidei causas, minusqne de eorum zelo, & pietate fidendo. Quartò in excitâdo seditiones, & tumultus. Quintò in proclamâdo Catholicos-viros, aut eos, qui Catholicos se esse declarant, veluti conclamatos, & desperatos hæreticos.

Sexta cœclusio omnes, & singuli Prædicatores, qui vniuersos, aut singulos excessus ex commemoratis in hoc capite

pote audent perpetrare, debent à sancta Inquisitione puniri. Primo. ex litteris Pauli 3. committentis Apostolicis Inquisitoribus cognitionem eorum concionatorum, qui propositiones scandalosas, seditiones, pietati, & bonis moribus minimè conformes disseminauerint; at prædictæ culpabiles reprehensiones è pulpito, sunt manifestè scandalosæ, & seditiones: ergo disseminatores earum ab Inquisitoribus plectendi sunt. Secundo speciali titu'lo prædicatores infamantes è pulpito personas, familias, aut cœtus Ecclesiasticos regularium, aut non regularium, puniuntur ab Inquisitoribus, tum ex ijs, quæ dicta sunt singulari capite huius tractationis, tum ex decreto supremæ Inquisitionis Hispanæ cōtra eos, qui scripto publico, aut verbo è sacro suggesti personas Ecclesiasticas infamant, ita ut ignominia in cœtum, aut religionem refundatur. Tertio adhuc urgentioribus fundamentis sunt puniendi ab Inquisitoribus ij, qui quascumque seculares, aut Ecclesiasticas, sine personas, sine familias, sine nationes profitentes se esse Catholicas, è pulpito impugnat veluti apostasia, aut hæresi infectas, propter eas rationes, & causas, quas in quinta conclusione produximus. Quartò, nam semper hæreprehensiones fiunt abutendo scripturis: propterea iuxta Decretum Concilij Tridentini, sess. 4. transgrediores sunt grauiter puniendi.

Septima conclusio. Similes temerariæ reprehensiones sunt euersiæ prouinciarum, vt valde seditiones. Historia Henrici 3. refert, ex præcipiti, & effrenata prædicatione cuiusdam Archidiaconi Astigitani ortum fuisse, vt nobilissimæ Hispaniæ vrbes tumuitus excitauerint. Iosephus Sigüenza in Chronicis sancti Hieronymi to. r. cap. 18. & sequentibus graues cuiusdam cōcionatoris abusus in reprehendendo narrat, & media, quibus Henricus 4. impendi damno succurrerit. Regnante Carolo 5. communis seditiones, & excitauerunt, & promouerunt cōcionatores, quibus propterea, etiamsi alijs indulsum sit, ipsis tamen nulla data est venia. Legantur Hieronymus Conestagijs in vnione Lusitanæ, & Castellæ, & liber Sorbone, cuius titulus, *De iusta abdicatione Henrici 3.* Ibique fre-

quenter occurrent grauiissima discrimina, quæ Hispania substituit ex temerarijs cōcionatorum reprehensionibus. Castro de iusta hæreticorum punitione, & Alfonso Spina hoc experimentum pluribus, & varijs exemplis confirmarunt. Damianus Goes in historia Manuela Regis Lusitanie memorat, ex stulta cuiusdam cōcionatoris obiurgatione factum esse, vt auditores è tēplo prodeuntes, supra quatuor millia hominum baptizatorum interfecerint. Longum esset omnia huius generis in vnum fascem colligere. Nominatim sunt periculissimæ ille inuestiæ, quæ fiunt è pulpito, cōtra eos, qui ab hæreticis, Mauris, aut Iudeis prognati Christianam fidem suscepérunt, vel ab ipsis originem ducunt, perinde ac si verè Catholici nō essent, atque eorum bona opera suspecta habenda sint: quemadmodum expédimus agentes de propositionibus auersius à fide, & ingressu Ecclesiæ, vel cōtristatiuis eorum, qui religionem Christianam amplexi sunt. Hispana, & Lusitana Inquisitio, vt ibidem expédimus, obiurgationes, aut infamations scriptas aduersus cōuersos è Iudaismo, vel ab illis originem ducētes prohibet; verū, quia similes detractiones sunt libelli famosi in causa fidei, etiam personæ incarerant, & punniendæ sunt. Similiter propter ea, quæ ibidem à nobis dicta, & quæ in hoc capite notata sunt, qui è pulpito has reprehensiones in hos homines disseminant, carceribus, exilijs, & grauioribus alijs pœnis coencentur.

**Vltima conclusio.** Omnes cōcionatores, qui sermonibus dictatis ad populum, vel prælo mandatis familias, cœtus, nationes, aut personas infamāt aliquo ex modis, quos in superioribus cōclusionibus adjotauimus, varijs pœnis afficiēti sunt, iuxta prescripta iuris Civilis, & Canonici. Primum per dispositiones iuris Civilis, qui verbo, aut scripto iniurias, aut opprobria in alios dictat pœna corporali, afficiēti sunt: ex l. finali, ff. de iniurijs: & notat Bajardus ad Iulium Ciatum in §. iniuria, numer. 97. Incurrunt præterea infamiam. l. Diuus Seuerus, ff. de iniurijs vbi glof. Bernardus Diaz in practica cap. 60. rubrica de maledicis num. 6. & ibi additio Farinacij in praxi 3. to. q. 105. num,

numer. 61. Per dispensationes iuris Canonici prædicti concionatores, vtpote iniurijs, & maledici pœnam habent indicatam suspensionis, & priuationis officij, vt probant Baldus in cap. Cum te, de re iudic. vbi Abbas num. 24. Fellinus num. 9. Bocius in pract. titul. de iniurijs, numer. 30. Hæc iniuria, quæ resultat ex sermone publico, aut scripto euulgato reducitur ad iniuriam libelli famosi iuxta diffinitionem Farinacij, dicta quest. 105. num. 421. Neqne in hac re dubium esse potest, si quidem, vt induat aliqua iniuria rationem libelli famosi, sat est, vt versus vnicus, vel cantilena publicè cantetur, quemadmodum expendit Farinacius suprà num. 467. Grauius, acerbius, & vniuersalius damnum ex concione publica iniurias effundente contrahitur. Eadem iniuria secundum rigorem Civilis iuris pœna capitali mulctatur. l. lex Cornelii, §. si quis librum, ff. de iniurijs, l. 1. C. de famosis libellis. Interpretatio communis est, vt vindicta hæc judicialis fiat per mortem naturalem, ex Farinacio dicta quest. 105. numer. 423. Ius Canonicum prædictum iniuriantem frangeliari iubet ex textu, in cap. 1. Quinta quest. 1. vbi Turrecromata in versiculo, Secundum Canones. Ad hæc pœna de positionis annexitur, ex Farinacio suprà num. 431. Præter obligationem restituendi famam, damnum, & estimationem iniuriæ, de quibus tractant Nauarrus in cap. Sacerdos, num. 60. de pœnit. distin. 6. Farinacius suprà numer. 71. 78. & num. 436. cum sequentibus, habet pœnam infamis, & in testabilijs adiunctam, D. lex. lex Cornelii, §. si quis librum, ff. de iniurijs, cap. ob. carmen. 4. quest. 3.

Nec dubium est, quin prædicti concionatores, sub pœnis Concilij Tridentini sess. 4. in fine comprehendantur, vbi agitur de corruptoribus, aut vitiatoribus sacræ Scripturæ, id est, ea abutentibus ad detractiones: nam certum est è pulpito allegari loca scripture Diuinæ ad detrahendum, & infamandum, quod formaliter est delictum detractionis. His pœnas iuris, & arbitrariæ à Concilio Tridentino imponuntur. Per pœnas iuris intelligit Cōcilium flagellationem, &

depositionem cap. i. Quinta quæst. i. de quibus Doctores suprà relati differunt. Per arbitrariam pœnam idem Concilium refert se ad resolutionem communem circa crimen iniuriaz, & libelli famosi: nam & præter peculiaria supplicia, & pœnas remittit se ad arbitrarias pœnas ex Hostiensis in summa titul. de maledicis; & alijs. De quibus Farinacius suprà quæst. 105. à num. 56.

*De probationibus, & contestationibus ex iure naturali, & diuino requisitis ad iudicium faciendum circa propositiones verbales censura dignas in concessionibus, aut publicis congressibus dicta: & de retractatione facienda, si dictæ sunt, & de alijs requisitis. Cap. XVI.*

**A**Nequam præcipuā thesim excutiamus supponendum est, cum Ioanne Rojas in assertionibus analyticis assert. 24. eum, qui hæresim à se prolatam in continenti corrigit, & reuocat non esse aliqua pœna damnandum, quod probat ex pluribus Doctoribus, & suadere posset innumeris fundamentis: sit vnum pro multis, quia similes lapsus habendi sunt pro nō voluntarijs, & in illis protinus adnexa reuocatio palam concinxit, aut ab homine sūt non compote, vel alia longè diuersa considerante prædicta verba iniuoluntariè effluxisse. Si quod autem emersit scandalum per succedentem retractationem cessat omnino, atque idem dicendum est, si quis admonitus ab audientibus de prolatore errore vila sine tergiuersatione, aut mora impiam doctrinā retractat; nā & illum creditur nolentem, vel non attendentem illam pronunciasse, & nulla relinquitur præsentibus occasio scandali, sed exemplum debiti obsequij erga fidem, & Ecclesiam.

Deinde cum Albertino de' Catholicis assert. quæst. 34. supponendum est, quod si assertio præpositionum hæreticorum, aut aliter damnabilium facta dicatur publicè in cōcionē,

cione, aut magno cōuentu fidelium debet probatio singularum propositionum fieri ex contestatione plurium, cum ex natura illius facti complures testes haberi queant, vt ex pluribus capitibus iuris efficaciter suadet. Quod addit quæst. 35. num. 3. ex Abbatē Butrio, & alijs, quos refert, & sequitur testes, scilicet in lite de probandis verbis formalibus alicuius propositionis per easdem voces formales, & non per æquipollentes testificari debere; neque aliter illos probare, videtur in praxi minus probabile; vt merito refutat Rojas part. 2. assert. 5. num. 129.

In ijs, pro quib[us] plures, & graues testes vniiformiter conueniunt hæreticaliter, erroneè, aut scandalose, aut temerariè fuisse prolatæ, examinandi sunt, an illa obiter, & in transcursu dixerit magister, vel cōcionator, an incidenter protulerit; an vero ex professo tractauerit, & allegationibus, atque rationibus minierit, & cogendi sunt, vt deponant in singulari, quæ testimonia, quæ item alia fundamenta adhibuerit. Nam si obiter, aut incidenter error vel hæresis proferantur, cum magister, aut concionator non est suspectus, credendum est, aut lapsu linguae, aut mentis vagatione, aut deceptione audientium, quod sepe accidit, eam propositionem de pronunciata hæresi, aut errore ab auditoribus fuisse conceptram, quod si ex professo damnabilis propositio testimonij, rationibus, exemplis, & conjecturis fuerit munita, inexcusabilis est Magister, aut Doctor, & manifestè conuincitur esse reus.

Supereft nunc declarare quot testes, aut contestes integri, & omni exceptione maiores, necessarij sunt ad probationem hæresis, aut erroris, aut propositionis damnabilis in magno auditorum concursu prolatæ: in quo casu minus integri testes non admittuntur, vt notat Albertinus de agnoscendis Catholicis assertionibus, quæst. 34. Cū vero ex capite de libellis distinct. 20. cæteri iudices, ac tribunalia debeat in iudicando sectari praxim, & exemplar Conciliorum generalium, & nationalium, & Romanorum Pontificum, dicam quid in Synodo Chalcedonensi, & Be ritensi decretum sit, & exemplo, atque sententia firma-

## *De examine*

tum pro similibus cōtrouersijs circa propositiones dānabiles in plurium auditorum concurſu prolatas, vt inde innoſteſcat quid cāteri iudices p̄fſtare debeat.

In magna auditorum frequentia graues errores p̄di-  
casse olim dicebatur Ibas: pro q̄ a cauſa ex Cōcilio Beritē-  
fi probata fuit forma iudicij in Concilio Chalcedonensi  
Act. 9. & 10. iuxta nouissimam editionem Colonien-  
ſem anni 1618. industria Seuerini Binij. Act. 9. memoran-  
tur quatuor accusatores, & testes, Samuel, Cyrus, Mara,  
& Eulogius, hi contestantur de erroribus p̄dicas ab  
Iba. Act. 10. pagin. 279. eiusdem Chalcedonensis Conci-  
lij producuntur quatuor alij, Theophilus Diaconus, Eu-  
phrasius, Abrahamius, & Antiochus: pagin. 281. addun-  
tar quinque alij Clerici etiam, & Monachi contra Ibam,  
Ablauius, Ioannes, Anatolius, Caſuma, & Abibus : pa-  
gin. 287. considerata multitudine eorum, qui audierant  
Ibam, ait Concilium, necessarium eſſe pene omnes inter-  
rogari, qui audierant Ibam docentem, aut p̄dicantem,  
pag. 288. addit: *Quoniam dictum eſt collectam Reueren-  
dissimorum Clericorum multitudinem, quando hæc Reli-  
gioſſimus Ibas docuit, non ſuſcipimus trium teſtum, qui  
a vobis deduci ſunt, voceſ.* Docet Synodus in re adeo  
publica tres contestes nihil probare, ſi non totius fere au-  
ditorij cōſensus adſit. Pagin. 292. leguntur litteræ Cleri,  
qui Ibam audiuerat: in eis dicitur: *Neque ab eo, neque ab  
alio ullo tale dictum audiuiimus, neque in aures noſtras in-  
gressum eſt.* In eadē actione Epifola Iba ad Marim Per-  
ſam proponitur, in qua oppoſita doctrina continentur illi,  
qua ipſi imponebatur. Pagin. 295. 296. 297. tres Legati  
Sediſ Apostolice, & magna Epifcoporum multitudine Ibam  
absoluunt propter Epifolam ab ipſo scriptam ad Marim Per-  
ſam errores illos condemnantem, & declarat Concilium  
ſeptendecim illos Clericos, & Monachos accusato-  
res, & testes nihil probatſe cōtra Ibam: tantum valuit vnius  
manuſcripti authentici veritas in defenſionem Iba apud  
Concilium. Hoc exemplar obligat omnes Iudices, & Tri-  
bunalia, vt ad probationem facti de ei oribꝫ, aut propo-  
tionibus dāmabilibus in magna hominum multitudine  
dictis

## *Propositionum*

§ 1

dictis plures exigant teſtes, qui ſine diſcrepancia conte-  
ſtentur, nam valde periculofum eſt ab exemplaribus  
Conciliorum generalium in indicando diſcedere.

Tandem omissis alijs probationibus addere oportet  
aliam ex Concilio Constantiensi, pag. 899. col. 1. edit. Col-  
lon, nam pro articulis publicæ p̄dicationis Ioānis Hus  
quamquam probati eſſent nonnulli per quinq; aut ſex cō-  
teſtes, veluti articulus 18. 19. 21. 22. noluit tamen ab ip-  
ſo abiurari, quia negabat à ſe p̄dictos articulos p̄dica-  
toſ: quo iudicio monitrauit Concilium ea, qua in publīcīſ  
conuentibus dicta ſunt, rotius fere auditorij contestationē  
deſiderare, & ſimil statuit non ſemper eſſe ſufficientē nu-  
merum ſenariū contestium, adhuc contra Doctorem ve-  
hementer ſuſpectum qualis fuerat Ioannes Hus, vt proba-  
tio conueniens exiſtimetur.

Qoniam vero accidere potest, vt nonnulli conſpirato  
animō ad audiendum Magistrum aliquem, vel diuinī Ver-  
bi p̄dicatorem conueniant, & mutuo ſe, & alios prouo-  
cent ad falſo conelandum, oportet, vt Iudices p̄ueniā in-  
formatione de ijs, qui adſtiterūt, illos teſtes interrogent,  
qui à nemine fuerint citati, aut nominati; quod si hi ab  
alijs diſſentiant, ſupererſt examinare, an accusatores, vel de-  
latores mutuo ſe coniurauerint in perniciem Magistri, vel  
Doctoris.

Circa retractationē eius, quod publicè dictum eſt ſi illud  
fuit hæreticum, erroreꝫ, blaſphemum, aut ſuſpe-  
ctum de fide, aut ſupersticioſum, legibus Canoniciſ, &  
ſtylo ſancti Officij cautum eſt, qua ſolemnitate abiuratio-  
nes fieri debeāt, verū ſi propositioſe duntaxat ſint ſcā-  
dalofꝫ, aut temerariꝫ, aut ſimilis alterius censuræ ex in-  
ferioribus, ſolū retractandæ ſunt, nā raro eius conditio-  
nis exiſtunt, vt abiuratio illis adneſtatur, niſi ſpecialibus  
litteris Apostolis ita decernatur.

Pro alijs casibꝫ, in quibus de fabulis, aut aſſertis impro-  
babiliſ eſt pulpite p̄dicatis ſcandalum oritur Angelicus  
Doctor opuſculo duodecimo ad Lectorē Bisuntinum ſcri-  
pſit, quando & qua forma fieri debet retractatio. Variæ  
ſunt propositæ D. Thomæ quæſtiones, & aſſertioṇes à con-  
cio-

cionatoribus prædicatæ; & illis in eo opusculo satisfacit.

¶ Prima(ait)quæstio fuit, an stella, quæ Magis apparuit haberet figuram crucis. Secunda, an haberet figuram hominis. Tertia, an haberet figuram crucifixi. His simul respondeo, quod Chrysostomus quædam similla narrat super Mathæum, non quasi asserendo, sed quasi ab alijs dicta recitando. Et quia pro certo non habetur, no reputo hoc esse prædicadum, non enim decet prædicatorem veritatis ad fabulas ignotas diuerttere: si tamen ab aliquo sit prædicatum, non arbitror esse necessarium, quod reuocetur, nisi forte, ex hoc, populo scandalum sit exortum, & tunc non deberet, ut erroneum reprobari, sed vt incertū exponi. ¶ Art. 4. Manus, quæ nos plas nauerunt, clavis cōfixæ sunt, nō ramen hæc sunt extendenda, vel prædicanda populo; sed tamen si prædicatum sit, non arbitror reuocandum, nisi super hoc eror, aut scandalum oriatur, in quo casu oportet sanæ locutionis sensum exponi. Non sunt autem in talibus, quantum fieri potest, simplici animi sollicitati. Quinta quæstio, an ex quo Simeon dixit Beatae Virgini, tuam ipsius animam pertransibit gladius, quilibet die naturali, usque ad Resurrectionem Christi, septies illud recoleret pia Virgo cum dolore vehementi. Ad hoc etiam respondeo, quod istud eadem facilitate contemnitur, qua dicitur, cum nullius authoritatis robore fulcicatur. Nec æstimo huiusmodi friuola esse prædicanda, vbi tanta suppetit copia prædicandi ea, quæ sunt certissimæ veritatis. Neque tamen operet, quod reuocetur, si prædicatum fuerit, nisi ex hoc scandalum fuisset exortum. ¶ Quæ omnia verba D. Thom. eam ob causam retuli, ut constaret, quæ nam sit forma, & obligatio-retractionis in his casibus.

Quoniam vero tam in ijs propositionibus scandalosis, quam in alijs, quæ hereticales, & erroneæ sunt, necesse est, ut probationes, & multitudine, & grauitate testificatiū coincident veritatem, antequam reus ad iudicium vocetur, debeo superiores conclusiones, & illustrate, & confirmare. Nam primo in ijs casibus verba formalia cōcionatis, aut publice docentis, aut loquentis coram pluribus comprobanda sunt: nam testis deponere non potest nisi de

de ijs, quæ sensu corporeo ipse cognoscit, Baldus in capit. filij de hereticis, Farinacius de testibus, quæst. 68. à numer. 63. & consequenter non valet testificari auditor, an clausula à Doctore, aut prædicatore prolata sit heretica, aut erronea, cum id pendas ab actu intellectus, qui ad testimoniū non pertinet, sed ad iudicem, qui ex formalitate verbū, de qua testis deponit, format conceptum intelligentiæ, an scilicet verbum sit hereticale. Præterea testis, quatenus talis solum deponit de formalitate verbū, aut facti à se visu, vel auditu cogitati, cum id solum sensu corporeo possit cognosci, vt tradit Baldus in diſt. cap. Filij de hereticis, Albertinus de assertionibus Catholicis, quæst. 34. num. 47. Consequenter Doct. tuū communis sensus est, ad hæresim comprobandam, non sufficere, ut testes deponant rem esse hereticum, apostamat, Iudeum, aut Mahometanum, cum id corporeo sensu nō percipiatur, sed necesse est de facto, aut verbo formaliter deponere, ex cuius cognitione possit specificè formari conceptus de heresi, aut apostasia, quæ impunitatur ex Menochio consil. 82. numer. 162. lib. r. Id circò, nullatenus probat testis deponens se, aut vidiss, aut audiuisse nōnulla ex quibus alter se hereticum, mahometanum, aut iudeum declarauerit, eo quod non specificet actus, aut formalia verba, per quæ iudex concept generet de apostasia, vel heresi de alterius. Nō enim minus testis est, neque ad eum pertinet iudicare, an factum, aut verbum sit declaratorium heresis, aut apostasia, quia id est actus intellectus: ad testificantem vero solum spectat deponere de ijs, quæ perceptibilia sunt sensu corporeo, vt in simili contra testes in causa heresis excedentes officium testimoniū, & non deponentes de verbis: sed de effectu tradit Oldradus consil. 201. num. 6. quæ refert, & sequitur Menoch. consil. 82. num. 161.

Secundū in prædictis casibus in quibus, necesse est, ut testes deponant de formalitate verborum requiratur, ut omnes testes contestentur unanimitate de eadem formalitate verborum, vt decernit Antonius de Butrio in cap. Nihil de verborum significatione, & ibi Abbas, & alij, quam sententiam approbant, Gabriel consil. 42. à num. 3. De-

cianus consil. 4. num. 44. lib. 3. Mascardus de probatio. tom. 3. conclus. 1374. num. 7. & singulariter in hæresi probat Albertinus de assertionibus Catholicis quæst. 34. numer. 47. & quæst. 35. num. 8. Menochius dicto consil. 82. num. 260. Farinac. de testibus quæst. 64. num. 67.

Tertiò, licet aliis secundum iura testimoniū discordia in accidentalibus non præjudicium inferat contestationi, si in substantia facti concordent, verū in hac materia in qua de verborum formalitate contestatio esse debet, quælibet discordia etiam in accidentalibus in causa est, ut deponentes contestes non sint, & enervat robur probationis, quod in terminis tradunt Mascardus dicta conclusione 1374. num. 7. Farinac. de testibus quæst. 65. num. 28. & in casibus particularibus circa testes deponentes de verbis hæreticalibus tradunt Albertinus dicta quæst. 35. Menochius dicto consil. 82. num. 160. Farinac. de testibus quæst. 64. num. 70.

Quartò, in examinē testimoniū ad probandum singulatim verba, attendendum est ad circūstantias finis propter quem dicta sunt, & ad occasionem, & modum quibus probata sunt; nam solet contingere ea pronuntiata fuisse ad determinatum finem, iuxta quem nec verisimile, nec probabile sit in sensu testificantis enuntiari potuisse, ut expedit Albertinus dicta quæst. 35. num. 2. tractans de verbis quibusdam à concionatore dictis in sermone de sanctissima Trinitate. Ex pendentí etiam occasione dignoscitur, quo animo verba fuerint euulgata, ut in simili casu de responsione quadam ad determinatam interrogationem adhibita Menochius argumentatur dicto consil. 82. à num. 19. Item ex modo facile est coniecare, aut venari sensum verborum: nam si dicantur per obliuionem, aut inconsiderantiam, aut lapsum lingue, aut forma alia, quæ insinuet, non fuisse assertiū prolata, hæreticales non erunt propositiones. ut probat Albertinus, vbi suprā quæst. 36. num. 10. similiter dicendum est si verba iocose enuntiata, aut alia leuitate impellente; non enim erunt hæreticalia, nec veluti talia punientur: sic Albertinus vbi proximè numer. 11.

Quintò, si verba in concione, aut actu publico cunctantur, exactior probatio desideratur, & maior numerus testimoniū omni exceptione majorum. Primiò, quia licet Doctores in causā hæresis decernat sufficere artificia'ē probationē: ex conjecturis, & suspicionibus secundū Mascardum conclusionē 861. & adeo ittendos esse testes inhabiles cap. in fidei fauorem de hæreticis lib. 6. & Mascard. conclus. 857. Verū iitid contingit, quia crimen occultum sit, & clandestine patrari soleat, atque adeo pro manifestatione necessarius sit fons, quo probationes facilis confundi queant. At si crimen publicum sit, & actus coram multitudine patratus, cessat hec ratio, & permanere debet regula ordinaria, & solennis stylus, ut ad delicti probationem adhuc argumenta luce meridiana clariora ex ijs, quæ Doctores adstrinxerunt in l. fin. C. de propositionibus, Mascard. conclus. 26. num. 4. & conclus. 408. numer. 12. Deinde, quia si actus est publicus, & popularis, illum velle probare duorum, aut trium testimonio, presumptiō calumnia importat, nam si verè contigisset, non tam exiguis numerus testimoniū adhiberetur, cum per plures probari potuisset, ut in simili considerant citati à Deciano consilio 83. à numer. 24. lib. 3. Atque in hoc casu hec ratio virgenter concludit: nam verba in sermone, aut conuentu publico prolata, si hæreticalia fuissent, singuli auditores obligabantur ea deferre ad Tribunal sanctæ Inquisitionis, & cum tanta, & tam copiosa fuerit audientium multitudo, quorum singuli Catholici erant, vehemens oritur presumptio de odio, aut sinistro affectu delatorum, & de falsitate testimonij ipsorum, quæ fuit potissima ratio Concilij Calcedonensis, & Beritensis, ne admitterent accusationes aduersus Ibam. Nam cum ab ipso prædicta publicè, dicta fuerint in conuentu Clericorum, & fidelium, si hæreticam notam micerentur, plures alii delatores existissent, cum omnes, & siguli ad referendum tenerentur. Tertiò, quia cum necessaria sit ad contestationem formalitas verborum, ut supra diximus, debet

## *De examine*

plures interrogari, nam si discordantia interueniat cuius-cunque formalitatis, etiā accidentalis, non conflatur probatio, perinde ac si essent testes contrarij, vt docet Farinac. de testibus quæst. 64. num. 70. & quæst. 65. num 28. Quartò nam si duo, aut tres testes dicant se quædam verba in concione audiuisse, & alij afferant se illa no audiuisse, hæc negatiua affirmatiuæ æquivalet. Nam in materia de auditu proprio æque probat testis in affirmatiua de auditu, atque in negatiua, supposito, quod fuerit præsens, & non audierit, vt tradit Decianus consil. 83. numer. 24. lib. 3. Farinacius de testibus quæst. 69. num. 152.

## *De notis propositionum, & doctrinarum, qua censurant Theologicam non merentur.*

*Cap. XVII.*

**S**olent nonnulli doctrinas aliquas traducere, & infamare ex titulis nouitatis, non necessitatis, inutilitatis, improbabilitatis, & similibus absolutè cum censoris Theologicis prædictas qualitates numerantes; idcirco quid in hac re dicendum sit, breuiter expediemus.

Prima assertio. Sola nouitas non inducit censuram, id est, si doctrinæ Scripturis, Decretalibus, Cöcilijs, aut vnam Patrum, & Scholasticorum iudicio non opponantur, illarum nouitas nullam censuram Theologicam continet, nec gradum propositionis damnabilis: idcirco extra rem sunt, quæcunque extrahuntur à Concilijs, & Patribus dicta contra nouitates hæreticas, erroneas, & temerarias in fide, cum applicantur aduersus nouitates, quæ Ecclesiæ, & receptæ doctrinæ non aduersantur. In rebus Theologicis nouitas vitanda, vt firmat Radulphus libro de Canonum obseruantia, proposit 6. verum non illa, quæ antiquitat, non aduersatur. Debet Scriba doctus iuxta consilium Christi proferre de thesauro suo noua, & vetera. Has nouitates, quæ sine præiudicio fidei, & religionis quotidie emergunt, laudant Phil. lib. 1. de Moys. August. tract. 97.

in

## *Propositionum.*

§ 4

in Ioān. & 20 de Ciuit. cap. 20. Basil. lib. de Spiritus animali. Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 46. Nicephorus Patriarcha in librum Synesij de insomnijs, Ricardus de Sancto Victore tractat. 1. de tabernaculo fœderis. Ideò Ecclesia magis illustratur indies, quasi aurora consurgens iuxta Hieron. proœm. in Euāgel. Diu. Thom. quodlib. 12. Caiet. 22. quæst. 1. artic. 7. Cordub. lib. 1. quæst. 44. Perreir. lib. 3. in Genes. quæst. 5. & lib. 7. ad calcem. nō igitur improbandæ sententiae, quia nouæ, vt expendunt Simancas de Cathol. instit. cap. 50. Gerson. de vita spirituali, coroll. 8. Carthus. lib. 2. sent. in protestatione ad Prælatum. Plures alij ex Philosophis, & Oratoribus idem attestantur, Gal. 2. de cōpos. medicam. c. 8. Seneca de vita beata, Plutarchus lib. de audienda poesi. Plinius in præfat. lib. 3. historiæ, alter Plin. lib. 1. epist. ad Tacitum, Themistius orat. 5. & 10. Socrates in Charmide, Tullius 3. de officijs, & reliqui. Secundò probatur idem intentum, quia propter validas rationes licet interdum antiquorum opinionem in controversijs extra fidem positis non sectari, vt conueniunt ex ordine Prædicatorum Durandus in præfatione suorum operum, Caiet. prohæm. in 1. part. Canus. relectione de pœnit. part. 4. & lib. 7. de locis c. 3. lib. 8 cap. 4. & 5. lib. 9. cap. 7. lib. 10. cap. 5. lib. 12. in proœm. & cap. 4. Bañez 1. part. quæst. 1. art. 8. Turrecrem. distin. 9. & 15. Catharinus lib. 2. de concept. Vielnius. orat. Apol. aduersus obtrectatores Theologiz. Dominicus Soto cap. de quantitate, Paulus Grisaldus in decis. fidei Cathol. verbo. authoritas. Innumeris alij: ex ordine Minorum, idem statuunt OKā tract. de corpore Christi cap. 36. Castro 1. aduersus hæreses cap. 7. Ioānes Rada epist. ad Lectorem præfixa controversijs, Hugo Magnesius in Apologia pro Scoto, Dermitius Thadeus in defensione Seraphicæ Religionis, Cordub. lib. 1. quæst. 17. & 37. & lib. 4. quæst. 1. & 2. Vbi refert Gersonem, & Abulensem. Ex alijs ordinibus, aut professionibus, Henricus artic. 16. summæ quæst. 8. Gerson. tom. 1. epist. ad Fratrem Barthol. Cartthus. Maior. in 4. distin. 10. quæst. 3. & innumeris alij. Similia in suo gradu ex Philosophis scripsere Plato in Phædro

dro. Gal. 2. de compos. medicam. cap. 8. Cornel. lib. 2. de remedijs cap. 14. Tullius lib. de Oratore, & 3. de officijs; & lib. 2. 3. 4. Tuscul. Seneca epist. 52. & lib. de vita Beata cap. 15. Tacitus lib. 3. Aunal. Quintilian. lib. 10. institut. cap. 25. & lib. 12. cap. 2. Themistius orat. 4. & 15. Vellearius Paterculus lib. 2. & alij fere omnes gentiles Philosophi, & Oratores: ergo ex communi Doctorum sensu sunt casus non pauci, in quibus licet nouam opinionem fundare contra antiquorum sententiam in rebus fidem, & religionem non tangentibus. Quoniam in præmissis scriptoribus plures sunt probationes huius intenti, non expedit eas hic replicare. Ex quibus sit, solam nouitatem opinionum nullatenus esse censuram Theologicam. A fortiori dicendum est cum Puente Hurtado disput. 81. de fide sect. 7. cum recens est quæstio, & ab antiquis proximè, vel remotè non tractata, necesse esse, ut vtraq; opinio sit nova, & consequenter sine præjudicio damnationis possit doceri.

Secunda: non inducit censuram Theologicam tractatio, & decisio quæstionum, quæ ad fidem, & religionem non sunt necessariæ, quemadmodum his verbis docuit Melchior Canus lib. 12. de locis capit. 5. *Plena est Dñi Thome summa talium quæstionum; non enim Theologus semper de necessarijs differit, sed quandoque etiam de ijs, si ne quibus salus, religioque constat.* Latè in eo capite, & sequenti differit, & expianat regulas, quibus dignosci possint, & discerni quæstiones, quæ ad fidem, & Religionem non sunt necessariæ, ab illis, sine quibus fides, & religio non subsistit. Eamdem doctrinam sæpe scribit, & transcribit Grabrina tom. 3 prescript. part. 1. controvers. 1. quæst. 1. præcipue pag. 20. ubi aduertit esse innumeræ quæstiones in Patribus, & Scholasticis non pertinentes ad fidem; illæ vt discernantur, octo consignat regulæ. Pagin. 38. 39. iterum expendit, qua ratione Patres sépissimè arbitrabantur nonnullas emergentes quæstiones ad fidem non pertinere. Similiter Bellarmin. tom. 1. edit. Lugdun. anni 1603. colum. 998. lib. de Concilio-  
rum autoritate, ait Thomistas, & Scotitas dissentire in

in rebus ad fidem non pertinentibus, ac proinde, nec ad salutem necessarijs, quemadmodum Augustinus scripsit de dissensionibus Doctorum sui temporis lib. 1. contra Iulianum. Hæc assertio notissima est, & extra controuer-  
siam esse debet, licet nonnulli huius seculi homines ad dam-  
nandas aliquas doctrinas, hunc prætextum adhibere vo-  
luerint.

Tertia, non inducit Theologicam censuram inutilitas, aut superfluitas, aut futilitas, aut nimia subtilitas tractationum, & quæstionum: quod vitium maius est, quæcum secundo loco relatum, cum plurima sint, non necessaria volumina, quæ tamen sunt utilissima; itaque longè aliud est quæstionem non esse necessariam, & quæstionem non esse utilem, sed superfluam, futilem, & nimis subtilem. Hæc assertio est etiam aduersus illos, quos in secunda nomine suppresso consignauimus. Ut igitur constet nullam censuram Theologicam, vel gradum propositionis damnabilis continere prædictas inutiles, & superfluas tractationes grauissima testimonia producimus. Primum, ex Diu. Thoma initio suæ summæ, ubi de plurimis monumentis Scholasticorum sui temporis statuit miscere multitudinem inutilium quæstionum, articulo-  
rum, & argumentorum: nec propterea damnat eos in fide, aut Religione. Opusculo 9. 10. 11. plures inutilles, & inauditas Petri de Tarantasia, & aliorum propositiones à censura excusat, atque eas tolerabiles arbitratur. Similiter succedentes Scholastici maximè, qui nostro seculo floruerunt, concedunt hereticis, plura inutilia tractari in Theologica Schola, simulque docent, non ex eo Theologiam Scholasticam impugnandam esse. Salmeron proleg. 18. *Abusus (inquit) quorumdam Theologorum in questionibus inutilibus, frigidis distinctionibus non refunduntur in scientia legitime damnatione.* Valentia in 1. p. disp. 1. q. 1. punct. 2. *Nōnullæ propositiones superua- canæ, & ineptæ tractatur à Theologis aliquibus.* Vazquez tom. 1. in 1. part. disp. 7. cap. 5. postquam dixerat Theologiam, quatenus in opinionibus versatur, vel à principijs solùm probabilius, vel per consequencias solùm probabiles

argumentatur non esse eundem habitum cum Theologia; neque eadem scientiam cum illa, cum non habeat idem genus principiorum, aut argumentorum: addit, negari non posse multa ab Scholasticis disputari, quæ ad Theologiā, non pertinet. Hic est vñanimis sensus Scholasticorum, quem expedit verbis Melchioris Cani declarare, lib.9. de locis, cap.7. vbi, ut probet sapientius esse quædam nescire, quæ scire; sic ait: *Alterum est vitium, quod quidam nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras, & difficiles conferunt, easdemque non necessarias; quo in genere multos etiam è nostris peccasse video, ut eas quoque questiones latissimè persequerentur, quibus Porphirius abstinuit homo impius, sed in hac re prudens tamen, ut Platonis, Aristotelisque discipulum possis agnoscere: nostri autem Theologi importunis vel locis, longa de ijs oratione differunt, quæ nec iuuenes portare possunt, nec senes ferre: quis enim ferre possit disputationes illas de vniuersalibus, de nominum analogia, de primo cognito, de principio individuationis? sic enim scribunt: de distinctione quantitatis à re quanta, de maximo, & minimo, de infinito, de intensione, & remissione, de proportionibus, & gradibus, de que alijs buiusmodi sexcentis, quæ ego etiam cum nec effem ingenio nimis tardo, nec bis intelligentis parum temporis, & diligentia adhibuisse, animo, vel informare non poteram, puderet me dicere non intelligere si ipsi intelligerent, qui hec tractarunt. Quid verò illas nunc questiones referamus, num Deus materiam possit facere sine forma? num plures Angelos eiusdem speciei cōdere? num continuum in omnes suas partes diutdere? num relationem à subiecto separare? aliaque multo vaiores, quas scribere hic, nec libet, nec decet, ne qui in hunc forte locum inciderint, ex quorundam ingenio omnes Scholæ autores aestiment. Sic plures alijs loquuntur, quorum dicta ideo proponenda fuere, ut constet quæ extra cōtrouersiam sit, solam inutilitatem, futilitatem, & nimiam subtilitatem longè abesse à censura Theologica, ne innumeros autores, & scriptores sub ea paſsim comprehendamus. Cōtingit ſæpe, ut questiones, quæ nonnullis videntur grauissimæ, & valde necessariæ, ab alijs existimentur superflua;*

flux, & vanæ. Exempli gratia, disputatur ab Scholasticis vtrum in hac vita possit explicari modus diuinæ præſciētiaz, cuius certitudo feruet illæſam libertatem futurorum; dicūt plures hāc disputationē esse impertinētē, tū quod veritas conſtat ex scriptura, & ſicut in alijs mysterijs fidei ſola reuelatione Dei cōtentī esse debemus, noſtram profitentes ignoratiām circa declarationem difficultatum; tum quod post tot ſecula nullus fuerit, qui hāc cōtrouersiam cum ſatisfactione explanare potuerit: ſic opinatur Nominalium Schola cum OKamo in 1. distinc. 38. quæſt. vñica Gabriel. quæſt. vñica, artic. 2. Gregorius eadem distinc. 38. quæſt. 2. artic. 2. Adamus lib. 3. ſent. distinc. 14. quæſt. 2. Mars. in 1. quæſt. 4. & q. 41. artic. 2. Caiet. 1. part. q. 22. Paludan. tractās de libertate, & merito Christi in 3. distinc. 18. quæſt. 2. artic. 2. & alijs innumeris Scholastici huīus teimporis. Nihilominus, quia alijs etiam eruditissimis hāc quæſtio videtur eſſe utilis, & captū noſtri non ſuperare, non eſt ſuperfluū lōgiores de illa disputationes iſtituere. Similiter arbitrātur per obſequium fidei acceptandam, & non indubium per disputationes ventilādām Phisicām prædeterminationem. Bañez 1. part. quæſt. 22. art. 4. & quæſt. 23. artic. 3. dub. 3. Aluarez tota disput. 118. Ledesma de auxilijs artic. 10. & 11. Blasius Verdun. in relectione cōtra ſcientiam conditionalem, & plures alijs eiusdem opinionis autores: nihilominus non eſt inutiile de ea theſi disputatione. Tractāt præterea Theologi, an poſſit explicari libera volitio Dei, & cōciliari cū ipſius ſimplicitate, & immutabilitate: arbitrātur graues Doctores cum Gabriele Vazquez, & Martino Albiz. in 1. part. q. 19. eſte inexplicabilem eam difficultatem, neque ingenio humano ſuperari poſſe: idem iam olim indicarunt grauissimi Scholastici cum Henrico Gādauensi in ſumma artic. 30. decernente plures quæſtiones de ſcientia, & voluntate eſte ſuperflua, & vanas. Nihilominus, quia alijs graues etiam Doctores prædictas cōtrouersias edifferunt, & fuioribus tractationibus illuſtrāt, & per ſubtiliores inuſtigationes distinctionum virtualium explanare conātur, non eorum ſtudium cōtemnendum, neq; ſimilis opera inter ſuperflua inati-

inutiles, & vanas cōnumeranda. Innumera sunt huius generis, quæ licet probabile est ex authoritate plurium esse inutilia, omittenda non sunt, quia alijs utilia videntur ad explicanda fidei mysteria. Quæ diximus haec tenus de Theologia, similiter reperiuntur in alijs facultatibus, nominatim in iuris Canonici, & iuris civilis professoribus. De ipso decreto Gratiani plura possent produci, verum sufficiet breviter insinuare, quād multa in eo capita reperiantur, quæ utilia instar paleæ existimentur à plurimis.

Nomen, paleæ pluribus capitibus Decreti præfigi solet. Prologus editionis Romanae anni 1584. huius tituli causam his verbis expendit: *Multe ea capita, in quibus res inanes, ac leues continentur hoc nomine appellari censuerunt. Idcirco ex multorum opinione plura sunt capita in Decreto cerca res hoc tempore leues, inanes, & superflua. Distinctæ 5. 6. 9. 18. 25. 27. 31. 32. 34. 37. 38. 42. 44. 50. 54. 55. 61. 63. 64. 75. 78. 81. 88. 91. 95. 96. 100.* sunt quadraginta nouem capita sub præfata inscriptione, paleæ, causa: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 27. 30. 31. 34. 35. reperiuntur alia quadraginta nouem capita sub eodem, Paleæ, titulo. Hæc sufficient pro eximèda à censura inutilitate tractationum, aut questionum.

Quarta assertio: sola improbabilitas opinionis non inducit censuram Theologicam, si non alia qualitas propositionis, damnabilis illi coniungatur. Puente Hurtado disput. 81. de sile. seçt. 7. illam ait esse opinionem improbabilem, quæ, cum non habeat pro se, nec contra se autores aliquos, dicitur omnino sine fundamento. Latè de nota improbabilitatis dissierit Turrianus in Selectis, disput. 30. pagin. 1. 7. Saadetur assertio, quia non licet addere gradus propositionis damnablis sine autoritate Conciliorum, Patrum, & Scholasticorum; at neque Concilia, neque Patres, neque Scholastici inter gradus censuræ Theologicæ collocarunt improbabilitatem opinionis, scilicet ab alijs qualitatibus heresis, erroris, scandali, temeritatis, & similius: ergo improbabilitas sola non inducit censuram Theologicam.

*In controversijs de rebus naturalibus, aut purè Philosophicis, aut extra fidem, & bonos mores positis, nullus consensus Doctorum propositorum damnabiles reddere poset.*

*Cap. XVII.*

**N**ijs questionibus nullum est probabile periculum, vel inconueniens si vniuersi fideles, & Pa:res, & Scholastici veritatem ignorarent, aut aliter quam res sunt, opinarentur, vt probant Canus lib. 7. de locis cap. 3. Grabrina, tom. 3. præscript. p. 1. pag. 13. 14. 16. 19. Turrianus in Selectis disp. 1. dub. 7. Bañez 1. part. quæst. 1. art. 8. & cōmuniter Theologi ex D. Thom. opuscul. 10. Paucis verbis D. Ambros. in Psal. 118. ad illum versic. *Fundasti terram huius astarti fundamentū cōsignat: Non (inquit) est cura sanctis axem cali, & elementorum spatia philosophico more, numerisque describere, quid enim prodest hoc saluti? quia sancti spiritualibus semper intenti.* Cū igitur hæc arcana naturæ vtpote ad salutē nō necessaria Sancti, & fideles nō scrutentur, nec per oracula Scripturarum illa cōstent, nullum est in cōmodum, si vniuersit Ecclesiæ Dei occultetur. Nam iuxta cōmunicem doctrinā Theologorum Christus Deus mortuus nō est, vt homines philosopharentur, aut Medicinā, vel Methaphysicā, aut scientias alias humanas ediscerent. Sic Augu. lib. 1. ad Simplicianū q. 2. & lib. 2. de spiritu, & littera, cap. 7. D. Thom. 12. q. 109. art. 1. vii expendunt Suar. 1. de gratia c. x. Vazquez 12. disp. 188. Torres disp. 1. de gratia & reliqui.

Propositam veritatem uno, aut altero exemplo cōfirmabimus. Ioānes Vycleph. sententiā Epicureorum de cōpositione cōtinui ex punctis, & instantibus paulo ante Cōcilium Cōstatiense pertinaciter defendit. Anno Christi 1415 multi articuli Vyclephi hærefoes cum alijs lenioribus censuris sunt cōdemnati. At præter quadraginta quinq; articulos principales, qui ses. 8. dānantur, alij 260. extra pendentes ab eadem Synodo reprobātur. Postea ses. 15. leguntur quinquaginta sex articuli, & residuos habuit pro lexis san-

Eta Synodus, horum quinquagesimus: est linea aliqua mathematica componitur ex duobus, tribus, vel quatuor punctis immediatis, aut solum ex punctis simpliciter finitis, vel tempus est, fuit, vel erit compositum ex instantibus immediatis. Item non est possibile, quin tempus, & linea, si sunt taliter, componantur, & subditur proxime censura. Prima pars est error in philosophia, sed ultima errat circa diuinam potentiam. Hos omnes articulos, & eorum quemlibet Cōcilium generale, tūc acephalū sine legitimo capite reprobat, & condemnat post vnaminem censuram Academiarum, & Prælatorū. Nihilominus Martinus 5. ses. 41. solū quadraginta quinq; articulos principales aduersus Vviclephū cōdemnat, & non alios 260. sessio nis decimæ quinta memorat. illos dūtaxat quadraginta quiuq; articulos Episcopis dat pro fidei directione; ceteros extra pendentes non affert in mediū: & quāquam ipse Martinus Cardinalis cū esset S. Georgij ad vellus aureum solēniter dānauisset cum celeberrimo mille circiter Patrum Cōcilio articulos alios 260. verū, vt euectus est ad Pōtificatum, & e Cathedra loqui coactus longè aliter decernit, abstinenſ se à censura pluriū articulorum Vviclephi, eorum præfertim, qui ad philosophicā speculatiuam pertinebant, qualis est ille de cōpositione continui permanentis, & successivi ex punctis, & instantibus. Aflatus à Deo nouit philosophicas cōtrouersias speculatiuas nullatenus ad iudiciū Ecclesie pertinere. Quo loco scripturæ, aut Conciliorum, aut Decretalium, aut qua traditione Apostolica innixus poterat Martinus 5. compositionem cōtinui ex partibus, & indivisiibilibus definire? aut qua ratione huius cōtrouersiæ decisio ad Christianā Religionem, vel morum doctrinā pertinebat? ex quibus omnibus sit, vt quē admodum tot nationes, tot Academiæ, tot Prælati vnaminiter aberrarunt in Synodo Cōstancensi affigendo granuam notam, & censuram Theologicā propositionibus philosophicis speculatiuis, sic & in alijs potest cōtingere sine dispendio Catholici nominis, & Ecclesie. Expedit aliud simile exēplum annexere. Zacharias Romanus Pōtifex dānauit Virgilium Saleburgensem Episcopum, quod Antipodas defenderet cōtrarijs nobiscum pedibus terram calcantes

tes: nam Bonifacius Episcopus Moguntinus prædictum Virgilium apud Zachariam accusauerat ob eius doctrinam, vt aiunt Ioannes Aventinus, & Keplerus, & Lausbergius. Cōmēdauerat causam hāc prædictus Romanus Pōtifex Bonifacio iubens, vt Virgilium si Sacerdos esset à Tempio, & Ecclesia depellere, Sacerdotio in Cōcilio abdicato. Velse rus lib. 5. Boicarū Virgiliū ab omni culpa liberat. Illud est certum Pōtificem nihil è Cathedra definisse, sed judicialiter tātū, & veluti in questione de facto processisse. Fortassis Zacharias cū D. August. & Lactātio existimauit nullos esse Antipodas, & ideo vindicauit in Virgiliū, sub illa Pōtifica dignitate veterē hominē retinuit, neq; omnes opiniones falsas, que ei in studijs vitæ antecedentis adhæserant, refutauit. Nihil tamen, vt Pōtifex Catholica fide credendū Ecclesia lata lege proposuit, ino statim evocauit Virgiliū ad Romanā Curiam, vt subtili iudicatione requisitus si erroneus fuisset inuentus, Canonis Decretis cōdēnaretur. Errores iudiciales, & interlocutoris ante supremā, & postremā, è Cathedra definitionē Pōtificijs sententijs adhærente posse nō negamus: eos ab illorū è Cathedra declaratione abesse necessario cū ceteris Catholcis profitemur. Certè, vt credamus solū judicialiter, non definitiue se gessisse Zachariā, probatur: nam quōd ait Gregorius de Valentia lib. 8. Analysis cap. 4. nō nisi prius magia facta cōquisitione in Ecclesia controvērsiæ decernuntur, sed, quia vt ait Lyrinensis, nō noua fidei dogmata cōstituuntur, sed eruuntur, ex Patribus, scilicet, & scripturis, atq; il fieri nequit sine magna antiquorum voluminum investigatione.

Succurrit haec tenus dictis cōmuniis Theologorum sensus, quem illis verbis expressit Gregorius de Valentia lib. 8. Analysis fidei cap. 3. pag. 90. edit. Paris. anno 1610. Pontifici non est tributa auctoritas ad decernendum res Mathematicas, & philosophicas, sed ad eas solū, quæ pietati, & religioni pro salute animarum sunt annexa. Idem exprimit Canis lib. 5. cap. 5. & cum ijs vniuersa Prædicatorum, & Iesuitarū familia. Idcirco vehementer cauendū est, ne similes cōtrouersiæ à Theologis, seu Canonistis aduocentur in censurā Theologicā, cum manifeste illius capaces non sint.

Principia seu regula nonnulla ad inferendum ius-  
tam censuram. Cap. XIX.

Postquam in genere de gradibus prepositionum, quae notam Theologicam merentur, dictum est, oportet, ut nonnullis principijs, & regulis hanc thesin illustremus.

Primum est, si propositio in publica luce sit evulgata, vel prae*l*o commiss*l*, Doctor illius estu legitima possessio*n*e publici vsus ipsius. Idcirco in dubio, pro illo est iudicandum text. in l. circa, l. si quis liberam, ff. de probat. Mascardus de probat. volum. 3. concil. 1200. & ut contra prae*d*ictum Doctorem indicetur, & in statu possidendi deturbe*r*ur, requiruntur probationes non*cl*udentes de haereti*e*, errore, temeritate, aut alijs gradibus, & qualitatibus supra positis: at cum Doct*or* publice non docuit, aut prae*l*o mandauit doctrinam, ne*c*dam posidet, & tunc facili*or* causa sufficiet, ut impediatur ab ea locenda, & enulganda, sicut ad impedientia matrimonium ne*c*trahatur, semiplena probatio impedimenti sat est cap. super eo, el 2. de testibus, Sanctius lib. 1. de matrimonio disp. 7. 1.

Secundum est, in dubijs*an* doctrina aliqua mereatur censuram, benigniore*m* sententiam ferendam esse, nec lice*r*re p*oen*am certam pro*culpa* parum certa interrogare, ex capite Pastoralis de causa possessionis: & cum graue onus sit, aut expurgari, aut prohiberi librum Catholici Doctoris, aut eum ad retractionem obligari, necesse est, ut evidenter censuram Theologicam illius propositiones incurrit; sicut nemo pro dubio latrocino fultibus credi, aut pro dubio homicidio suspendi potest: ita nec pro doctrina, de qua dubium est, an sit damnabilis debent auto*r*es, vel expurgari, vel ad retractionem cogi. Sic omnes Doctores, cum Sol. lib. 2. aphorism*l*, cap. 36. & cum Rejas singula*ri* 47.

Tertium est, si sint plures, & graves Doctores, qui vnam propositionem damnant, & plures etiam doctrina, & gra*uita*-

uitate pollentes, qui eam in censura absoluant, talis propositio est probabilis, & non potest expurgari, aut prohiberi sine c*ons*ultatione Sedis Apostolice. Suadet hanc meritem Belarmin. lib. 3. de interpret. Verbi Dei cap. 7. ex Damaso, Innocencio, Leone, Iulio, Gerasio, & varijs Concilijs statuentibus, quod cause*m* graui*res* fidei ad iudicium Sedis Apostolice deferend*e* sunt. Expendit autem bene Gerson de examine doctrinarum considerat. 2. has esse causas grandes, non tam ratione materie, quam ambiguae difficultatis. Probatur, quia unus aut*er* boni nominis reddit opinionem probabilem ex Angelo, & Sylvester. verbo opinio*n*. Narro in summa Latina cap. 27. num. 188. Azor tom. 1. cap. 7. quest. 6. Valentia 1. 2. disput. 2. quest. 12. punct. 1. Vazquez 12. disput. 62. cap. 4. Sancio lib. 1. summ*ma*. Torres de fide disput. 55. dub. 3. & alijs Doct*or*ibus: ergo quando plures Doctores vni opinioni abscribunt, eam indubitate reddunt probabilem: sed quod probabile est, ne*quidam* n*on*, nec expurgari, & improbabile fieri potest, sine iudicio authentico Sedis Apostolice: ergo nec poterit aliter damnari. Hoc principiu*m*, ut indubitatum tradit Albertinus de agnoscendis asserti*on*ibus Catholicis quest. 8. dicens, simili*m* in propositionem de qua quidam Doctores aiunt esse Catholicam, alij haereticam, non posse per alium, quam summum Pontificem c*on*demnari, etiam*si* per subtile*m* considerationes haeretica existimetur: citat Gerson & caput. Quoties 24. quest. 1. & cap. Maiores de baptism*o*. idem tenet Paramus lib. 3. quest. 5. Vazq. 1. 2. disput. 61. cap. 3. Torres de fide. disput. 55. dub. 3. Azened*o* in l. 1. num. 59. lib. 8. recop. Ex hoc principio manifestum est, non sufficere ad condemnandum aliquam propositionem, eam*ve* expungendam, si per opinionem probabilem constet illam esse haereticam, erroneam, sup*er*st*am*, temerari*m*, aut alterius qualitatis damnabilis, si non sit extra opinionem, & dubium illam manifeste*r*, & cetero mereri gravem aliquam censuram ex memoratis. Reus fortius iudice potest secundum opinionem probabilem, ad tritemes, aut patibulum, aut exilium c*on*demnari: in hoc casu nulla est dubitatio circa factu*m*, an sit, vel non sit crimen, & delictum: si ali*qua*

qua probabilis opinio, aut difficultas in dubiū verteret an factū esset culpabile, nulla pœna posset affici auctor eiusdē facti, donec exploratum, & certum esset delictū, vt expedit Bellarm.lib.de laicis c. 15. Ea certitudine præmissa iudex, vel fustibus tundere potest reū, vel tritemibus addicere, vel ad palū religare, vel laqueo suspendere iuxta varias opiniones: similiter si in doctrinis dubijs cōstare nequit, an habeat, vel nō habeat censurā Theologicā annexā, nō possunt proscribi, aut dñari, donec extra cōtroversiam, & dubium sit, aliquam grauen notam ex dictis cōtraxisse. Postquam id cōstiterit expurganda, aut retractanda est proposicio, & auctori secundum opinionem probabilem, quæ magis ariserit iudici, imponenda est pœnaeæ circumstantijs.

Quartum principium, quando proposicio est dubia, licet nō possit nisi i Sede Apostolica reprobari, verū si adeò sit tenuis t̄rio dubitādi, vt vix maneat eius malitia anceps, tunc ab alijs triunhalibus fidei poterit cōdemnari, vt probat Simancas tit. 4. cum Gerson, Adriano, & Castro ibidem allegatis, & ratio: ius principij est efficax, nā in prædicto casu fundamenta, quæ occurrunt in fauorem prædictæ doctrine, a leō sun' debilia, v̄b̄ solutē nō possint eam redere dubiam, neqne probabilem, — proinde, nec futam, & saltem cōuincit ex oppositis arguēntis, eam esse periculosa, & scandalosa; sed quando alijs doctrina periculum, & scandalum coninet, indubitate p̄veniet ad iudicium Inquisitorum: ergo illi poterunt similes acutinas reprobare, & autores pœnis iuridicis afficere.

Quintum principium, si plures sunt Doctores, qui aliquam doctrinam damnāt, & pauciores, qui eam absoluunt, non potest alius, quam Romanus Pontifex ipsam iudiciliter authenticē condēnare. Hec assertio in tertio principio comprehenditur, sed quia nō nihil superaddit, scorsim est probanda; nam solet s̄pissimè probabilior esse opinio, quæ pauciores habet seftatores, & maior probabilitas ex multitudine autorum, non est iudicanda vt patet, ex l. 1. vulgari Iustiniani, C. de vetere iure encl. dicente: *Cum possit unus forsitan, & deterioris sententia, & multos, & maiores aliqua in parte superare.* Idem tenent communiter Iurisperiti, & Theologi, cum Azor tom. 1. capit. 7. quest.

quest. 6. Vazquez 1.2. disput. 62. capir. 4. Torres de fide disput. 55. dub. 3. Sherloquio anteloquio 1. ex Cano, Martinez, Pererio, & alijs; itē anteloquio 4. num. 89. & 112. idei ex cōmuni Thomistarum sensu scripsit Ioānes Gózal. Albelda. 1. p. q. 1. art. 8. ergo temerarium esset opinionem alioqui probabile, & fortassis cū minori autorum numero multo probabiliorem condemnare, fine nouo decreto sancte Sædis, è Cathedra veritatem declarante. Deinde s̄ Concilia trecentorum, & interdum quingentorum Episcoporum iam olim errarunt, vt constat de Antiocheno, Mediolanensis, Ariminensi, Ephesino secundo, Constantiopolitano sub Leone Isauro, altero Cōstantinopolitano, sub Copronymo; si erratunt iam olim non raro grauiissimæ orbis Academiæ, & doctissimorum virorum cœtus, cum theses publicè, & in aliorum luce discuterent, haud mirum si viginti, aut triginta Doctores, vel censores dispersi, quorum vnuquisque sine publica disputarione, & collatione sententiam fert, longè aberrent ab scopo veritatis, & solum duo, vel tres illam attingant. Ex quibus sit iniquum esse illorum iudicium, qui multorum tantum opinionem attendunt, in ferenda censura cōtra illud præcepit Domini, Exod. 23. *Non in iudicio plurimorum acquiescas sententia.* Ideo Pius 2. Epist. 387. hæc scribit: *Nō bene se res habet, ubi suffragia numeratur, nisi p̄derentur.* Clement. 3. cap. Capellanus, de ferijs, opinionē quandam pauciorū authorum præsidio fultam præfert quia *meilleuri, & subtiliori nititur rationi.* Tandem probatur idem principium: nam si quod probabiliter est hereticum, erro- neum, aut temerarium non est absolutè hereticum, erro- neum, aut temerarium: ergo multo minus, quod cū paucioribus Doctoribus est probabile absolutè, & fortassis per principia intrinseca probabilius, ac proinde, nec expurgari potest, nec pro illo auctor, aut reus molestia affici; siquidē pauciores Doctores, illiq; graues, qui aliquā doctrinā tueruntur eā probabile cōstituunt, quāvis plures oppositā sequantur, & probabiliter eā credant esse de fide. Hoc principiu veluti indubitatum supponunt Doctores cū Paramo lib. 3. quest. 15. Cano lib. 12. de locis cap. 10. Illud fusè illustrat Gerson. tom. 1. de examine doctrinaram consider. 3.

Sextum principium, contingere potest aliquam propositionem Theologicam olim fuisse probabilem, & magnum Doctorum testimonio munitam, quæ nihilominus temporum decursu antiquetur, & non solum improbabilis fiat, verum etiam graui censura digna. Hac diuersitas status nō aliter accidet, nisi quod appareat denuo ratio aliqua efficacissima ferē indissolubilis, vel aliquis locus scripturæ, aut Concilij generalis, aut Decreti Pōificij, qui priores Doctores latuerit; non enim potest opinio olim probabilis aliter antiquari, nisi vel per supervenientem Ecclesiæ cōdemnationem, aut evidentem fere notitiam falsitatis, vel quia illius Doctores ignorauerint antiquorem canonem, aut declarationem eiusdem Ecclesiæ, vel apertam intelligentiam alicuius loci scripturæ. Idei coqui pro sua doctrina allegauerit magnos Doctores antiquos, & simul aliquos modernos, evidenter cōuincet non esse antiquatum. Hoc principium illustratur, & probatur à Vazquez 1. 2. disp. 62. Sancchio lib. 1. summ. cap. 9. Sairo in clavi regia lib. 1. capit. 5. Quod scripsit Bañez 1. part. quæst. 1. artic. 8. dub. 3. posse cōtingere aliquod dogma vno tempore esse cōmune omnibus, & deinde tempore succedente patefacta veritate, à iunioribus oppositum absque temeritate sustineri, nō intelligendum de cōtrouersijs ad fidem pertinentibus: cōmune interdum vno vel alio seculo indicatur, quod reuera, non in vniuersa Ecclesia; sed in vno aliquo celebri loco. cōmune fuit. Sic cum olim Academiæ Parisiensis nemine n̄ permitteret in publicis lectruris immaculatam Virginis cōceptum Scholasticè defendere, propter mandatum Mauritiū Episcopi anno 1175. vt expendit Antisiodorensis 3. summæ tractat. 1. cap. 3. Vincent. de Castronouo capit. 20. duabus fere seculis mā datum Episcopale ita viguit, vt quot ex vniuersa Ecclesia ad illam Academiam cōfluxere, eam sectarentur opinionem, quæ Mariam grauat peccato hæreditario. Verum ea Mauritiū sententia, & lex solum pro Academicis lectruris obligabat; extra illas s̄pē ijdem Doctores negatiuam opinionem tuebantur: & h̄c est causa, quare Diuus Thomas S. Bonaventura, Albertus, Pandanus, Herueus, & alij Doctores Parisienses variè, & cōtra-

xiē de hic thesi scripserint. Alter pro actibus Academicis Parisiensibus, vt mandato Mauritiū satisficerent; alter extra illos, in alijs Academijs legētes, & docentes, vt propriam opinionem evulgarent. Quod fieri absque culpa potuisse, constat ex Aponte. in 1. Sap. digres. 2.

Septimum principium in veritatib⁹ fidei, quæ fide explicita credere non tenemur, ille, quem vir doctus seduxit, liber est ab heresi, & pœnis hæreticorum, cap. Apostolos 24. quæst. 3. Penna. in addit. ad Emericum, in direct. part. 1. quæst. 7. comm. 22. Farinac. de heresi. quæst. 179. §. 3. Si ignorantia inuincibilis est, iuxta Simacas, Penna, & alios à Farinacio suprā allegatos, & laudatos nulla pœna est reus coercendus. Similiter illi puniendi non sunt, qui bona fide veritatē querentes in rebus difficillimis erraverunt. Plures Doctores cum Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 8. & 9. Suarez disputat. 19. de fide. seft. 3. Ægidio Chonin. disput. 18. dub. 7. Aragon. 22. quæst. 11. artic. 1. Bañez ibidem, art. 2. & alijs à Farinac. suprā relatis existimant quālibet ignorantiam etiam affectatam, quæ causa sit erroris excusare à peccato hæresis, cui excommunicatio, aliæque Ecclesiasticæ pœnæ imponuntur. Hanc sententiā pro ignorantia affectata non admittunt Sanchez lib. 2. cap. 27. Tortes de Trinitate, quæst. 32. Cano, lib. 12. de locis cap. 9.

Octauum principium: hæreticus est, aut grauiter de hæsi suspectus, qui impugnat, aut infamat priuilegia à Sede Apostolica indulta. Habetur cap. omnes distinſt. 22. his verbis: *Qui Romana Ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum, auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labitur, & paulo post: Fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ est fidei mater.* Sanctus Thom. opuscul. 19. cap. 3. ex hoc iextu probat hæreticos, aut de hæresi suspectos fuisse Doctores illos Parisienses qui detrahebant privilegio à sancta Sede indulto, ordinis Prædicatorum, vt illius Religiosi gradus Doctorum acciperent, & vnum corpus efficerent cum Academia Parisiensi, & addit Sanctus Doctor: *In ijs in quibus Apostolice potestati derogant, non solum falsitatis, sed etiam hæresis crimen incurront.* Et ratio huius est aperta, nam detrahere

resi suspecta. Quartò, hanc veritatem commedat graues Theologi. Bañez 2.2. quest. 1. artic. 10. dub. 8. his verbis: *Summus Pontifex*, nullatenus errare potest in confirmanda aliqua religione speciali, quantum ad hoc quod pertinet ad veritatem doctrinæ, & instituti, & constitutionum, quæ sibi ab aliquo proponuntur, ut *confirmentur*. Et Paullo post, *dico* igitur in conclusione, quod summus Pontifex nullatenus errare potest in confirmanda aliqua Religione quantum, ad ea quæ sic proponuntur verbo, & scripto, quæ pertinent ad veritatem doctrinæ, imo sane, quod tales constitutiones approbatæ à Pótfice nihil continuant Evangelio, aut rectæ fidei, rationive naturali contrarium, & in hoc sensu tam certa est conclusio, ut oppositum non dubitem, *esse hereticum*. Huic Doctori consentiunt Sylvester verbo *Fides*, num. 10. Granados 2.2. controvers. 1. tractat. 7. disput. 2. sect. 2. Tannerus tom. 3. disputat. 1. quest. 4. dub. 7. Turrianus disputat. 16. de fide dub. 4. Siliares de fide disput. 8. sect. 1. 8. num. 9. & tom. 3. de Relig. lib. 2. cap. 17. num. 18. Vaetia 2.2. disput. 3. quest. 10. punct. 5. Belarm. lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 5. Aragon. 2.2. quest. 1. artic. 10. & cæteri Doctores. Hæretici dū taxat relati à Grets. in defensione prædicti capitilis Bellarminij huic doctrinæ aduersantur, quibus nullius Doctor Catholicus adhæret; licet enim aliqui cum Melchiore Cano lib. 5. capit. 5. scripserint, posse in praxi aliquem defensum prudentiæ reperiri, instituendo ordinis Religiosos, aut non necessarios, aut iniustiles; verum nullus vñquā scripsit, aut docuit, approbari posse à sancta Sede regulam, aut constitutionem, aut malis moribus, aut prauæ doctrinæ innocentem. Tandem ex alia regula inferiùs stabienda aliud argumentum desumitur, nam ex dictis constat, temerarios presumptuosos, & pœna dignos esse, qui doctrinas probabiles grauium authorum condemnant, veluti habentes grauem notam censuræ alicuius Theologicæ ergo à fortiori idem est dicendum de ijs, qui propositiones, doctrinas, aut regulas à Pontifice approbatas eadem nota afficiunt.

Decimum principium, est hæreticus, aut vehementer suspe-

here, aut impugnare similia priuilegia, vel ideo contingit, quia ad illa concedenda potestas Pontifici denegetur, & id sine manifesta hæresi autoritatem Pontificiam à Christo datam abnegante dici non potest; vel talis detractio, aut impugnatio priuilegiorum ideo contingit, quod illis bonitas, & sanctitas nō insit, & in hoc casu alia hæresis inuoluitur, asserens vitiosos actus velut honestos à Sede Apostolica commendari. Ex hac regula infertur, quam iuste in catalogis expurgatorijs, aut deleantur, aut prohibeantur plures libri, qui similes impugnations indultorum, aut priuilegiorum comprehendunt.

Nonum principium, est hæreticus, aut vehementer suspectus de hæresi qui detrahit, aut impugnat regulas, & instituta viuendi, quæ approbationem habent à Sede Apostolica, præcipue si de illis affirmet esse scandalosa, nocua, personarum acceptatiua, & malam doctrinam continentia: primò propter fundamēta in prima regula producta, quæ à fortiori suadent, & confirmingant hanc secundo loco positam regulam. Deinde, quia impugnans similes constitutiones, & instituta à Romano Pontifice approbata, virtualiter docet, non esse obediendum Sedi Apostolice, neque fidendum illis generibus viuendi, quæ ipsa velut sancta & secura proponit fidelibus vniuersis. Propterea Diu. Thom. suprà postquam ad huius veritatis confirmationem allegaverat Sanctum Cyrillum addit. *Vnde patet, quod qui-cunque dicit non esse obediendum ijs, quæ per Papam statuitur, in hæresim labitur.* At qui detrahit, & impugnat regulas, cōstitutiones, & instituta viuendi a Pontifice approbata, dicens esse iniqua, aut illicita, aut scandalosa, aut intentia parum securæ doctrinæ, eo ipso dicit non esse executioni mandanda, neque obediendum Pontifici in eorum praxi, aut executione: ergo proculdubio in hæresim labitur. Tertiò idem stabilitur ab experimento, nam Sedes Apostolica, viuente Diu. Thoma incendio tradidit veluti hæreticos libros quorundam Parisiensium, impugnantes statuta, & regulas ordinis Prædicatorum, & ordinis Minorū, & authores veluti Hæreticos proscriptis; ergo similis impugnatio, aut hæretica est, aut vehementer de hæresi

suspectus de fide, qui absolvit, & liberat à censura Theologica propositiones, quæ à Sede Apostolica damnatae sunt, veluti falsæ, & temerariæ, aut qui falsas, & temerarias nominat doctrinas à sancta Sede approbatas. Hæc regula ijsdem fundamētis suadetur, quibas prima, & secunda, & præterea pro ea sunt, vel ipsi Doctores Parisienses, qui docuerunt Papam sine Concilio errare posse in definitionibus, nam non obstante hac sua opinione addunt obseruandam esse Pontificis sententiam dominantem aliquas doctrinas, & esse temerarium, seditionis, scismaticum, suspectum de fide eum, qui post talem authenticam declarationem Papæ non illi obedierit, & silendo, & non contradicendo, licet iuste & sancte possit fundamenta contraria sanctæ Sedi exponere, aut in Concilio generali illa representare. Sic Gerson tractatu de examine doctrinarum, & in alio de potestate Ecclesie, & in alio an liceat appellare à Papa. Idem docet processus Academiæ Parisiensis ad finem Magistri sententiarum.

Vndecimum principium: illa opuscula, tractatus, & libri sunt scandalosi, seditionis, scismatici, piarum aurum offensui, in quibus culpi, aut Pontificum, aut Cardinalium, aut Episcoporum, aut Regularium, aut Ecclesiasticorum, siue vere, siue false referuntur, de quibus plura diximus supra integro capite: propterea iubet Clemens. 8. §. de correctione librorum in litteris præfixis indici expurgatorio Concilij Tridentini, vt similes clausulæ, & carthæ, aut prohibeantur, aut expurgentur. Ideo octaua Synodus scripta quedam maledica aduersus Patriarcham Ignatium fueris legibus vetuit, & prescripsit. Canus lib. 12. de locis, cap. 11. hanc veritatem his verbis explanavit: *Propositiones scandaloſæ sunt illæ, siue commentitiaſ fabulæ, seu narrationes etiam vera, quibus Monachorum occulta vitta, vel finguntur, vel deteguntur, id quod ſine diabolico, ſine imbecillium offendiculo fieri non potest. non enim hic scandulum more viuigi usurpamus pro eo quod aures offendit, quod veſtīlis populus horret, sed pro eo quod infirmis ruinæ causam praeficit, & quod ante fidelium pedes positum eos facit in illud incurrere, irruere, offendere. Propterea in Cata-*

*logo expurgatorio plures relationes similes expunguntur lib. 4. mensæ philosophicæ Michaelis Scotti capit. 34. 35. 38. 39. 40. 41. & ſepe alias, ex Georgio Vviteno feruentissimo viro, & rei Catholicæ zelatore plura expunguntur, quæ acriter sunt scriptæ contra Ecclesiasticos, & Religiosos viros. Cardinalis Bellaruminus lib. de scriptoribus Eccles. anno 460. ait pariteruore ſcribentem Saluianum Maſiliensem aduersus Ecclesiasticos excusari non posse. Idem iudicium ferunt doctri viri de quibusdam Epistolis Petri Damiani, vt lib. 1. Epift. 2. 3. 10. 13. 15. lib. 2. Epift. 1. 3. 10. 13. & ſepe alias, si non authorem a culpa liberaret clam, & conſiderer, & ad Principes dumtaxat Ecclesiasticos eas litteras mifſifie. Similia delentur in operibus Polidorij Virgilij, & aliorum authorum alias Catholicorum. Ex libris Hæreticorum paſſim huins coloris clausulæ delentur. Vt conſtat ex libris Hieronymi Vvolfij, Theodori Zuingeri, Munsteri, Langi, & aliorum, si conferantur cum indice expurgatorio anni 1612. Quæ omnia apertè ostendunt quā merito Canus hāc postremam regulam adstruxerit, cuius authoritas in ijs, quæ ad inferendam censuram Theologicam pertinent, & in ijs, quæ robuste conuincunt ex testimonio Pontificum, Conciliorum, traditionum, Patrum, & Theologorum inde conſtat, & lucet, quod D. Ferdinandus Valdes Inquisitor Generalis triennio post mortem authoris opus excudi, & enulgari iuſſerit post approbationem, & examen iluſtrissimi Ordinis Prædicatorum, & singulariter Collegij Salmanticensis; deinde quia vniuersus ordo prædictus, vt prima principia ſuspexit, & coluit Canones, & regulas præscriptas à Melchiore Caño, eas, aut ſupponens, vt certas, aut probans, vt patet ex Bañez, Seraphino, Razzio, Albelda, Nazario, Ripa, & alijs in quæſt. 1. art. 8.*

*prima par-  
tis..*

Quibus, & quando, & sub quibus conditionibus committi debeant examinanda doctrina.

Cap. XX.

Primitendum est cum Bellarmino lib. 3. de interpretatione Verbi Dei capit. 20. colum. 146. edit. Lug. ann. 1603. aliud esse interpretari legem more Doctoris; aliud more iudicis. Doctor non proponit sententiam suam, ut necessario sequendam, sed solum quatenus ratio suadet: at iudex proponit, ut sequendam necessario. Patres, Scholastici, & Censores funguntur officio Doctorum; at Pontifices, Cœcilia, Episcopi, & Tribunalia fidei funguntur officio iudicium. Consequens est quod addit. lib. 1. de Concilijs cap. 6. colum. 849. eiusdem editionis. Iudicium inquit publicum doctrinæ fit a iudice publico, cu authoritate, ut teneantur ceteri acquiescere: iudicium priuatum quale est in disputationibus Theologorū, neminem obligat. Est igitur duplex examen doctrinæ vnum Magistrale, aut Doctorale, alterum authenticum, & iudiciale. ut doctores omnes profitentur: examen Doctorale, seu Magistrale, seu consultuum iure diuino pertinet ad Episcopos, & eruditissimos viros, & autoritate Apostolica ad Academias Catholicas; ita expresse docent processus Parisiensis Scholæ ad finem Magistri sententiarum appositus. Turrecremat. distinct. 15. Gerson. de examine doctrinarum, in quinque considerationibus primis. Almainus de authoritate Ecclesiæ, & alij innumeri. Aliacensis de authoritate Ecclesiæ part. 1. cap. 4. ex Isidoro, & Damaso probat singulos Doctos audiendos in predicto examine, & neminem respuendum, qui audiri postulauerit, atque id esse sanctum, & licitum, constat ex Concilio Trident. ses. 13. pollicente se præstitorum benignam audientiam in causis librorum ijs, qui eam postulauerint.

Examen authenticum, aut iudiciale illud est, quo præmisso Doctorali, aut Magistrali Iudices causarum fidei, & morum decernunt doctrinas alias, aut esse obnoxias censuræ,

suræ, aut ab illa liberæ, indicata lege prohibente, re quis similes propositiones, aut tueatur, aut damnet, sub conditione ad arbitrium iudicium appositis, aut apponendis. Hoc vero iudicium duplex est, ut nuper relatus processus, & Doctores animaduertunt, alterum non ultimum, & merè iudiciale, aut quasi interlocutorum, quale est, quod sit ab Episcopis, vel Tribunalibus Episcopales vices habentibus, vel Cœcilijs Provincialibus, aut nationalibus, vel Romano Pontifice nolente è Cathedra definire, sed solum iudicialeiter, & veluti in questione de facto decernere; alterum iudicium est ultimum, & authenticum finaliter, quale spectat ad solam sanctam Sedem cum Cœcilio generali, aut sine illo voluntem è Cathedra determinare. Vtrumque iudicium præmittit ex necessitate examen doctrinale, siue magistrale, pro quo obseruandæ sunt conclusiones succedentes.

Prima: a iudicibus doctrinarum necesse est, ut consulenti periti in unaquaque arte, aut facultate, iuxta exigentiam materie, V. g. Si dubitatur an propositione examinanda sit illusoria iurisdictionis Ecclesiastica, vel de thesi pertinente ad sacramenta, censuras, beneficia Ecclesiastica, census, aut similes tractationes, præcipue sunt consulendi iuris Canonici professores, cum ut plurimum qui Scholasticam, & pugnacem Theologiam docent, his disputationibus non ex professo incumbat. Si vero de intelligentia aliquius sacri Textus dissidium est, principaliter consulendi sunt interpres sacre paginæ, qui etiam Scholasticam Theologicam cum laude didicerint: sunt enim plures grates, & celebres Scholastici, qui sacras paginas, & sanctorum interpretationes penitus ignorent. Si de materia morali, quæ ex Philosophia naturali pendeat, lis sit, in primis consuli necesse est eos, qui singulariter huic philosophiae incabuerunt; nam & sepe accidit peritis imis Metaphysicæ, Theologicæ, aut ad hanc partem moralém levissimam operam applicuisse, aut ingenium habere pro questionibus realibus, & sensibilibus minus accommodatum, immo ut expendit Vazquez 1. part. disput. 7: Scientia moralis non pertinet ad Theologiam, sed est distinctus habitus, & Scientia ab illa: si de propositionibus iniuriosis, seditiosis, scismatis,

maticis, scandalosis ambigitur, cum pro his nulla sint principia Theologica, viri prudentes, & experti magis sunt consulendi, quam Theologiz, Scholasticz professores, cum illi ex regiminis experimento, ex multorum coniunctu, ex naturali prudentia melius, & tutius ducant ad cognitionem eius, quod iniuriosum sit, vel seditiosum, vel scismaticum, vel scandalosum. Si de proprietate vocum, & legitimo sensu earum lis est, ad cognoscendum an proposicio suspecta sit, aut equiuoca praecipue sunt consulendi periti sermonis Latini, & Graeci, & idiomatum ytriusque linguae, aut alterius vnde oritur difficultas. Si de controuersijs fidei nostro tempore excitatis litigetur, ij aptiorem operam, & subsidium impendere possunt, qui singulariter ad hanc partem applicuerunt animum, quæ valde distat à Theologia Scholastica. Si controuersia sit de materia Ecclesiastica, cuius principia ex medicina fluant, vel ex alia, facultate naturali, periti in his artibus necessario contuli debent. Semper per praeculis iudicium stet vetus illa parœmia, ut peritis in arte fides adhibeatur. Sic Arist. I. top. 2. & I. I. ff. de ventre inspicioendo, §. quod autem in authentic. de non alienandis, Farinac. de testibus lib. I. 3. quæst. 65. n. 187. & 240. Sanchez lib. 6. matrim. disput. 41. lib. 7. disp. 113 & lib. 8. disput. 6. Simancas de Catholicis institut. capit. 41. numer. 13. Antonius Gabriel ex Vuiuo opin. 249. Syluester, verbo Doctor §. 2. Nauarr. cap. 27. num. 287. cum Panormitano capit. proposuisti de probat. Conrad. de contractis. quæst. ultim. Paiac. de contractibus in processu. Cordub. lib. 2. quæst. 3. Pinel. 3. part. lib. 2. de rescind. cap. 4. Martinez lib. 9. reg. 40. lib. 10. reg. 23. & communiter omnes. Theologia vniuersaliter sumpta comprehendit totam sacram paginam, vniuersum fere ius Canonicum, omnia Concilia, & Decrerales Pontificum, omnes Santos Patres, & Doctores, omnem Philosophiam moralem, plura de legibus, & iure Ciuitati, plura de philosophia naturali. Sæpe innuenies Magistros peritissimos, qui plures annos detriuerint in Theologia Scholastica, seu Metaphysica tractante de visione, scientia, voluntate, prædestinatione, Trinitate, Angelis, bonitate, & malitia, peccatis

catis, gratia, fide qui nihil nouerint de iure Canonico, Decretalibus, Concilijs, Patribus, Philosophia morali, sacra pagina, & alijs, quæ maiorem partem Theologiz complent vniuersaliter sumptæ. Alios innuenies, qui totam curam impenderint circa res morales, & tractationes de conscientia, legibus, virtutibns in generali, & particulari, quæ elucidantur 2. 2. Sacramentis, censuris, & alijs similibus, qui tamen parum curauerint de Theologia Scholastica post quam prima illa sua studia absoluerunt. Alios videbis in sacra pagina exercitaros solum quoad sensus mysticos, & tropologicos, quos appellare non licet sacre paginae interpres, nec Doctores Bibliae, cum nihil circa sensum litteralem, & legitimam intelligentiam sacri Textus insudauerint: atque hos consuli non oportet in controuersijs scriptræ; benè tamen illos, qui exacte illas examineat cōsueuerunt per laboriosam inuestigationem linguarum, & per attentam considerationem interpretum, præcipue Sanctorum Patrum, & Conciliorum: maximè si benè calleant principia Scholasticorum. Alios noscimus nominatim in ijs regionibus, quas hæresis magna ex parte deuastauit, qui Theologiam de controuersijs fidei nostro seculo exortis apprime callent, qui nihil fere de Scholastica scientia didicunt; sicut plures sunt, & grauissimi Theologi Scholastici, qui parum, aut nihil sciuerint ex professo de predictis controuersijs hæreticorum. Quæ omnia sigillatim expendi debent, ut fiat debitus à iudicibus delectus circa personas, quibus doctrinale examen committant.

Secunda: postquam præmissum est examen doctorale, aut magistrale, aut consultuum iudices causarum fidei non possunt cæco assensu subscribere paucorum Theologorum vnanimi iudicio, vel etiam plurimorum cum discrepantia pauciorum doctrina, & grauitate præstantium, si non ipsi iudices, prævio proprio examine, & certa scientia, cui moraliter fraus subesse nequeat, nouerint propositiones controuersias esse dignas graui censura Theologica. Ex omnibus gradibus damnabilium doctrinarum illæ, quæ sunt blasphemæ, male sonantes, scandalosæ, seditiosæ, scismaticæ

ticæ, iniuriosæ, illusoræ iurisdictionis Ecclesiæ, simpliciūn  
mentiū seductiæ, denigratiæ puritatis fidei, superstitione,  
auerius ab Ecclesia, & fidelibus, cum notissimæ sint, & ni-  
hil fere ab Scholastica Theologia dependeant, facile à qui-  
buscunque iudicibus causarum fidei cognoscuntur, & pe-  
netrantur ; in cæteris gradibus propositionum damnabili-  
lum vix ex centum doctrinis, quæ adducuntur in contro-  
uersiam iudicij occurunt tres, de quarum intelligentia  
non possint iudices non Theologi prævijs informationi-  
bus esse plene instruti : tanta debet esse certitudo de pra-  
uitate doctrinæ ante sententiam condemnationis, quanta  
est in iudice condemnante latronem, vel homicidâ de ma-  
litia furti, & homicidij. Idcirco si obscurissima aliqua con-  
trouersia. V. g. de prædestinatione, gratia, auxilijs, fide,  
aut simili thesi nō omnino penetrari possit à iudicibus, qui  
Scholasticam Theologiam non sunt profesi, tot debent  
consuli, & interrogari de qualitate doctrinæ in dissitis lo-  
cis, vt ex vñanimi plurium sententia idem iudicantium si-  
ne conspiratione euidens argumentum emergat de qualita-  
te assertionis accusatæ. Hæc conclusio habet plures, & ef-  
ficaces probations, quæ sparsim per capita varia produ-  
cuntur in hoc tractatu. Et ratio est euidens, quia iure natu-  
rali, & diuino eam debent iudices diligentiā impendere in  
rebus summi momenti, quæ sufficiat moraliter, vt non con-  
tingat error grauis, sed in iudicio cōdemnationis doctri-  
num nullus potest esse error, qui non sit grauissimus : ergo  
omnem morale, & prudentem diligentiā, eamque sufficien-  
tē debent adhibere iudices, ne eorum sententia condam-  
natoria aduersus alias propositiones sit fallax; cum igitur  
paucorum iudicium doctore, magistrale, aut consul-  
tiuum, etiamsi concors sit, & vñanime, vel plurimorum,  
cum discrepantia pauciorum doctrina, & sanctitate illustriū  
sit valde incerta regula, & quæ in Concilijs generalibus, na-  
tionalibus, & prouincialibus non admittitur, vt integro  
capite huius opusculi irrefragabilibus testimonij suade-  
mus, superest prædictam regulam à iudicibus causarum  
fidei non esse habendam pro sufficienti fundamento dam-  
nandarum propositionum. Vna limitatio, aut exceptio  
appon-

zponenda superest : si pauci Theologi censoreſ, vel vnuſ  
ſolus, tot, & tam evidentia fundamenta ab authoritate, &  
ratione producant, vt manifestè conuincant doctrinam esse  
damnabilem, tunc opus non est, ad grauiores, aut plures  
consultationes procedere.

Tertia, in dubijs doctrinalibus consultatio, aut qua-  
lificatio Doctorum, vel seniorum viuentium tunc ſolum  
habet locum, quando eius generis quæſtiones ſunt, vt ne-  
que ex scripturis, neque ex decretalibus, neque ex vñani-  
mi consenſu Patrum, aut Scholasticorum, neque ex anti-  
quis Catholicorum monumentis, nec ex Sanctorum histo-  
rijs, aut exemplis, aut veritas, aut probabilitas doctrinæ  
innoteſcit, vt conſtat ex Innocent. Papa diſtinct. 20.  
cap. [De quibus orta controuersia. Et expendunt Archi-  
diaconus, Turrecrem. & alij in prædictum caput. S. Anto-  
nius titul. 17. de lege Canonica §. 18. Quando in fau-  
orem alicuius doctrinæ veniunt aliqui antiqui Patres, aut  
celebres Doctores Catholicæ, eas ipſo facto eximunt ab  
omni consultatione, aut qualificatione, iudices vero cau-  
ſarum fidei præter Romanum Pontificem, & generale  
Concilium non poſſunt ſimiles doctrinas condemnare, nec  
eas alio fine Theologis censoribus committere, niſi vt ex-  
aminent an allegationes ſint legitime, & caſu; quo ſint  
vere, & fideliter allegatae, videant, & expendant, vtrum  
aduersus illas fuerit aliqua Apostolica è Cathedra defini-  
tio, vel euidens argumentum, vndē ſint antiquatæ, &  
obſoletae. Roboratur hæc assertio : primò ex Leone epि-  
tol. 90. ad Rusticum Narbonensem, ijs verbis : *In ijs que  
vel dubia fuerint, vel obscura id nouerimus sequendū, quod;*  
*nec præceptis Euangelicis contrarium, nec Decretis Sancto-  
rum Patrum videatur aduersum.* Secundò probatur, exem-  
pli Benedict. 2. qui cum fuliano Archiepiscopo Toleta-  
no iuſſifet, vt retraharet quatuor propositiones, vbi mon-  
ſtravit primam eſſe Augustini, ſecundam Cyrilli, & Au-  
gustini, tertiam Ambrosij, quartam Fulgentij, reuo-  
cauit mandatum de retractando, quia decisio Pontifi-  
cia erat judicialis, & quasi defacto, non definitiva è Ca-  
thedra. Similiter Eugenius 4. edito diplomate non-  
nullas

nullas propositiones Abulensis condemnauit, vt narrat Mariana ad finem lib. 2 r. cap. 18. Verum quia damnatio fuit iudicialis, & quasi defacto, non diffinitiva est Cathedra, vbi ostendit Abulensis fundamenta doctrinarum, quas defenderat, reuocatum est diploma. Causa Abulensis quoad hanc partem habetur in defensorio ipsius Cum ex antiquorum monumentis veritas non elucet manifeste, tunc maxima est authoritas Doctorum viuentium: sicut iurisdictio, & authoritas Episcoporum, & Pontificum qui nunc viuunt quoad regimen aequalis est cum iurisdictione primorum Pontificum, & Episcoporum post Apostolos; sic & authoribus Doctorum praesentium cum directione eorumdem pro examinandis, & docendis veritatibus Ecclesiae necessarijs nondum certa fide exploratis impar non est illi, quam pri- mi Doctores habuere, et si merito, & sanctitate inferiores sint, vt docent Canus lib. 8. de locis cap. 4. Abulensis in 24. Matth. quest. 270. & prol. in Matth. quest. 5. Caiet. 12. quest. 1. artic. 7. Bañez ibid. Catharin. lib. 2. de concept. & lib. 1. contra Caiet. pro hac propositione supra quadraginta auctores retulit Sherloquius anteloquio in Cantic. sect. 12. & 13. & plures alios author de placitis philosophorum in prologo.

Quarta; decisiones voluntariae, aut vota irrationalia, quae nec ratione, nec autoritate vallantur, & muniuntur sunt nullius fere ponderis pro examine, siue doctorali, siue iudicali, etiam in Conciliis generalibus, vt docet Aliacensis de authoritate Ecclesiae 1. part. cap. 4. qui præfens adfuit Concilio Constantiensi. Salmeron tom. 12. in Acta tractat. 79. Damasum ait contempnisse magnum numerum Patrum Concilij Ariminensis, & illis unum Vincen- tium, & alios paucos opposuisse qui ibidem repugnarant, quod ideo fuit, quia vota plurium, nec ratione, nec autoritate muniebantur; vota vero paucorum a testimonio, & grauibus argumentis fidem habebant. Idem Salmeron qui interfuit Concilio Tridentino, ait in eodem tom. 12. tractat. 44. pag. 378. edit. Matriensis, & ideo existimat, non esse solidum, quod in generalibus Conciliis deciditur circa controversias doctrinales a majori numero, nisi vniuersi,

aut

aut fere vniuersi Patres consentiant, quia possunt pauciores efficacius probare, & verius decernere; & qui plures numero sunt vota habere voluntaria, vlla sine ratione, & testimonio vallata.

*Ad condemnationem doctrinarum, tam ad Theologiam, quam ad mores, & ius Canonicas pertinentium, non sufficit maior pars suffragiorum, etiam in Conciliis generalibus, si non omnes, vel fere omnes Patres, aut Iudices doctrina, sanctitatem & grauitatem praestantes unanimiter consentiant.*

## Caput. XXI.

VT que superiori capite dicta sunt magis innescant, & iudicia, atque examina doctrinarum sine errore contingant, expedit hoc caput annexere. Suppono primo ad condendas leges spectantes ad reformationem, aut ad publicandum, exequendumque sententias circa facta, quæ sine controuersia sunt delicta, sufficere maiorem partem suffragiorum, aut vnius tantum suffragij victoriam tam in Conciliis generalibus, quam in Episcopalibus, aut eorum vicem tenentibus. Pro hac doctrina nulla est his, & controverisia, omnes in eandem mentem conspirant; omnes plures afferunt rationes, & ab autoritate probationes.

Suppono secundo, ad definitionem, aut censuram magistralem, vel consultiuam tantum doctrinarum, cui possint inniti ad iudicalem condemnationem sine propria scientia, & examine indices fidei, necessarium esse, omnes, aut fere omnes sapientissimos Doctores, & Magistros, qui factiosi non sint, & tumultuarum in eandem sententiam conuenire. Hæc pars ex superioribus capitibus irrefragabilem habet probationem, nam sepe contingit ut pauciores Patres, vel Doctores plenius, & illustrius cognoscant veritatem

tem : præterea etiam, quod à paucis sapientissimis , & grauiſſimis dicitur asseueranter est probabile , aut ſaltem dubium eſt, an probabilitatem habeat ; ſed in hiſ aut dubijs , aut probabilitibus ſola Apostolica Sedes ē Cathedra decernens potest condemnare , vt in ſuperioribus capitibus latius dicebatur : ergo in hoc caſu non poſſunt iudices fidei inniti cenzure magiſtrali, vel conſultiuæ mul- torum, paucis doctiſſimis, & grauiſſimis repugnantibus.

Dux ſunt propositio[n]es , quæ in hoc capite ex professo ſunt probandæ , ex quibus duæ proximè ſuppoſitæ magis innoſcunt. Prima eſt, ad definitionem dogmaticam , vel condēnationem aliquarum pro�ofitionum in Cōcilijs generalibus non ſufficit maior pars Patrum, aut ſuffragiorum ſi nō omnes, aut fere omnes iudices vna miter conſentiant. Secunda eſt, ad cōdemnationem, vel definitionem iudiciale in Cōcilijs nationalibus, aut Prouincialibus, aut Episcopæ libus, vel eorum, qui ſimiles vices tenent, non ſufficit maior pars ſuffragiorum, ſi non omnes, aut fere omnes iudices vna miter cōſentiant in eandem cenzurā. Quæ in hiſ propositio[n]ib[us] cōprehenduntur veluti certa, & indubitata tradit Pater Alfonsus Salmeron tom. 12. qui eſt in acta Apoſtolo rum tract. 44 pag. 378. editionis Matritensis, vt qui earum veritatē in Concilio Tridentino quotidianiſ experimentis didicifſet: *Tunc ſolidum (inquit) eft quod in Concilio di- citur, ſi uniuersi Patres in vnum ſenſum in fidei dogmate de- finiendo cōueniant, aut fere uniuersi, & nil refert, ſi pauci diſſentiant; at vero vbi Patres fere ſunt aequales, aut multi numero, & sanctitate viæ, & doctriña diſſentiant, certum fidei dogma quomodo condi poſſit, penitus ignoro, etiamſi ad Canones ad reformationē ſpectantes decernēdos ſariſ eſſe po- ſit unius, aut alterius ſuffragij victoria. Huic menti ſuccur- rit, quod eodē tom. ſcribit tract. 79. pag. 715. cum ait: Da- masum contēpſſe magnum numerum Patrum Cōciliij Ari- minenſis, & illis vnum Vincentium, & alios paucos oppo- ſuſſe qui in Concilio repugnarunt. Probat eandem ſenten- tiam tract. 84. pag. 779. dicens non eſſe incōueniens, quod maior pars Eccleſiæ erret: eadem ferè doctriña, licet alijs quidē verbis, traditur à Bellarmino tom. 1. cōtrouersiarum,*

iuxta

iuxta editionem Lugdunensem anni 1603. p[ro]aſetim lib. 2. de Christo colum. 280. Nos ſequimur Patres, quando ſi- mul aliiquid docent, non quando proprias, aut ſingulares ſen- tentias alijs contradicentibus defendunt. lib. 2. de Conci- liorum authoritate cap. 3. colum. 870. Saltem omnes Epis- copi p[ro]aſetim in nomine Domini congregati, quando uno ore nos docent, errare non poterunt. Et cap. 10. Concilia Prouincialia poſſunt de hæreſi cencere, quando res eſſe faci- lis, & in qua fere omnes Doctores conueniunt. Et cap. 11. colum. 895. refert Canum dicentem: Concilium non poſſe errare in ijs, in quibus omnes de Concilio conueniunt. Supponit Canus , & ſa[me] exprimit maiorem Concilij partē errare poſſe. Suarius diſput. 5. de fide ſect. 7. n. 11. tra- c[on]tans, utrum quando Pontifex ſolū adest in Concilio per Legatos ſine instructione particulari, poſſit errare to- tum Concilium cum Legatis definiens: notanter , & di- ligenter ait, controverſiam eſſe de toto Concilio, & ait ſi- bi probabilissimum videri, non permitturum Deum, ut erret, quod scilicet totam Eccleſiam repreſentet: nam de maiori parte certissimum eſt errare poſſe, nec habe- re infallibilem aſſiſtentiam Spiritus sancti ſibi promiſſam: Quemadmodum etiamſi antiqui Patres Primitiua Eccleſiam repræſentent, non dicitur eſſe totius Eccleſiæ ſen- fus, & dogma , quod maior, aut maxima illorum pars tra- dit, ſed quod omnes, aut fere omnes vnanimi conſenſu tra- diderunt. Idcirco idem Suarius num. 10. probatio. 1. ait ex cōmuni Catholicorum ſententia diffinitionem Cōciliij gene- ralis habentis instructionē à Papa per legatos de rebus in particulari definiēdis nulla ſpectata P[er]tificis cōfirmatione eſſe regulā fidei, quia illa definitio habet iam conſenſum to- tius Concilij, & Papæ; quod ſi non totum Conciliū, ſed ma- ior ſolū illius pars instructioni P[er]tificis cōſentiret, mani- ſtum eſt nouam confirmationem, & declarationē Sedi Apo- ſtolicæ fore neceſſariam. In eandem ſententiam facit quod refert Gregorius de Valentia in Analyſi fidei lib. 8. cap. 7 ex Cano : ſcilicet Concilium vniuersale ſine Pontifice er- rare non poſſe, ſi omnes ſimul vſque ad vnum in eandē men- tem conſpirent; poſſe vero maiorem partē Eccleſiæ errare.

Idem

Idem docet Bañez allegatus à Ioāne Azor p. r. institutio-  
num lib. 5. c. + pag. 343. editionis Romanæ dices, omnes si-  
mul Patres congregatos in Concilio generali legitimo  
etiam arte confirmationem Pontificis non posse errare; eo-  
rum vero maiorem partem errare posse. Eiusdem senten-  
tia est Ferdinandus Salazar tom. de conceptione cap. 43.  
pagin. 448. illegans, & iaudans Belarminum lib. 3. de Ec-  
clesia cap. 16. Valentiam 2.2. disput. r. quæst. r. punct. 7.  
§. 17. docentes omnes Episcopos, & Pastores Ecclesiæ  
etiam extra Concilium non posse erroneam aliquam doctri-  
nam amplecti; similiter omnium Doctorum Catholicorum  
pro quoilibet tempore viuentium concordem sententiam,  
etiam extra Concilium, esse infallibilem regulam fidei. Pa-  
gina 449. Ideo (ait Salazar) omnes Episcopi in Concilio le-  
gitimo generali aberrare nequeunt, non quia in uno loco cō-  
gregati; sed quia totius Ecclesiæ vocem portant. Aduerten-  
ter scribit non solum maiorem partem Episcoporum in Cō-  
cilio, sed longè maiorem pronunciare debere eundem sen-  
sum, ut firmam efficiat regulâ fidei. Deinde §. 5. pag. 452.  
subdit, in Concilio rite, & legitime congregato secundum  
datam sibi à Pontifice instructionem procedente, neq; om-  
nes Parres, neque maximam eorum partem ante confir-  
mationem Sedis Apostolicæ errare posse: & ait rationem  
esse, quia multo maior Episcoporum pars multo maioris  
Ecclesiæ partis sensu exprimit; quapropter monet à Theo-  
logi doceri, P̄tificē sine aliqua alia diligentia persolâ ap-  
probationem definire posse, quod multo maior pars Cō-  
ciliij legitimis suffragijs affirmauit. Dicit multo maiorem  
partem Patrum, idest, omnes fere Patres, quia si pauci dis-  
crepent non vallantes votum autoritate, & ratione eo-  
rum non est habenda cura, quemadmodum aduertitur in  
Concilio Calcedonens. Act. 16. ex regula Sexta Con-  
ciliij Niceni his verbis: *Si communī omnīum consensiū ratio-  
nabiliter probato, & secundum Ecclesiasticā regulā statu-  
to duo aliqui, vel tres per contentionem suam contradic-  
eunt, definitio obtineat plurimorum.* Ex plurimis alijs Do-  
ctoribus predictorum scriptorum mens, & sensus stabili-  
tur. Ex Frāculo Turriano tribus libris de authoritate P̄tifi-

tificis, ex Dionysio Carthusiano tribus libris de Cōcilijs, Ia-  
cobatio, & Cochleo in libris de Cōcilijs, & alijs innumeris;  
verū quæ haec tenus sunt allegata testimonia, & quæ exépla,  
& rationes in decursu producuntur, indubitatâ faciunt pro-  
bationem huius veritatis, quæ proportione seruata efficac-  
iorem vim habere debent in determinationibus iudiciali-  
bus Cōciliorum Nationaliū, aut Provincialium, aut eorum  
vices gerentiâ circa controvērias doctrinales, nā vt expen-  
dit Suarius Iuprā num. 16. quæ dicūtur de generalibus Sy-  
nodis possunt accōmodari ad Concilia Provincialia, & ad  
minores cōgregationes iuxta capacitatē cuiusq; & exi-  
gentiā causæ & negotij; ea tamen est diuersitas, quod Cō-  
cilia Generalia legitima ex promissione Christi infallibili-  
lem habent Spiritus sancti assistentiam; ceteræ verò Sy-  
nodi non habent, & ideo ad harum sententiam iudicialem  
proferendam circa controvērias doctrinarum, multo ma-  
ior debet esse consensus suffragiorum tam doctoralium,  
quā iudicialium.

Sanctus Vicentius Lyrinensis, qui floruit tempore Cō-  
ciliij Ephesini, horum Doctorum mentē, vt indubitatâ ex-  
pressit in Bibliotheca veterum Patrum iuxta editionem  
Parisensem anni 1624. capit. 3. commonitorij col. 57.  
*Consensionem tenebimus veterum Patrum, si in ipsa retu-  
state omnium, vel certe pene omnium Sacerdotū pariter, &  
magistrorum definitiones, sententiasque sectemur.* Ibidem  
cap. 4. *Quidquid non unus, aut dico tantum, sed omnes parti-  
ter uno codemque consensu aperte, frequenter, perseveran-  
ter tenuisse, scripsisse, docuisse esgnoverit, id sibi quoque in-  
telligat absque ulla dubitatione credendum.* Eadem expre-  
sūs adhuc, & constantius exprimit. cap. 39. col. 78. & ca-  
pit. penultim. col. 80.

Ex dictis haec tenus flunt hæ probationes. Prima, vt  
aliqua propositio sit erronea, & graui censura digna debet  
esse contra communem sensum totius Ecclesiæ in Con-  
cilio, vel extra Concilium; sed quod est contra maiorem nu-  
merum Patrum, & Doctorum in Concilio, vel extra Con-  
ciliū alijs paucioribus Patribus repugnantibus, non est  
contra communem sensum Ecclesiæ: ergo propositio, que

habet nonnullos Doctores pro se, etiamsi alij plures numero in contrarium opinentur, nullani meretur censuram. Quod si in multo minori numero Patrum extra Concilium generale manet propositio probabilis, multo efficacius idem dicendum est, quando intra Concilium generale, vel extra, paucora sunt suffragia ratione, & autoritate vallata, aut pauciores Patres, & Doctores, aut pauciores iudices, & censores, qui defendant aliquam propositionem nullam censuram mereri. Secunda probatio est, quia ex communi Theologorum sensu in tractatu de conscientia, cum Vazquez 1. 2. disput. 62. Azor, tom. 1. institut. moralium lib. 2. cap. 17. Thoma Sanchez lib. 1. in de catalog. c. 9. & alijs potest esse multo verior, & multo probabilius sententia, quæ longè pauciores habet pro se Doctores, si illi controuersiam diligenter examinaverunt, & melioribus rationibus innitantur: ergo qui doctrinam pauciorum Doctorum, aut suffragiorum, aut censorum, aut Patrem, aut Iudicem condemnaret veluti censura dignam, aut erroneam, temerariè procederer, & iniustè cum doctrinā manifeste probabilem, & fortassis cum paucioribus Doctoribus, & suffragijs multo probabiliorem, vt temerariam, erroneam, & censura dignam repelleret. Tertia probatio est, quia præter Sedem Apostolicam è Cathedra decernentem, aut vñanimem Patrum consensum in Concilio generali definitum nullum Tribunal Ecclesiasticum, etiamsi sit Synodus Patriarchalis, aut nationalis potest propositio nem probabilem, aut dubiam in re graui condemnare, vel graui censura notare, vt in superioribus capitibus dictum est, sed doctrina, quæ pro se habet pauciores Doctores, aut Patres, aut Iudices, aut censores non voluntarie, sed cum aliquo verisimili fundamento loquentes, & scribentes, est evidenter probabilis, aut saltem dubia in re graui: ergo ratione maioris numeri suffragiorum, aut Iudicem, aut Patronū nullatenus potest condemnari. Ex his probationibus aliae multæ eruntur; sed illæ sufficiunt ad veritatis intelligentiam.

At quando delictum est manifeste inexcusabile circa doctrinam, sufficit vnius suffragij victoria ad taxandam pœnam

nam erranti, & ad sanciendum an sint legitime probationes de perpetratione criminis, atque idem iudicium est pro condendis legibus, aut euulgandis alijs sententijs iudicialibus; in causis vero doctrinalibus, vbi tractatur de qualitate alicuius propositionis, aut doctrinæ, longè est diuersa ratio, quia vt condemnari possit, & debeat, necesse est, vt non sit probabilis: & præterea, vt grauem meretur censuram Theologicam, quā tamen mereri non potest cum pauciori numero Patrum, aut Doctorum, aut suffragiorum. Hæc, quæ hactenus dicta sunt firmat praxis omnium Conciliorum, nam in controuersis dogmaticis vñanimi omnium Patrum, aut fere omnium consensu, & non ex maiori parte suffragiorum propositiones doctrinales fuisse damnatas, aut diffinitas, constat ex omnibus Concilijs generalibus, & nationalibus, in quibus omnes, aut fere omnes subscriptissimæ in eandem mentem, iacet ex Concilijs editione Coloniensi anni 1618. industria Seuerini Binij. tom. 1. part. 1. pagin. 281. ad finem Concilij Niceni omnes subscriptibunt Patres nemine discrepante, vt patet ex Epistola eiusdem Synodi ad Sylvestram pagin. 284. & altera ad Ecclesiam Alexandrinam pagin. 285. 286. In Concilio Sardicensi eadem fuit suffragiorum concordia, vt constat ex pag. 443. eadem concordia visa est in primo Concilio Constantinopolitano aduersus hereses Macedonij, & aliorum pag. 536. 537. Similiter in Concilio Mileuitano contra Pelagiū, & Celestium, vt constat ex pagin. 706. & Epistola Conclij ad Innocent. Papam. Par. 2. eiusdem tomis in Concilio Ephesino idem habetur sèpe vñanimis consensus, act. 1. & 7. & sèpe alibi, quem expendit Lyrinensis cap. penultim. commonitorij, illis verbis: *Omnes Episcopi acclamauerunt: eæ omnium voces sunt: hoc omnium votum est.* Concilium Calcedonense eandem suffragiorum cōcordiam obseruauit actione 1. 2. 3. 4. 5. 6. 16. & alijs, singulariter actione 2. proponitur ea conditio, vt *Si omnes consenserint, soluat omnis ambiguitas.* Similiter aet. 4. pag. 235. 248. actione 5. pag. 254. actione 6. pagin. 259. usque ad 269. In quinta Synodo generali idem Constantinopolitana secunda legitur idem consensus vñanimis

nimis Patrum eodem tomo, parte 2. collat. 8. pag. 112. 116. 121. & s̄epe alibi. In Concilio Lateranensi sub Martino I. consultat. 5. pagin. 475. eadem concordia legitur, & similem facile est in reliquis Conciliis innenire.

Si aliqui Patres discrepanunt, explanatur eorum dissensus in Conciliis Aet. 4. Concilij Chalcedonensis pag. 235. cum decem Episcopi Ægypti nollent subscribere Epistole S. Leonis, donec subscriberet Alexadrinus Patriarcha, dixerunt legati Apostolici: *Non possunt decem homines præiudicium facere Synodo sexcentorum Episcoporum.* Similiter Aet. 16. eiusdem Synodi pag. 341. refertur ex Concilio Niceno regula illa, quam nuper produximus, vbi duorum, vel trium contradic̄tio in Concilio præsertim ex cōtentione pro nulla habetur: quæ omnia, & alia innumerā similis roboris, quæ omittimus demonstrant in Cōcilijs pro doctrinarum cōfessione non sufficere maiore partē suffragiorū nisi fore omnes vñanimiter cōsentiat;

*Quæ audience sic debita Doctoribus Ecclesiasticis  
in causis librorum prohibendorum, aut ex  
purgandorū. Cap. XXII.*

L Oquor in hoc capite dumtaxat de Catholicis Doctoribus in Theologia, & veroq; iure, nam ceteri scriptores ut Grammatici, Poetæ Historici, Medici, Mathematici, Satyrici, Libellarij, & similiū rerum professores, licet Catholici sint, non sunt tamen Doctores Ecclesiastici: ac propterea cum ultra, aut extra suos fines vagantur, aut ea scribentes, aut euulgantes de materijs Religionis. & doctrinæ Christianæ, quæ censurā Theologicā mereti videantur, non est illis audience praestāda, nec ante, nec post librorum expurgationē, cum omnino sint in epti ad tuendū se dicta, & scripta circa facultates sacras, quibus nunquam operā, & studiū adhibuerint: atq; hoc genus librotum occupat ex quadragesima partibus autorū secondæ classis, & tertiae, triginta & nouem partes, ita ut vix quadragesima pars sit pro

Doctor-

Doctoribus Ecclesiasticis. Pro legitimis authoribus Ecclesiasticis varij sunt modi, quibus haec tenas audientia præstari consuevit: eos suppono antequam præcipuam conclusionem exponam.

Primo si volumina cōtinent plura, quæ expungi debeār cōmittūtur alicui Academiæ Catholicæ, vt iuxta illius cēsum libere possint legi audito, vel autore ipso, vel autoris aliquo vindice, & defensore. Sic cū opera Ioānis Ferri integræ fuisse prohibita ab Inquisitione Hispana, & Michael de Medina eiusdē ordinis pro autore ea defendēda suscepis set, iussit p̄dictus supremus Inquisitorū Senatus, vt Salma ticēsis Academia audito Michaeli de Medina censurā adh̄beret, & ea p̄posita ad initū ijdē cōmentarij Ioānis Ferri publice luci cōnitterentur; quæ omnia constant ex testi monio dato ab Alfonso Doriga à secretis supremi Senatus Inquisitionis, & apposito ad initium p̄dictorū cōmentariorū. Exemplar huius decreti magna ex parte quāquā in dis simili casu habetur in indice prohibitorio Cōciliij Tridētini, vbi in littera. D. sic scribitur: *Adigia, quæ iā edita sunt Erasmi Roterodami expunctis locis suspectis iudicio alicuius facultatis Theologicæ Vniuersitatis Catholicæ, vel Inquisitionis alicuius generalis permittantur.* Id videtur intendisse Sixtus V. litteris Apostolicis anni 1587. in quibus erigēs sacrā cōgregationem de indice ipsi cōmendat his verbis similē curā: *Vt vniuersitatū, Parisiēsis, Bononiensis, Salma ticēsis, aliarumq; probatarū studiū ad librorū expurgationem, & correctionem excitant, earumq; diligentia, & industria requirāt.* Et quāquam ipse p̄dictū cōgregationis fuerit esse, id olim librorū de heresi suspectorum examen reatio, & expurgatio Cardinalibus cōnīicti solebat, vt liquet ex cōstitut. 8. Alexandri IV. tom. 1. Bal. pag. 86. edit. Romane.

Secundū, quando voluminā Doctorum Catholicorū expurgantur notatis clausulis, & folijs satis superque exhibentur ipsis propositiones, quæ damnantur, facile est ipsis in iudicio defensiones allegare, testimonia, & rationes producendo, aut veram sensus propij intelligentiam explauando, vt Academiæ, & viri docti consulantur; atq; ipsis consul-

consultis prima expurgationis decreta reuocentur. Difficultas est cū totum opus integre prohibetur, in quo casu si autores sint viri docti, aut si eorum Ordines, vel Academizæ, vel Prouinciaz audientiam postulent, iunquam capita accusationis denegantur: atque id semper experti sumus, & quotidie experimur obseruatum à suprema Inquisitione Hispaniarum: id ita faciendum esse dictat Concilium Tridentinum, secundum editionem Coloniensem anni 1618. tom. 4. Conciliorum part. 2 pag. 319. ses. 17. his verbis. Proposition facta, vt examinentur libri post exortas hæreses, vt videantur variæ censura: *Ad hæc rite diuidenda, ut vocentur omnes ex decreto sancte Synodi consentaneum fore existimauimus ad quos istarum rerum aliqua pertinere quoque modo potest, ne deinceps inauditos se esse condemnatos censeri possint.* Hæc verba propositionis, & mentis totius Synodi in cōgregatione generali in nōnullis editionibus ideo omissa sunt, quod ex ses. 18. iuxta omnes editiones idem sensus constabat, vt liquet ex pagin. 320. in qua hæc sunt clausula: *Hæc autem omnia ad notitiam quorumcunque deducta esse vult, prout etiam praesenti decreto deducit; ut si quis ad se pertinere aliquomodo putauerit, que vel de hoc librorum, & censurarum negotio, vel de alijs, que in hoc generali Concilio tractanda prædixit, non dubitet a sancta Synodo se benigne auditumiri.* Quibus verbis statuit Cōcilium benignam audientiam præstandam in causis librorum, non solum Doctoribus Catholicis, sed etiam omnibus illis, ad quos eorū prohibito, aut expurgatio quoquomodo pertinuerit; expendatur ea verba: *Si quis ad se pertinere aliquomodo putauerit.* Secundò notare oportet. Vniuersale Conciliū reputasse magnum incōmodum, si Doctores Catholici, aut ipsis cōiuncti se inauditos esse cōquerantur. Quantus vir S. Cyprianus, & quia existimauit Romæ fundamenta quibus ipse iunitebatur ad quandam sententiam, audita, & expēsa non fuisse, in subscriptione Synodi, octoginta quatuor Episcoporum sic ait: *Nec quisquam nostrum tyranno terrore ad obsequiendi necessitatem collegas suos adigit.* S. Basilius Epist. 77. grauiissime conquestus est de negata sibi audienc-

dentia à quibusdam iudicibus in causa doctrinæ: litteras querimonizæ ad Damasum Pontificem, & plures Episcopos remisit. Abulensis in prefatione primæ partis defensorij ob eādem causam nō libros solū, sed orbem clamoribus implenit, quod sibi denegaretur audientia, etiam si tunc iuuenis esset. Tertiō, iustissime se gerit Inquisitio Hispana, cū Ecclesiasticis Doctoribus capita accusationū exhibet, nam cum ex capite *De quibus*, ab Innocentio I. & capit. *de libellis*, à Leone IV. grauiissimè præcipiatur omnibus Iudicibus, & Tribunalibus, ne ab exemplis Cōciliorum generalium in iudicādo discedant, necesse est, eam audientiam ipsis præstare: quod si interdum non exhibentur capita notata librorum, qui integre prohibentur, ideo est, quia autores sunt Grammatici, vel Poetæ, vel Mathematici, vel Medici, aut aliarum artium professores, qui cum omnino se tueri nequeant per Theologiaz, aut iuris principia, quæ ignorant, esset inutilis, & supernacaneus labor; maximè cum hi Doctores Ecclesiastici non sint, de quibus, & pro quibus Cōcilium Tridentinum loquitur, nullum verò detrimentum est, si Grammatici, aut Poetæ, aut Mathematici cōquerantur se non audiri circa ea, quæ profesi non sunt, & absque peritia Theologiz, & iuris tractauerunt: quod si in Epistolis Synodalibus Concilij Basiliensis in responsione, que incipit: *Cogitanti huic sacrae Synodo, ait, nimium esse pericolosum denegare audientiam.* in negotijs doctrinæ; maximè, cum partes vbiique locorum diuulgant eam sibi denegari, intelligendum est de Patribus, aut Doctoribus in Theologia, aut iure exercitatis, non de illis, qui suprīcaptum suum mera inistructi Grammatica, Philosophia, Poesi, vel Mathematica, de thesi Theologica, aut sacra obiser, vel ex professo tractant.

Tandem ante conclusionem supponendum est, cum iudicium librorum integre perdeat ex aliorū relatione, præcipue cum multe sunt propitiōnes censura Theologica notatae, nonnullas fraudes intercedere posse. Primo, si cursim legant examinatores; & mentem auctoris non calleant, aut eius phrasim non percipiāt. Secundò, si examinatores viri docti videantur, nec tamen sint, aut in quibusdam

busdam rebus excellant; vnde gloriari non possunt, & aliás sibi eruditates prorsus ignorent. Tertio, si cōspirent, & ex odio paciscantur. Quartò, si ex defectu partis, & patroni, aut elevata, aut depravata narratio proponatur iudicibus. Quinto, si ingenium habeant atrox, & indolem crudelēm, de quibus sepe conqueritur S. Hieronymus nominatim præfatione in Esdrā, & Nehemiam, taxans huc genus obrectatorum, sive doctrinæ. Tandem si alijs modis penēbræ offendantur, quos Hostiensis in prohæmio summa cōpilavit, illos ad nouem capita reducens: propterea ait Pontifex cap. si quando de sententia excommunicationis esse in excusabili errata iudicia: *Cum per ignorantiam, vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam persubrepitionem contingat huiusmodi litteras impetrari.*

H's premissis dico verba Concilij Tridentini, & canonicum Doctorum determinantium esse debitam audientiam in causis librorum non esse intelligenda de auctoribus, qui Theologi, aut Iuristæ non sunt, si derebus Theologicis, aut iuridicis tractauerunt, sed solum de auctoribus, qui vere sunt Doctores Ecclesiastici in Theologia, aut iure, quando consideratis circumstantijs, aut probabilitas, aut dubium, aut timor, aut suspicio esse poteſt de iniusta censura, aut ex ignorantia humana, aut ex fraude, aut ex alijs titulis, quos Hostiensis suprâ, & Doctores alij communiter obseruant. Probatur hæc assertio, quoad primam partem, quia cessante fine legis positivæ, cessat lex positivæ ex communi Doctorum opinione in tractatu de legibus; sed pro auctoribus, qui non possunt tueri sua scripta propter ignorantiam Theologiz, & iuris, etiam illis audientia præbeatur, cessat positivæ finis legis, ut ex superioribus notum est: ergo, & ipsa lex tunc non obligat; quemadmodum ex suppositionibus innoscet.

Secunda pars manifeste probatur. Primo ex generalibus principijs iuris de audientia præstantia ijs, qui se gravatos arbitrantur. Secundo, ex mente Conciliorum præsertim Tridentini, & Basiliensis nuper allegatorum, & ex communi sensu Doctorum præcipue. S. Cypriani, S. Basilijs,

ijij, & Abulensis, & aliorū pluriū, quos pro re manifesta, non expedit allegare. Tertiò, ex praxi perpetua Ecclesiæ Dei, quam inuiolatè vniuersa Hispania obseruauit; præsertim post erectionem supremæ Inquisitionis, quæ licet nulli authori tribuat censorias qualificatorum, & earū funda menta, si non sit reus cum fulminatione processus, attribuit seorsim positas propositiones, quæ à censoribus condemnate sunt, ut eas tueatur. Quarto ex iure naturali, & diuino cum prædictis circumstantijs debita est audientia, quod non leuis, sed gravis sit infamia, quæ ex prohibitiōne, aut expurgatione librorum emergit in Authores, Ordines, Academias, Provincias naturales: non leues etiam sunt impense, quæ fuit in impressione librorum; necesse sunt impense, quæ fuit in impressione librorum;

*Quam partem habeant seculares in examine consulti-  
no magistrati, & scholastico, non in  
diciati. Cap. XXIII.*

Xpedit pro doctrinæ complemento hanc thesîs discutere, & varijs assertionibus illam illustrare: nam quæ confuse, & indistincte circa illam dicta sunt, plura monstra pepererunt. Sic constabit, quo titulo Principes Catholicoi nonnullos Catalogos expurgatorios euulgari inserint, & nullus in Hispania euulgetur non consulto Rege Catholico.

Prima est, nulli seculares viri, etiam Principes, & magistratus habent iudiciale aliquam autoritatem in causis fidei, aut doctrinæ. Hæc veritas est indubitate in Ecclesia Dei apud veros Catholicos, quam latissimè probat Bellarminius libris de Concilijs, & Grabrina tom. 4. præscri-

*De examine*

ptionum parte 2. & innumeris ab illis allegatis, probantes ex Scriptura, Concilijs, Decretalibus, & Patribus suffragiū, aut votum indiciale, & decisum nunquam secularibus conuenire potuisse.

Secunda, seculares Principes, & Magistratus ab initio Ecclesiæ pro his causis doctrinarum solum habuere votum, & suffragium consultivum: id solum persuadent innumeris testimonia ab hereticis producta ex Concilijs, & Patribus; unde probare contendunt seculares viros, & Principes esse doctrinarum indices; que tamen solum euincunt à Concilijs fuisse admissos ad consulendum, aut proponendum, non ad decernendum, & indicandum. Hoc votum consultivum, etiam in Concilijs nostrorum temporum perseverat. Anno 1512. & sequentibus Concilium Lateranense, sub Julio 2. & Leone 10. celebratum est, adstantibus innumeris secularibus oratoribus, & consiliariis, ut patet ex tom. Concil. part. 2. edit. Colon. anno 1618. ses. 1. pag. 11. assistunt septem Domini temporales, & tres oratores Principum, ses. 2. pag. 23. refertur mandatum procuratorum Ferdinandi Regis Hieronymo VI. de commissum: *Ad interessendum, consentiendum, diffendi, protestandum, afferi requirendum, & ad in eodem sacro Concilio Lateranensi dicendum, proponendum, tractandum, vobendumque.* Hoc mandatum procuratorum a Concilio admisum, si de causis doctrinalibus sermo sit, solum ad consensum, dissensum, propositionem, & votum doctorale solum, & consultivum, non authenticum, & iudiciale. Idem dicendum de mandato procuratoris Maximiliani Imperatoris, ses. 3. pag. 30. & de alijs mandatis procuratoris dominij Lucensis, & Fiorentini, & Regis Poloniae, & Duci Medicinensis, & Brabdenbargensis, & Regis Lusitanie, & aliorum ses. 5. & 9. 10. & 11. pag. 44. 52. 53. 61. 62. 71. 30. 96. 110. 111. in quibus exprimitur vices datas oratoribus secularibus solum esse ad consulendum, agendum, differendum, proponendum, tractandum. Apostoli anno Christi 51. qui fuit bonus Claudi cœnacrum Hierosolimis pro ea controversia, an Christiani ad circuncisionem alias que ceremoniales leges Iudeorum obseruandas obligarentur:

*Propositionum.*

tur: & de hoc Cœcilio dicitur Actor. 15. *Conueneruntque Apostoli, & seniores videre de verbo hoc: cum autem magna sonquisitio fieret, &c. Tunc placuit Apostolis, & senioribus cum omni Ecclesia. Ceteri Pontifices, & Concilia hoc Apostolorum exemplar ad hanc usque diem imitantur pro conquisitione facienda, idest, pro examine magistrali, consultivo, disputativo, tractativo, seu propositivo: & similiter pro voto, & suffragio consulent dumtaxat, non pro authentico iudiciali, seu decisivo. Ut cum satisfactio ne Ecclesiarum decisiones causarum doctrinalium euulgentur, poscitur consultatio Principum, qui examine magistrali præmisso Provinciarum iure Jurisdictionis iudicium ex eo nascens consultive exponant Sedi Apostolice sine Concilio, aut cum illo determinare volenti ambiguam veritatem. In nouissima, seu postrema generali Synodo Tridentina eadem praxis obseruata fuit, tom. 4. part. 2. Conciliorum, edit. Coloniensis prædicti e ses. 10. pag. 302. reperitur mandatum procuratorum Caroli 5. pro tribus oratoribus suis, quibus committit his verbis suam autoritatem: *Nostrum locum, ut oratores, & mandatarij nostri babere, res, & negotia Religionis, & fidei, & alia quæcumque in predicto Concilio tractandi vna cum alijs ibidem statutis Republicæ Christianæ Principibus, eorum vero legitis, oratoribus, mandatariis consilari, agere, & tractare, illosque omnibus, & per omnia adesse, consilium, votum, & decretum nostro nomine dare, impetriri atque interponere.* Quix verba solum pro voto consultatio vni tribere queunt. Hac expositione cognoscitur quo iure in octavo Concilio Toletano præsidente S. Eugenio quatuor seculares Palatini: & in decimo Cœcilio Toletano præsidente S. Juliano quindecim seculares Palatini: & in decimotertio Cœcilio Toletano sub eodem S. Juliano præsidente viginti sex seculares Palatini: & in decimquarto Concilio Toletano, sub eodem S. Juliano, septendecim seculares Palatini: & in decimosexto Concilio Toletano, præsidente Felice, sexdecim seculares Palatini. Innumeris sunt huius generis; illa tamen omnia solum persuadent, non arcendis à Concilijs seculares Principes, & Magistratus, veluti conuententes, ut probat*

## De exāmine

probat Alaba 1. part. de Cōcilijs, cap. 3. & cōmuniter Doctores: qui tamen non ideo admittuntur vt iudices.

Tertia, licet verū sit, & indubitatū, quod scripsere Azor par. 1. lib. 5. cap. 14. quest. vltim. Bonacina delegibus disput. 10. q. 2. punct. 1. & tom. 3. disp. 1. q. 16. sect. 1. Pefantius de immunitate Eccle. disp. 2 1. & alij graues Doctores, non licere Principibus secularibus conuocare Episcopos suarū Prouinciarū iurisdictionaliter, & coactiū, licet tamen ipsis veluti Patribus extraordinarijs seculariū, & Ecclesiasticorum, & veluti protectoribus Ecclesie, tam Episcopos, quā quos vis alios exēptos conuocare, si necessitas, & utilitas cōsultationis pro cōmodis regnorum, & Ecclesiārum ita postulet: probatur ex Concilio Calcedonensi act. 1. pag. 43. iuxta editionē Colonensem, tom. 2. part. 1. vbi refertur epistola Theodosij Imperatoris ad Patriarcā Alexandrinū, ei extra iudicialiter autoritate paterna iubens, vt cōuentum faciat Episcoporum viginti pro examinandis quibusdā veritatibus. Hanc curam solū cōsultiuā, & examinatiuā sui muneris esse ait Theodosius his verbis: *Curo ut examinetur veritas, ut uniuersa quidē talis vana dubitatio subtili proposita inquisitione solvatur.* Quoniam vero arbitrabatur Theodosius ea ratione qua presbyteri debent naturalibus patētibus extra iurisdictionalem obedientiam in rebus honestis; sic etiam illā sibi, vt patri cōmuni, & extraordinario debere Episcopos, addit: *Si quis vero tā necessariam, & Deo amicam Synodus prætermiserit, & non omni virtute secundum prædictum tempus ad prædefinitum locum peruenierit, nullam excusationem, neque apud Deū, neq; apud nostrā inueniet pietatē.* Refertur in Synodo prædicta epistol. In actis Cōciliij Epheſini alię quoque litterę Theodosij iunioris leguntur, in quibus dicit Imperator: *Nec eām quoq; doctrinā indisſūsam manere patiemur.* Quām tamē clausulā, nec S. Cyrillus, nec Patres Concilij improbauerunt; nam cura examinativa, & cōsulting circa causas fidei pertinet ad Principes, vt protectores Ecclesie, & Patres extraordinarios; ea tamen cōditione, vt non iudicialiter procedāt: & vt prædictā cōsultationem, & exāmen ab ijs poscāt, ad quos iure naturali diuino, vel humano pertinet,

## Propositionum.

75

pertinet, quales sunt Episcopi, & sapientissimi viri, & Academiz Catholicæ; & præterea cum animo vero representandi suppliciter Apostolicæ Sedi sensum cōmūnem suarū Propriūciarum: nec aliud intendit Imperator ille, qui in quinta Synodo collat. 1. dixit: *Datum Imperatoribus surgentes heres amputare per congregatiōnem religiosissimorū Episcoporum, & rectā fidē sincere prædicatā in pace sanctā Ecclesiām Dei custodiōre.* Datum, id est Principibus iure naturali diuino, & humano pro examine doctrinali, seu magistrali, seu cōsultiuō faciendo. Quod si ex eo manifeste cōstituerit veritas ab Apostolica Sede iam olim definita, debent impeditre, & amputare falsitatem contrariaν veluti protectores Ecclesie, & executores sacrorum Canonum: at si non explorata sit certa, & firma sententia, satisfaciunt suo muneri, repræsentantes sancte Sedi examen consultiuō in Prouincijs suis ab Episcopis, & Academis peractum circa eas cōtrouersias de fide, aut religione. Hæc assertio innumeris pro se autores habet, in quibus est Thomas Vvaldēsis allegatus, & laudatus à Dominico Grabrina to. 4. præscrip. part. 1. cōtrouers. 7. ait. 1. Vterq; ait duplex esse testimonium; aliud ab autoritate iudiciali, que propria est Pastorū Ecclesie, aliud est testimonium unitatis in eadem fide, & generali confessione eorūdem dogmatum, vel illorum approbatione, quod est consultuum, & extra iudiciale, atq; id cōmune est secularibus eruditis. Illustrat eandem mentem Gerson de exāmine doctrinārum in primis quinque considerationibus: Turrecrem. distinct. 15. Aliacēsis de autorit. Eccles. par. 1. cap. 4. Almaynus opuscul. de autoritate Papæ, & processus Academiz Parisiensis ad finem Magistri sententiārum appositus. Ex hac doctrina fluit efficax argumentum, nam de facto certum est omnes Academias habere autoritatem Apostolicam determinandi doctrinaliter, & scholasticē circa ea, quæ sunt fidei; Episcopos vero ex iure diuino autoritatem tenere inferiorem, & subordinatam Pontifici Romano iudicialiter definieendi circa ea, quæ sunt fidei, vt latè probat Academia Parisiensis, in processu relato ad finem Magistri, cum communī Doctorum, & Scholasticorum!

Prīncip̄

Principes igitur extra judicialiter intimantes, tanquam Patres, & protectores, ut Episcopi, & Academias controverbias examinent, nihil disponunt, de quo non sit potestas, & authoritas Apostolica penes eos, quibus eam consultationem, aut iudicium committunt. Ergo Principes exarnē doctrinale, aut magistrale controversiarum Episcopis, Academis, & viris doctis demandantes, nihil omnino faciunt, nisi paternaliter iubere, veluti protectores, & extraordinarij Patres, ut iij, qui autoritatem naturalem diuinam, & humanam habent, eam exerceant consultiuē, disputatiuē, examinatiuē, doctrinaliter, & scholasticē.

Quarta assertio vnum supponit, & alterum decernit. Supponit, nullum examen consultuum, aut doctrinale, aut judiciale, de quo in superioribus assertionibus dictum est, esse licitum pro doctrinis receptis, & definitis ē cathedra Apostolica in Concilio, aut extra Concilium, nisi ad approbationem, laudem, aut confessionem earum doctrinarum, quæ indubitātē sunt definitæ; nā quidquid aliter fieret, semper annexam haberet dubitationem, vel declarationem animi dubij circa controversias iam ab Ecclesia determinatas; quod sine iniuria Religionis Catholicæ fieri non posset, ut obseruant omnes Doctores in tractatu de fide. Pro alijs doctrinis, quæ à Pontifice non authenticè, & in suprema, ac postrema instantia definitiuntur; sed solum opinatiuē, aut judicialiter, aut obiter sine definitione ē cathedra, aut non ex firma sententia, aut tanquam à Doctore particulari in litteris Apostolicis proponuntur, est alia longē ratio: nam licet interduuī Principibus vrgere, ut examina fiant doctrinalia, & consultua per Episcopos, Academias, & viros eruditos, usque ad explorationem veritatis. Fundamenta huius assertionis producamus. Primum est: nam in hoc examine consultiuō, & magistrali nulla exercetur iurisdictio; sed solum authoritate doctorali, & scholastica veritas examinatur per eos, qui vel à iure diuino, & naturali, vel à sancta Sede eam potestate accepere, ut constat ex forula, qua laurea Licentiati, vel Doctoris tribuitur Theologis, & Iuristis, in Academias Catholicis. Ergo Princeps, qui paternaliter vrget, ut Episcopi, & Doctores id examinent, quod iure suo possunt,

possunt, nihil omnino peccat. Secundò probatur: quia in litteris Apostolicis, & Concilijs plura sunt, quæ non intenduntur definiri ē cathedra, sed solum in transcurso, vel tanquam præmissæ, vel tanquam rationes, vel tanquam verisimiles coniecture proponuntur, vel obiter miscentur; atque in his ex communī Theologorum, & Iurisprudentium opinionē esse potest error: ergo circa hāc examen magistrale, & scholasticum fiet, sine ullo præjudicio, ut nuper dicebamus. Tertiò: ex litteris Apostolicis circa doctrinas, quædam possunt esse judiciales dumtaxat, absque definitione ē cathedra, quemadmodum Episcopi, prouinciales Synodi, & Tribunalia fidei judicialiter solum se gerunt in suis decisionibus: Aliæ vero sunt litteræ, in quibus Pontifices definitiū, & authenticè supremum, & postremum iudicium exercentes procedunt. In prioribus datur locus emendationi, & nouo exanimi Scholastico, & Magistrali. Sic Benedictus 2. retractauit condemnationem iudicalem à se factam contra propositiones quatuor sancti Iuliani, ut patet ex Concilio 15. Toletano, & ex historia Roderici. Sic Ioannes 22. declarauit se in litteris editis ad faniendū iustorum animas non visuras Deum usque ad finem seculorum, non intendisse ē Cathedra decernere, sed judicialiter solum, & veluti in questionibus de facto eam doctrinam determinasse. Sic Eugenius 4. quando edito diplomate nonnullas propositiones Abulensis condemnauit, judicialiter dumtaxat se gessit non definitiū ē Cathedra; ac propterea idem Abulensis impetravit reuocationem dictæ bullæ, & hodie tanquam probabiles leguntur, & pernittuntur propositiones prædictæ, ut constat ex prima, & secunda parte defensorij: & huius generis occurruunt alia exempla. Quæ vero definitiū, & ē cathedra dicuntur, nonquam possunt ad examen consultuum, & scholasticum trahi, nisi solum disputationis gratia, ut in Academias contingit.

Dices, vnde possit discerni an judicialiter, vel authenticè definitiū procedat summus Pontifex. Respondeo, ex plurimis capitibus id innotescere. Primo, si ita exprimat Pontifex in suis litteris expressè, aut virtualiter, ut sāpe accidit. Secundò, si quod in eisdem litteris scribitur, aut obiter,

obiter, aut tanquam exemplum, aut veluti coniectura producatur. Tertio, si materia, de qua sermo est ad Philosophiam speculatiuam à Deo proximè, vel remote non reuelatam, aut ad humanam historiam, vel similes facultates pertineat. Quartò, si illa propositio, quæ decernitur in Bulla habet contra se grauissimos Ecclesiæ Patres, vel Doctores Scholasticos, qui sine nota, & scandalo, imo cum approbatione plurium eamdem doctrinam ad posteros transmiserunt; quando Pontifex ad eam determinandam non præmisit consultationem grauissimam Episcoporum, Academiarum, & plurium virorum doctrina, & sanctitate prestantium, tunc credendum est determinationem esse iudiciale, & interlocutoriam, non definiuitam, & postremā; nam semper ab initio Ecclesiæ ad hanc usque diem non aliter Pontifices, quidquam è Cathedra decreuerunt contra grauissimos aliquos Ecclesiæ Patres, aut Scholasticos, si non aut generale Concilium, aut nationale, aut magna ex parte æquivalens consultatio præcederet, ut notum est. Pro interlocutoria, & iudiciali tantum determinatione in causis doctrinarum nō tot, & tā graves discussiones necessariæ sunt, cum locus detur emendationi. Quintò, si in fauorem propositionis damnatae sunt exempla Sanctorum, & praxis, ac sensus aliquarum Ecclesiistarum, aut Academiarum, quæ cum approbatione, aut saltem sine nota eam doctrinā multo tempore retinuerint, credendum est determinationem esse, aut opinaciā, aut Magistrale, aut Iudiciale; quādo non præcedēt consultatione grauissima, & prædictarum Ecclesiistarum, aut Academiarum audientia, & examine, determinatio euulgatur, si non in litteris Apostolicis aliqua fiat verba, quæ definitionem authenticā, Cathedram, post emī apertius exhibeant. Sexto, si post factā determinationem sine consultatione plurium & gravissimorum hominum diuersarum Provinciarum magna pars Ecclesiæ cum viris doctissimis, & sanctissimis graviora testimonia, & rationes in contrarium producat, & suppliciter reclamet, à posteriori signum est Pontificē nō authenticā, definitiū, sed iudicialiter, & opinatiue doctrinam illam per sententiam interlocutoriam determinasse. Hæc ex

ex varijs Doctoribus collegimus: facile est si quæ sunt alia signa, & capita ad præcedentia reuocare. At quotiescumque Pontifex alijs in consultis determinauerit, & Ecclesia vniuersalis consenserit, indubitatum est illam determinationem authenticam esse, & definitiū è Cathedra. Hinc fit quām grauiter errent, qui contendunt Pōtificem definitiū decernētem è Cathedra in causa fidei, & morum errare posse, & quām immanis sit eorum deceptio, cum ex erroribus iudicialibus, aut opinatiue scriptis in Decretalibus intentum probant.

Quinta assertio, cum Principes sint protetores fidei, & executores sacrorum Canonum, & extraordinarij Patres Ecclesiæ: ubi iustæ causæ suppetant, decernere possunt, vt Iudices doctrinarum in suis Regnis commorantes iudicialiter determinent, cum subordinatione ad sanctam Sedem causas doctrinarum. Probatur primo exemplis Conciliorum, & Imperatorum in tertia assertione productis. Secundo probatur autoritate Regum, & Regnorum Hispaniæ. Carol. V. anno 1546. Indicem prohibitorum, & expurgatorum fieri iubet à Louaniensi Academia examine Magistrali, Consultuo, & Scholastico tantum: & iusfit id, quod authoritate Apostolica possunt Academiz Catholicæ: deinde commendat Imperator domino Fernando Valdes Generali Inquisitori Hispaniarum, vt prædictam censuram Academiz Louaniensis iudicialiter muniat, si legitima videatur, adiunctis poenis, & censuris Ecclesiasticis contra eos, qui censuram illam magistralem, & scholasticam non obseruauerint. Imprimitur Louaniensis index bis, Toleti, & Vallisoleti anno 1551. semel Gratianæ anno 1552. & ab Inquisitoribus Hispaniæ publicatur. In prima pagina dicitur eum Catalogum editum Cesarez Maiestatis constituto. Anno 1554. sacrorum Bibliorum volumina ab immixtis erroribus repurgantur consulto Philippo II. qui eam curam pro examine doctrinali, & scholastico Academijs, & pro iudiciali decreto inquisitoribus commendauerat, non iurisdictionali titulo, sed protectorio, & paterno. Idem omnino accidit pro alio Catalogo prohibitorio, & expurgatorio, quæ anno 1559. V. Hisf.

Hispana Inquisitio euulgauit. Anno 1571. idem Philippus Rex iussu suo, & Albani Ducis consilio alium euulgari facit in Belgio indicem prohibitorum, & expurgatorum, paterne, & protectoriè iubens viris doctis, & Academijis, vt examen Scholasticum, & Magistrale circa libros in eis Provincijs grassantes serio suscipiat, & deinde Episcopis cōmittit, vt censuram illam Scholasticam, & Magistralem Ecclesiasticis pœnis judicialiter tueatur. Sic optimam, & sanam intelligentiam habent, quæ scribuntur lib. 1. recopilationis titul. 7. leg. 24. de potestate Regum Hispaniæ circa conflandos Indices, & Catalogos expurgatorios. Ea lex anno 1558. primum euulgata est: in ea commendatur Inquisitoribus, vt Catalogos librorum prohibitorum, aut expurgandorum typis edant. Ceteri Catalogi qui ad hanc usque diem in Hispanijs euulgati sunt, propterea, non sine consultatione Regum publicantur. Tertiò eadem probatur assertio, quia Christianissimi Principes ab initio Ecclesie, non vt Iudices, sed veluti extraordinarij protectores, & parentes rectæ fidei, & doctrinæ, quæ in Catholicis Doctoribus reperiuntur, nulla probabilia dogmata indiscreta supprimi patiebantur. Sic Leo Imperator Anatolium præfatum coegit, vt Episcoporum sensum de controværia exorta diligenter exquirat. Idem utriusque factionis libellos, & consultationes ad Romanum Pontificem supplex mittit. Tandem post Caicedonense Concilium de emergentibus dubijs prævio examine magistrali, & consultuo percontatur. Utique Theodosius Cælestinum, Martianus Leonem, Iustinianus Vigiliūm, Flavius Constantinus Agathonem, & alij Ortodoxi Principes Romanos alias Pontifices in dubijs prævia censura magistrali, & examinativa non judiciali consuluerat; at pro ijs, quæ certo, & judicialiter Episcopi definitam esse statuebat Christiani Principes eorum sententiam judiciale executioni mandabat. Quæ omnia, & singula ex generalibus Concilijs, & eorum actis innotescunt: nec aliter prudenter se gerere poterant in exercicio protectorum, & Patronum fidei pro consulenda sancta Sede, si non ea examina, & consultationes præmitterent. Ex gloriosissi-

mis Hispaniarum Regibus Amalaricus, Theodomirus, Adephodus, Recaredus, Sisenodus, Chintila, Chindasius, Recestinus, Vvaba, & Eruigius in urbibus Toletana, Barcharense, Cesaraugustana, Lucensi, & Emeritensi varios Cœuentus, & Antifluitum Synodos colligi præceperunt, vt iudicialiter tā doctrinalia, quā moralia ad iurisdictionē Episcoporum pertinentia decernerentur. Vnus Flavius Egicanus Rex tria Cœilia Toletana indixit, ex quibus decimū quintum pro examine adiis assertionibus quatuor Juliani presulis, & dignoscenda carum doctrina cōgregatum est; ille cōuentus sexagintaducrum Episcoporum iudicialiter, cum sub ordinatione ad sanctam Sedem veritatē decernebat. Alia exempla Regum Hispaniæ pro examine cōsultuo, & scholastico doctrinarum, saltem inuāt ad persuadendum eorum muneris esse, vt curent apud sanctam Sedem de controvæsijs decidendis. Sic Henricus III. & Ioānes II. pro examine cōclusionibus accusatis coram sancta Sede aduersus Tostatum solitā operā præstitere. Petrus Aragoniæ Rex, vt ait Niteia Frâciscana Dermitij Thadei pag. 490. secundum editionē Lugdunensem pro scriptis Raymundi Lullij Barchinone excutiēdis, pariter curauit. Philippus III. piissimus Rex in celebri quadā controværia omnium Episcoporum, Academiarum, & sacrorum Ordinum cōsultinas, & Magistrales sententias perscrutatus est. Profecto; quia nōnulla ex his adeò erant dubia, vt sine Apostolicae Sedis cōsultatione determinari non possent, ideo prædicti Reges solum de examine scholastico, & magistrali, non de iudicio, & sententia ferenda curam suscepserunt.

Sexta assertio, si aliquādo Romanus Pontifex iudicat, vel opinatiue, vel obiter loquens in Decretalib. aliquā doctrinam scripferit, nihil definiens ē Cathedra, & illā, aut contrariā veritati, aut difficilem ex oppositis testimonijis aliquæ Provinciæ Catholicæ propter magna, & urgentida fundamenta iudicauerint, non possunt Episcopi, vel Tribunalia fidei quidquā aduersus illam iudicialiter definire, nec Principes seculares fungi officio Patronum, aut Protectorum, nisi dumtaxat ad examen cōsultuum, & Magistrale, vt sententiam, & decisionem scholasticam earum Provinciarum

rum Pontifici suppliciter exponant, & meliori consilio si aliter se res habeat, prædictam determinationem in litteris Apostolicis opinatiuè, aut judicialiter tantum interlocutoriè contentam reuocent, & retrahent. Probatur ex Concilio 15. Tolentano, nam cum Benedictus II. quatuor propositiones sancti Iuliani repudiasset, & ipse pro earum defensione adhibuisset testimonia Sanctorū Augustini, Cirilli Ambrosij, Fulgentij, Flauium Egicanem Regem adiit, qui facto sexaginta, & amplius Episcoporum conuentu folium de examine magistrali consultatio, aut scholasticę curam habuit. Per Diaconos sententiam Doctoralem non iudicalem Episcoporum ad Romanum Pontificem Rex simul, & Concilij Patres remisserunt: qua visa, & fidelī allegatione testimoniorum, Pontifex eas quatuor propositiones ante repudiatas approbavit. Secundò eadem probatur assertio, nam quidquid additur suprà examen consultiuum, aut scholasticum, est iudiciale; at nec o potest quidquā iudicliter p̄f̄stare circa gesta, dicta, aut scripta Pontificum: ergo in prædicto casu, & similibus nulla alia opera, & cura p̄f̄stari potest, nisi vnicā dumtaxat consultiva, & scholastica.

Postrema assertio: quoties viri docti opera ediderunt, & ea prohibentur iudiciale, si autores, aut eorum Academiae, Ordines, vel natales vrbes graues Doctores, aut sufficietes rationes exhibent ad defensionem earum propositionum, quæ damnatae sunt, licite possunt adire Principes Christianos, vt examen consultiuum, & scholasticum fieri curent veluti protectores Religionis, & Patres extraordinarij. Solūm postulat, vt per eos quibus Ecclesia Dei eam potestatem demandavit, quales sunt Tribunalia fidei, Episcopi, Academiarū, & viri Docti, prædictum examen peragatur ad representandum Apostolicā Sedi sbarum Provinciarū iudiciū. Hęc conclusio manifesta est iuxta exempla, testimonia, & fundamenta in alijs assertionibus producta. Nec potest quisquā sic se gerentes condemnare sine præindicio Sanctissimorum Antistitutum, Imperatorum, Regum, Conciliorum, Patrum, ad quorum exempla superiores assertiones prouocatunt.

*De numero propositionum damnabilium.*  
Cap. XXIII.

Pr̄lures gradus propositionum damnabilium à nobis sunt obseruati in præcedentibus, quos ad certum numerum redigere, non est ita facile. Illud obseruādum est, innumerās fieri posse combinationes, ex quibus plures alijs gradus resultent; exempli gratia ex propositione maiori de fide, & minori ita certa, vt opposita sit temeraria, consequens manifeste illatum, non est erroneum, & tamen est gradi censura dignum. Similiter ex maiori propositione de fide, & minori, cuius opposita sit suspecta de fide, consequens euidenter illatum notā Theologicam meretur, quā tamen inter asserta erronea numerare non possumus. Præterea ex duabus propositionibus maiori, & minori aperte & absque controversia temerarijs, infertur consequens necessario connexum censura dignum, quod tamen absolute temerariū dici non potest. Ex duabus propositionibus scādalosis; aut vna scādalosa, & altera erronea, consequens necessario illatum censuram Theologicam haberet, quam nullo ex præmissis nominibus in hoc tractatu nominare possumus. Similiter ex maiori erronea, & minori temeraria, vel ex minori suspecta, & minori piarum aurium offensiua, vel ex maiori denigratiua fidei, & minori sapiente hæresim inferuntur necessario connexæ propositiones, aut conclusiones, quibus Theologica nota debeat inuri: nec tamen ideo nomen aliquod ex præfatis gradibus ad amusim ipsis aptari potest: sanè vt dantur plures contractus innominati, sic & gradus propositionum damnabilium; verum ex prædominanti malitia reducuntur ad unum aliquem m̄ ex prædictis per diuersa capita. Certe cum debiliorem partem sequatur conclusio, & ipsa quodāmodo langescat, necesse est, vt ex multiplici combinatione maioris, & minoris propositionis, resultent multiplices gradus damnabilium conclusionum, quorum nomina, nec

nec dum reperta sunt, & per ea, quæ hactenus inuenta fuerū, declarantur, & nominantur.

Qui gradus hactenus sunt expositi, quasi in cumulo cōgesti, numerantur summariè. 1. hæretica doctrina. 2. erronea. 3. sapiens hæresim. 4. suspecta de hæresi. 5. male sonās. 6. scandalosa. 7. schismatica. 8. iniuriosa, maledica, seu contumeliosa. 9. historicè acerba, seu infamatoria. 10. impia contra Principes seculares, & personas Ecclesiasticas. 11. illusoria iurisdictionis Ecclesiasticæ. 12. insana. 13. simplicium mentium seductiua. 14. puritatis fidei denigratiua, aut subsannatiua. 15. apocrypha. 16. ducēs ad viam latam. 17. auersiua à suscipienda fide, & religione. 18. scrupulosa, seu anxia. 19. difficultis, & obscura in thesi graui. 20. irrationalis. 21. periculosa in fide. 22. superstitiosa. 23. temeraria. 24. periculosa in moribus. 25. irreuerens, & miscens sacra prophanis. 26. non allegans fideliter verba scriptaræ. 27. euersiua regnorum propter in iustitiam, aut irreligiositatem. 28. decoloratiua Ecclesiæ. 29. laudans personas, aut gesta hæreticorum. 30. satyrice, & acerbe è pulpito prædicata contra Ecclesiasticos, aut laicos.

Propositiones merentes innominatā censuram ad hos gradus facile reuocantur, V. g. proxima errori, proxima sapienti hæresim, proxima temerariæ, proxima illusoriæ iurisdictionis Ecclesiasticæ, proxima ducenti ad viam latam, & sic in alijs. Similiter, quæ ex varijs combinationibus maioris propositionis, & minoris merentium censuram inferuntur, vt necessario connexæ, semper aliquid secum important, quod ab Ecclesia debeat exterminari: sæpiissimè sub scrupulosa, seu anxia, seu periculosa doctrina continentur.

Hi gradus, vt monuimus alijs, s̄pē accidentaliter differunt, aut mutuo se includunt, aut simul coniunguntur; interdum ex alijs sunt compositi, quales sunt doctrinæ insanæ, aut irrationales, aut scrupulosa, & anxie. Si per subtiles argumentationes inuestiganda esset differētia horum graduum ad amusim, superuacaneus esset, & inutilis labor, nec

nec probabile, sed conjecturale dūntaxat, at congruens, pari facilitate affirmandum, & negandem. Conjectura, & congruentia ad vtramvis partem styllo sophistarum, & oratorum facere consueverunt.

In præmissis gradibus nonnullæ interdum propositiones cōprehenduntur, quæ licet Theologicam censuram nō mereantur, nihilominus ex dispositione Ecclesiæ delendæ sunt, quales decernit Clemens 8. in instructione, illas esse quæ lacerant nomen cuiuscunque Catholici, siue Ecclesiasticus sit, siue laicus. Cætera quæ in hoc tractatu desiderari possent in alio nostro opere de opinione probabili reperientur: sibet pro coronide ex instructione prædicta Clemens sequentes clausulas producere.

Qui negotium suscepit corrigendi, atque expurgandi, circumspicere omnia, & attentè notare debet, non solum, quæ in cursu operis manifestè se offerunt, sed, si quæ in scholijs, in summarij, in marginib; in indicibus librorum, in præfationibus, aut epistolis dedicatorijs, tanquam in insidijs delitescant. Quæ autem correctione, atque expurgatione indigent, fere hæc sunt, quæ sequuntur. Propositiones hæreticæ, erroneæ hæresim sapientes, scāda losæ, piaram aurium offensiæ, temerariæ, & schismatiæ, seditionæ, blasphemæ; quæ contra sacramentorum ritus, & ceremonias, contraque receptum vsum, & consuetudinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ nouitatem aliquam inducunt: profanæ etiam nouitates vocum ab hæreticis excoigitatæ ad fallendum introductæ: verba dubia, & ambiguæ, quæ legentium animos à recto, Catholicoque sensu ad nefarias opiniones adducere possunt: verba sacre scripturaræ, non fideliter prolata, vel è prauis hæreticorum versionibus deprompta: nisi forte afferrentur ad eosdem hæreticos impugnandos, & proprij telis angulando, & continuendos. Expungi etiam oportet verba Scripturaræ sacræ, quæcumque ad profanum vsum impie accōmodantur; tum quæ ad sensum detorquentur abhorrentem à Catholicoru Patrum, atque Doctorum vñanimi sententia: itemque epithera honorifica, & omnia in laudem hæreticorum de lean-

Ieantur. Ad hæc rei ciuntur omnia, quæ superstitiones, fortilegia, ac diuinationes sapiunt: item quæcumq; fato, aut fallacibus signis, aut ethnicae fortune humani arbitrij libertatē subiiciunt, obliterētur; ea quoque aboleātur, quæ paganismum redolent: item quæ famæ proximorū & præsertim Ecclesiasticorum, & Principum detrahunt; bonisque moribus, & Christianæ disciplinæ sunt cōtraria, expungantur. Expurgandæ sunt etiam propositiones, quæ sunt cōtra libertatē, immunitatē, & iurisdictionē Ecclesiasticā: item, quæ ex gentilium placitis, moribus, exemplis tyrannicam politiā fouent; & quā falsō vocant rationem status ab Euāgelica, & Christiana lege abhorrentem inducunt, deieantur. Explodantur exēpla, quæ Ecclesiasticos ritus, Religiosorum ordines, statum, dignitatē, ac personas lēdunt, ac violāt. Façetix etiā, aut dicteria in perniciē, aut præiuditiū faniz, & existimationis aliorum iactata, repudientur. Denique lasciuia, quæ bonos mores corrumpere possunt, deieantur. Et si quæ obscenæ imagines, prædictis libris expurgandis impressæ, aut depictæ extent, etiam in litteris grādiusculis, quas initio librorum, vel capitum imprimi moris est: huius generis omnia penitus obliterentur. Hactenus Clemens VIII.

Hæc sufficiunt ad præsentem tractationem, quam ex varijs opusculis editis in lucem à M. Ioanne Tappia Stobza, compilare volui, & in magis publicam lucem transmittere

# DE PRIMIS INSTANTIIS, REMISSIONIBVS, ET ALIIS recursibus, præsertim in causis Fidei.

*QVID DECREVERINT AB INITIO  
Ecclesia Romani Pontifices, & generalia  
Concilia, circa primas instantias.  
Caput primum.*

**S**E M P E R Apostolica Sedes ab initio Ecclesiæ curauit, vt cum quiete, & satisfactione Provinciarum Ecclesiastica iudicia celebrarentur. Id, vt securius obtinerer, statuit, ne cognitio causarum in prima instantia alibi fieret, nisi in ea prouincia, in qua partes litigantes adessent, & apud ordinarios iudices earum. Quod si aliquis se grauatum arbitraretur, id remedio appellationis ad superiores iudices, & ad sanctam Sedem resarciret. Concilium Nicenum supra reliqua summam habet venerationem: spatio duorum annorum multos edidit Canones pro regimine vniuersalis Ecclesiæ. Sed vt omnia Tribunalia litigijs & contentionibus arderent, id Dæmon curauit, vt vniuersi Canones Niceni proxime post illud Concilium generale ē manibus, & hominum memoria elaberentur. Diuina Prudentia factum est, vt multi ex illis in authenticis scriptis Decretalium, & Conciliorum conseruarentur. Quod Hincmarus de Synodis ait editos fuisse in Concilio Niceno septuaginta Canones, & extare solum viginti, ex dictis innotescit

qua ratione exponendum sit, præsertim cū Isidorus in prologo suo scripserit Concilium Nicenum apud Græcos quatuor Euangeliorum codici æque magnum esse: verum quidquid de hac re sit Canonem de primis instantijs Ecclesiasticorum non aduocandis ad externos Iudices esse promulgatum in Nicena Synodo inter alia decreta, indubitatū est.

Vnus igitur ex Nicenis Canonibus relatus ab Adriano Papa tom. 3. Conciliorū editionis Colonensis anni 1618. part. 2. sect. 1. pag. 437. cap. 12. eam legem de prima instantia apud Ordinarios Iudices Prouinciarum incohanda, & terminanda, his verbis renouat. *Prudentissime, infissimè que Nicena, siue Africana decreta definierunt quacumque negotia in suis loeis, ubi orta fuerint, finienda: maximè, quia unicuique concessum est, si iudicio offerens fuerit cognitorum, ad Concilium suæ Prouinciae, vel etiam uniuersale provocare.* Eadem verba inueniuntur in quibusdam litteris Concilij Africani ad Celestimum Papam, & cap. 128. Concilij Carthaginensis Græco idiomate: & lib. 6. capitum Carolinorum, cap. 237. Et idem Pontifex Adrianus cap. 17. loci proximè relati abusum eorum damnat, qui curant, ut ab externis iudicibus nationales homines iudicentur, ieiunis hæc sunt verba. *Peregrina iudicia generali sanctione prohibemus, quia indignum est ut ab externo iudicetur, qui Provinciales, & a se electos debet habere Iudices: & habentur cap. ieges 3. quæst. 6. Voces illæ, indignum est, insinuant cognitionem primarum instantiatum ab externis iudicibus, esse contra ius naturale.* Eadem verba inueniuntur cap. 53. Concilij Niceni, ut refert Iulius Papa epist. 2. idem Decretum iam olim fecerant, aut quasi ab Apostolis latum int̄mauerant sanctus Fabianus epist. 3. & sanctus Higinius epist. 1. Pelagius vero, cap. scitote 6. quæst. 3. opprobrium dicit esse Prouinciarum, si ab externis iudicentur. *Ur de non oportet ut degredetur, vel de honoretur etnaque Prouincia; sed apud semetipsam habeat Iudices Sacerdotees, & Episcopos, & quicumque causam habuerit a suis Iudicibus iudicetur, & non ab alienis, id est, a Prouinciæ suis Iudicibus, & non ab extraneis.*

Vniuersi Pontifices pro obseruantia Nicenorum Cano-

nonum impensè laborarunt, ut patet ex sanctis Siluestro Damaso, Julio, Siricio, & alijs. Verum singulariter id præstitit sanctus Leo Magnus epist. quinquagesima tercia ad Anatolium, ubi ut annullaret Canonem quedam Concilij Calcedonensis alteri Canoni Nicene Synodi contrarium hæc ait. *Tanto diuinitus priuilegio Nicena est Synodus consecrata, ut siue per pauciores, siue per plures Ecclesiastica iudicia celebrentur, immi penitus auctoritate sit vacuum quidquid ab illorum fuerit constitutione diuersum.* Et paulo post. Sancti illi, & venerabiles Patres, qui in urbe Nicena Arrio cum sua impietate damnato manjuris usque in finem mundi leges Ecclesiasticorum Canonum condiderunt, & apud nos & in toto orbe terrarum in suis constitutionibus viuunt, & siquid usquam aliter, quam illi statuerant, presumitur, sine cunctatione cassinatur, utque ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, nulla constitutione varientur. Epist. 55. ad Pulcherriam de ijsdem Canonibus scribens ait. *Aduersus illa nibil audere conceditur, itaut si quis diuersum a iiquid decernere velit, se potius quam illa corrumpat, quo si ut oportet à cunctis Pontificibus intemerata seruentur per uniuersas Ecclesiias, tranquilla erit pax, & firma concordia: nullæ de priuilegijs ambiguitates, nullæ erunt de aliena usurpatione certamina.* Prærogativa Nicenorum Canonum ex primitur a sancto Leone. Primò, quod diuinitus eo priuilegio gaudeant, ut exteris etiam generalium Conciliorum Canonibus præcedant. Hinc nonnulli arbitrantur vniuersaliores Canones Nicenos circa iurisdictionalia esse de iure Diuino, quibus non libet nunc assentiū, nec refragari. Secundò addit consequenter Leoninem posse, vel de violatione, vel de ipsorum derogatione tractare. Tertiò cum addat ab illorum obseruantia vniuersalis Ecclesia pacem dependere, & ex eorum transgressione contentiones, litigia, alienæ iurisdictionis usurpationem emanare, videtur nullatenus licite, eos posse temerari. Quartò cum Canon Nicenus statuat indignum esse, ut ab externis iudicibus in prima instantia nationales homines iudicentur decerne-

re videtur, aut s̄epissime, aut semper non sine violatio-  
ne iuris naturalis, & Diuini hanc auocationem primarum  
instantiarum ab ordinarijs, & nationalibus iudicibus con-  
tingere. Quintò apparet quedam generalis promissio A-  
postolicæ Sedis tām circa Canonem nuper dictum de pri-  
mis instantijs, quām de reliquis Nicenæ Synodi; quod  
nunquam in finem vsque mundi violandi erunt. Sāctus Gre-  
gorius Papa lib. 7. epist. 53. magnam hanc prærogatiuam  
Nicenis decretis videtur detulisse, cum ideo statuat reueren-  
tiam summam aliorum Conciliorum generalium statutis  
præstandam esse, quia sectantur Nicenos Canones. Cum Sy-  
nodus Nicena proximè post martyria & persequitiones Im-  
peratorum fuerit celebrata, cum vtpote vicinior Christo, &  
Apostolis firmius & verius traditiones Ecclesiasticas me-  
moria conseruauerit, cum sanctissimi Episcopi pro Christo  
manibus, pedibus, oculis mutilati prædictos Canones fan-  
ixerint, cum ipsorum non pauci gratia miraculorum, prophe-  
tico spiritu, mortuorum resurrectione fuerint insignissimi,  
semper eorum decreta singularem prærogatiuam, & obser-  
uantia in tenuerunt.

Omnis, aut aliquos Nicenæ Synodi Canones esse de iu-  
re Divino arbitrantur nonnulli ex verbis Leonis nuper re-  
latis, & expensis; & ex verbis Iulij Primi, qui vbi numera-  
uerat nonnulla prædictæ Synodi decreta, atque in illis pro-  
ximè relatum Canonem de primis instantijs ab Ordinario  
Iudice non auocandis, hæc ait. *Ex his, & alijs, que tām ab  
hac sancta Sede, quām & ab Apostolis, eorumque successo-  
ribus sunt statuta, nihil præfatis Episcopis concessisti.* Ergo  
Niceni Canones iuxta prædictos Auctores, & præcipue il-  
le de primis instantijs à Iudice Ordinario nationali cognoscendis, ab Apostolis dimanarent. Verū nolumus huic opini-  
oni inniti; sed damus Nicenos Canones esse de iure posi-  
tiuo humano, at sanctissime, & religiosissime eos tota suspe-  
xerit antiquitas, omnes Romani Pontifices de illorum ob-  
seruantia curarunt, nulla abrogatione, aut dispensatione  
permitta; ergo incredibile est Romanum aliquem Pontifi-  
cem scientem, & volentem singularem aliquem Canonē ex-  
ijs, aut abrogatione, aut dispensatione annullare, illum præ-  
fer-

fertim de primis instantijs ab Ordinario Iudice non au-  
candidis, quem tanto verborum pondere sanxit Nicena Syno-  
dis, vt dicat indignissimum esse, si ab externis hominibus  
nationales homines iudicentur.

Cum anno 1512. hic Canon à nonnullis violaretur Leo  
X. in Concilio Lateranensi sess. 10. pag. 98. Tomi. 4. Con-  
ciliarum, part. 2. edit. Colon. anni 1618. vniuersis Patri-  
bus consentientibus illum denuo innouauit, roborauit, &  
stabilivit.

Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. statuit, vt cau-  
ſæ omnes, etiamsi beneficiales essent, in prima instantia co-  
ram Ordinarijs locorum terminarentur; neque ullo prætex-  
tu, aut colore cognoscerentur ab alijs, si non vellent eas *Sum-  
mus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signature  
Sanctitatis sue manu propria subscribendum committere,  
aut auocare.* Itaque litteræ omnes contra prædictum Nice-  
num Canonem, & Tridentinum subreptitiae sunt, si non in  
ipsis rescriptis sigillo munitis, & plumbatis coram Ordina-  
rio præsentandis appareat subscriptio nominis Sanctitatis  
sue propria manu scripti, nam petitiones, aut supplicatio-  
nes, super quibus breue Apostolicum fabricatur, non sunt  
specialia rescripta signaturæ. Tam perspicua & clara est  
mens Tridentinæ Synodi circa genus subscriptionis Ro-  
mani Pontificis, & circumstantias illius, vt per nullam de-  
clarationem, limitationem, aut subtilem considerationem  
possit in alium sensum defleci: *Quod si Auctoribus Serario  
in Proleg. Bibl. cap. 19. quæst. 1. 1. Delrio in disquisit. Mag.  
part. 3. lib. 6. cap. 1. sect. 3. Sanchez tem. 3. de Matrimonio  
lib. 8. disput. 2. Basilio Poncio lib. 5. cap. 13. §. 2. Ioanne  
Valero in differentijs vtriusque fori, verb. *Absolutio*, diffe-  
rentia 1. & verb. *Nullitas*, differentia 5. Bonacina de legi-  
bus, disput. 1. quæstion. 1. punct. 8. Vega in Summa, tom.  
1. cap. 62. Portel. in dubijs regularium, licet adeò sint  
venerantæ eminentissimorum Cardinalium declarationes  
circa loca similia; verumtamen solum sunt Doctorales, aut  
Magistrales, à quibus per probabiliora fundamenta, si appa-  
reant, licet discedere opinando: urgentier ratio est, vt de a-  
liorum expositionibus, aut declarationibus idē statuantur:*

Res de qua agitur tanti ponderis est ex promissione Apostolicæ Sedis de non temerandis usque in finem mundi Nicenisi decretis ex perpetua obseruantia Romanorum Pontificum, & ex dispositione Concilij Tridentini, ut non sine evidentibus, & irrefragabilibus argumentis violari queant ordinarij Iudicis munera, & priuilegia. Nec credendum sit, quod ait Pelagius supra relatus, Pontificem aliquem Romanum futurum, qui degradando, & dehonorando Prouincias Catholicas, & vniuersos earum Iudices ad extranea loca, & ad exterorum Tribunalia causam auocet in prima instantia.

Propter has, & urgentes alias causas plures sunt Pontificiæ dispositiones, & conciliares, ne cause Ecclesiasticæ alibi quam in proprijs Prouincijs in prima instantia ab Episcopis, vel Metropolitanis, vel Concilio Prouinciali, aut Primate cognoscantur: & ubi necessitas ita postulauerit demandantur recursus ad vicinam Prouinciam. Cap. Placuit, cap. Sc. tote, cap. De illis 6. quæst. 3. cap. 1. & per tot. 6. quæst. 4. locum inquiunt Iudicis ibi constitendum ubi res getæ sunt; ubi facilior partibus aditus citra expensam, citra periculum. Iuuat Concil. Calcedon. can. 9. Sardicense can. 4. 7. & 16. Mileuit. cap. 22. Innocent. III. in Concilio Lateranensi, prohibuit ne quis virtute literarum Apostolicarum ultra duas diætas à sua Diœcesi auocaretur. Cap. nonnulli 18. de rescriptis. *Ne reus fatigatus laboribus, & expensis liti cedere, vel importunitatem actoris redimere compellatur.* Bonifac. VIII. cap. statutum de rescriptis in 6. iustissimis de causis limitauit prædictam remissionem ad unam diætam. Concil. Basileense less. 31. decreuit in omnibus instantijs terminandas esse lites Prouinciarum, quatuor diætis à Roma distantium.

(?)

*An prima instantia in causis fidei ab ordinarijs locorum Inquisitoribus, cum Episcopis auocari queant ad Romanam Cursam. Caput*

*II. examinatio proposita.*

**F**VERE Graues Doctores Iurisperiti, & Theologi, qui arbitrarentur supremam Inquisitionem Romanam à Paulo III. suadente Beato Ignatio de Loyola erat anno 1542. saltem præueniendo potuisse, & nunc posse in quavis orbis terrarum parte primam instantiam auocare in negotijs fidei. Idcirco iuxta hanc opinionem quis, aut accusatione, aut delatione, aut testificatione in causa heresis præuentus fuerit ab Inquisitione Romana, nō potest ab illis ordinarijs locorum Inquisitoribus, quam Episcopis, vel eorum Vicarijs iudicari. Probatur dicta assertio ex litteris Pauli III. nuper relatis, quarum initium est. *Licet ab initio nostra, in illis hæc habentur. Ijs super negotio fidei Commissarijs, & Inquisitoribus Generalibus, & Generalissimis contra omnes, & singulos à via Domini, & fide Catholica aberrantes, seu de eadem fide male sentientes, aut alias quomodolibet de heresi suspectos, etiam absque ordinarijs locorum, etiam in causis in quibus ipsi de iure interuerire habent, inquirendi, & per viam Inquisitionis, vel investigationis, seu alias etiam ex officio procedendi, acculpabiles quescumque, seu suspectos præcedentibus indicijs, carceribus macipadi &c.* Hæ clausulæ manifestè demonstrant per illa verba. *Etiam absque ordinarijs locorum, saltem ad præventionem posse sine illis Romanam Inquisitionem ubique terrarum contra reos in causa fidei procedere: In reliquis que fidem non tangunt, senerissime prohibentur Generalissimi Inquisitores Romaniani, aut procedere, aut indicare per clausulā prædictarū litterarum. Alijs quam crimen heresis sapientibus delictis, & excessibus se intromittere queant.*

queant. Quoad causas autem & reos fidei cum incidētibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, & connexis omnimodam facultatem, & auctoritatem accipiunt prædicti Generalissimi Inquisitores, ut in quacumque instantia fuerint, fine debito terminent queuis negotia fidei. Qui verborū tenor satis demonstrat, etiam postquam ordinarij locorum, Inquisitores, & Episcopi de aliquo reo in causa hæresis, aut hæresim sapiente cognoscere cœperint, posse Inquisitionē Romanam eandem causam & reum sibi assumere.

Alij tamen Doctores certissimum esse credunt, nullam primam instantiam in causis fidei ab Inquisitione Romana auocari posse; etiamsi iudicium illa præuenerit ex delatione, aut accusatione, aut testificatione prævia. Itaque nullus Inquisitor, & Vicarius Episcopi, vel Episcopus potest priuari cognitione judiciali in prima instantia de causa hæresis circa reum sui territorij. Probant primò, quia Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. ait causas omnes, etiam si beneficiales sint in prima instantia coram ordinarijs locorum traſtandas, & terminandas esse: nec vlli congregatiōni, aut Tribunalī in toto orbe terrarum licere eas primas instantias sibi assumere, & auocare; ergo si quod ius Romana Inquisitio habuit ante Concilium Tridentinum ex litteris Pauli III. illud derogatum, & annullatum est prædicta sessione, & capite. Exceptio posita in ipso Concilio robustius firmat hunc sensum, cum ibidem decernatur solū Romanum Pontificem prædictas primas instantias ex virginibus rationibus auocare posse; & consequenter non credendas esse legitimas & validas similes auocationes, sed subreprias & nullas, si non fiant per speciale rescriptum signaturæ sanitatis suæ manu subscribendum; ergo penes ipsum dumtaxat Romanum Pontificem est ius auocandi primas instantias sub prædictis conditionibus, & limitationibus executioni mandandum. Ex hoc fundamento ijdem Doctores inferunt à fortiori nullam aliam congregationem Romanam, aut ex illis, quas Sixtus V. erexit anno 1587. aut ex alijs, quæ temporum decursu erigentur, posse in prima instantia cognoscere de negotijs ad Ordinarios Indices pertinentibus.

Probant secundò, idem intentum singulariter pro Regnis Hispaniarum, nam cum ex nova erectione Inquisitionis Romanæ per Paulum III. anno 1542. orta fuisset suspicio de priuilegijs, aut derogatis, aut limitatis, aut immutatis Inquisitionis Hispanæ, idem Pontifex anno 1544. expedituit litteras, quarum initium est: *Circumspecta Romani prouidentia Pontificis*, & in illis iurat in verbo summi sacerdotis non fuisse suæ intentionis quidquam pro ijs Regnis innouare: verba illius sunt. *Tenore præsentium in verbo Romani Pontificis attestamur nūquam intentionis nostræ fuisse, aut esse quod per constitutionem, aut deputationem nostrā, ac super illas confectas litteras officium Inquisitionis in quibuscumque Regnis, Provincijs, & locis, aut aliquibus personis officium Inquisitionis huiusmodi dicta Apostolica auctoritate exercentibus, seu facultatibus illis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sediem Apostolicam præiudicaretur, & quatenus per eandem constitutionem, aut deputationem nostram, ac de his per confectas litteras, quod præiudicium attinet, per præsentes reuocamus, cassamus, & pro nullis, & infectis baberi voluntus.* Ex quibus verbis manifestum est Inquisitionem Romanam nihil immutasse de iuribus, & consuetudinibus Inquisitionis Hispanæ; sed quemadmodum ante erectionem Inquisitionis Romanæ, neque præueniendo, neque interrumpendo poterat quisquam præter nationales Inquisitores auocare, aut assumere primas instantias causarum fidei; ita nec post foundationem Inquisitionis Romanæ prædicta iura Hispanæ Inquisitionis quoad primas instantias temerari, aut violari poterant; præsertim quatenus Concilio Niceno, Lateranensi, & alijs Pontificum decretis innitebantur. Quod si Paulus III. ex præfatis litteris anni 1542. aliquod præiudicium intulit Hispanæ Inquisitioni illud non ultra biennium durare potuit, cum anno 1544. reuocauerit, & annullauerit priores litteras in ijs, in quibus, aut limitare, aut innouare viderentur aliquid de iuribus, aut consuetudinibus Inquisitionis Hispanæ.

Tertio, idem intentum suadent ex litteris Sixti V. qui cum anno 1587. erexit quindecim congregations Car-

dinalium, ne per illarum erectionem ordinariorum, & iudicium competentium iura lessa viderentur, euulgavit declarationes nonnullas anno 1588. die undecima Maij, quarum prima est. *Si ante inchoatum iudicium coram aliquo iudice pars eorum congregatione conuenta renuerit in illam consentire, & noluerit causam à congregatione terminari tunc ad iudicem cōpetentem remittatur. Ex quibus clarè moutratur tunc solum sacras illas congregations posse iudicialiter cognoscere in prima instantia non prævia sententia Ordinarij, cū partes litigantes communī consensu veluti ad iudicem arbitram ad ipsas configunt.*

In secunda declaracione idem Pontifex alia addit, que prædictum sensu illustriorem reddere videntur. *Quod si coram aliquo iudice inchoatum fuerit iudicium; & deinde partes concordes congregationem adiuerint, tunc cōgregatio causam decidat, & acta ad se transportari faciat. Omnia hæc & singula verba ostendunt aperte, vt isti Doctores aiunt, nihil contra Nicenum Canonem, nec decretum Concilij Tridentini à Romanis Pontificibus ex certa scientia fuisse attenatum: nam cum vniuersales Patres sint, atque Pastores, nūquam degradare, aut dehonorare voluere Catholicas Provincias ad extranea Tribunalia primas instantias aduocantes.*

Ex præmissis ijdem Doctores inferunt ratione Concilij Niceni, & Tridentini grauiora, & urgentiora esse priuilegia Inquisitionis Hispanæ in prima instantia circa negotia fidei, & alia de quibus secundum ius, aut consuetudinem decidere, & iudicare solita est, quam ratione omnium litterarum Apostolicarum, quas ab anno 1485. sub Innocentio VIII. usque ad præsentem diem Regum fauore suffulta à summis Pontificibus impetravit. Id satis efficaciter probant collatione facta testimoniorum in utramque partem, quæ quoniam ex infra adducendis facile potest inferri, in ea inuestiganda non licet immorari. Nolumus in re pendente a iure positivo in alterutram sententiā inclinare, sed utriusque fundamenta examinative solum absque affirmatione, aut negatione producere.

(?.)

*De*

*De legibus Philippi II. anno 1593. pro executione predi-  
ctorum decretorum Concilij Tridentini, & Ni-  
ceni. Caput III. examinatione solum  
propositum.*

**P H I L I P P V S II.** in comitijs Matritensis annis 1593. legem tulit, quæ nunc est 59. lib. 2. titul. 4. nouæ recopilationis: ea iubet ne vio'atio prædicti decreti Concilij Tridentini de primis instantijs ab ordinario iudice non auocandis vlo vnquam loco, aut tempore in subditis sibi Provincijs permittatur. Regiam auctoritatem pro executione eiusdem decreti supremo Castellæ Senatui commisit; nam eidem iam olim lege 62. eiusdem tituli, & lib. & lege 82. pro vniuersis clausulis Concilij Tridentini executioni mandandis similem etiam Regiam virtutem, & auctoritatem executricem demandauerat. Id sibi licere arbitratus est Rex Catholicus: Primò, nam Christiani Principes sunt extraordinarij Patres, & Protectores Ecclesiæ, & commissarij obseruandorum Conciliorum, & Canonum. Secundò, quia ijdem Christiani Principes executores sunt Concilij Tridentini ab ipso Concilio, & Pio IV. specialiter designati; quod pluribus testimonij probant communiter Doctores quorum nonnulli allegantur à Narbona lib. 2. titul. 4. lege 59. glossa 2. Tertiò, nam idem Concilium sess. 25. cap. 20. prouocat Principes Catholicos ad imitationem antiquorum, illis verbis. *Imitantes anteriores, optimos, religiosissimosque Principes*, at multi ex his de obseruantia, & executione sacrorum Canonum erant solliciti, illamque promouebant legibus, & potentia; ergo ijdem præstatre nunc possunt Catholici Principes. Quartò, nuper dictum legem Philippus euulgavit, quod multorum esset opinio in Concilio Tridentino non panca esse decreta, quæ Hispani Reges cedentes iuri suo dubio, aut opinabili libenter admisserunt; cum tamen Reges Galliæ, & nonnullæ Provinciæ nunquam se submittere voluerint legibus eiusdem.

dem Concilij, neque eas in suis ditionibus acceptauerint. Propterea grauium virorum opinio fuit initum fuisse pactum, aut contractum, aut quasi contractum inter Ecclesiā, & Principes Christianos, vt si hi decreta prædicti Concilij in suis Regnis, & dominijs sanxerint, & susceperint, tproteftores, & executores fint eiusdem Concilij, & singulorum, quæ in eo continentur: itavt ipsis iniuitis, nec derogari, nec annullari, nec sine causa dispensari valeant. Iuxta hos Doctores iinitentes doctrinæ Gersonis tom. 4. conclus. 3. super ludo stultorum, Stephani Anfredij tractatu de potestate seculari reg. 2. num. 31. & aliorum Doctorum in Gallia tractantium de protectione Regia Concilij Constantiensis, & Basiliensis, intercessit hoc pactum. Ecclesia donat Principi Christiano protectionem, & executionem Conciliorum, dummodo ipse ea acceptet etiam in iurisdictionibus, quæ sub dubio, aut opinione versantur; Princeps cedit cuicunque iuri, & acceptat in suis dominijs singula decreta, simul que assumit munus protectoris, & executoris eorumdem Canonum, & decretorum: ex quibus iuxta hos Doctores fit, vt neque Ecclesia dissentiente Principe, nec Princeps dissentiente Ecclesia prædictos Canones, & decreta violare queant; nec liceat vñquam dispensatio nisi cum conditionibus præscriptis sess. 25. cap. 18. Quoniam verò hic contratus, aut quasi contractus opinionis prædictæ grauissimis Doctoribus displicuit, quod per illum nimis arctaretur Ecclesiæ potestas, nec ipsa videretur superior suis legibus ratione pacti cum Principibus insti, vt illas absque horum consensu dispensare, aut alterare non posset, alia media excogitata sunt, quibus ratione protectionis, & executionis ijdem Principes impedire queant, ne aut Concilij Tridentini, aut aliorum generalium Conciliorum decreta, & Canones violentar.

Ad quorem intelligentiam supponunt graues Autores, aut iure Diuino, aut saltem ex voluntate fidelium, & immemoriali seculorum præscriptione Catholicos Principes esse Protectores Ecclesiæ, quod exprimitur sess. 25. cap. 20. Concilij Tridentini illis verbis. *Quos Deus sanctæ fideli, Ecclesiæque Protectores esse voluit.* Similiter eus exē-

ctores esse decretorum, & Canonum Pius IV. & præfatum Concilium aperte declarant. Hinc vatis media propoſuerūt Doctores prædicti, quibus licet impedire queant Principes violationem decretorum, & Canonum. Primum ex munere executoris, de quo communis sensus est, quem expressit Caceres glossa 28. de executoribus testamento, pag. 561. editionis Methymnensis in illis verbis. *Supposito quod executor sponte, vel iniuitus acceptauit, & exercet officium executoris testamenti cum fuerit nominatus ad satisfacendum illi, qui eius fidem, bonitatem, solertiamque probauit; videtur quodammodo creditor eius existere iuxta Iuris consuetudinem in lege 1. & qui non exequitur, obnoxias remanet ad reddendam rationem, & de suo luere quod malefecit.* Quæcumque ab Auctoribus scribuntur de executoribus testatorum, eadem dicenda credunt de executoribus Conciliorum, itaut Principes, qui hoc munus acceptarunt, sint vere creditores præstandæ executionis, & grauissime peccent, si permittant ipsorum Conciliorum decretorum, aut Canones temerari, aut violari ergo per Regiam auctoritatem, & vim quam vniuersalis Ecclesia implorat à Principibus Catholicis, possunt impedire ne ab ullo Ecclesiastico, aut laico executio Concilij possit impediri. Secundò, ex munere Protectorum eandem assertionem persuadent; debent enim Principes ratione illius tueri, & protegere singula decreta, & Canones ne ab ullo magistratu laicò, aut Ecclesiastico violentur; non quod iurisdictioniter, vel auctoritatue id præsent, sed vi paterni muneris, aut correctionis fraternali executiuæ, impeditiuæ culparum, quæ in violatione Canonum, & decretorum, aut eorum dispensatione sine causa, aut per subreptionem contigerint. Non spestat ad Principes ex munere prædicto Ecclesiasticos transgressores Conciliorum punire; bene tamen impedire transgressionem in fieri.

Tertiò, cum facri Canones, & leges quoad viam diretiuam obligent etiam supremos Principes Ecclesiasticos, nec sine graui culpa, & scandalo ab ipsis violari possint, fit, vt ex mandato Diuino apud Ecclesiasticum, cap. 17. *Vnicuique mandauit Deus de proximo suo teneantur impec-* dire

*Et alijs recursibus.*

teris quas ipsi Apostolica Sedes concessit, vt constabit ex infra referendis.

Fortassis arbitretur aliquis decretum Concilij Tridentini, de primis instantijs ab ordinario Iudice non auocandis fauere non posse Hispanis Inquisitionibus, quod illæ delegatam potestatem habeant non ordinariam; ac proinde ordinarij locorum appellari nequeant, de quibus dymtaxat Synodus Tridentina locuta est. Verum hæc obiectione nullius est ponderis: primò, quia etiam alijs plures habentes iurisdictionem quasi Episcopalem verè ordinarij sunt, in quibus nullus adest Episcopus, vt Abbates iurisdictionem Episcopalem habentes ex priuilegio Apostolico, & alijs similis. Secundò, est duplex genus ordinariorum, aliud eorum, qui annexam habent potestatem ex iure Diuino, vt Episcopi; aliud ex destinatione, vel priuilegio Pontificis, penes quem est omnis iurisdictio originaliter: & hoc postremum etiam iuxta omnes Doctores comprehenditur cap. 20. sess. 24. Concilij Tridentini, ita ut verè sint ordinarij Rectores quarundam Academicarum, Abbates non pauci, omnes Inquisitores, & similes alij. Tertiò Inquisitores particularium Prouinciarum supremæ Inquisitioni Hispanæ subditi simul cum ordinarijs locorum iudicant, ita ut adhuc simul in sententijs ferendis de negotio fidei Episcopus, aut illius Vicarius; ergo integrum Tribunal habet in se verum nomen Iudicis ordinarij, cum illud componatur ex ordinario loci, & ex delegatis Inquisitoribus. Propterea quando alia decesserint omnia, & Inquisitores locorum non essent ordinarij Iudices ex delegatione Apostolica ratione præsentia Episcopi, aut Vicarij illius, primæ instantiæ de negotijs fidei ad alia externa Tribunalia auocati non poterant.

*De primis instantijs,*

dire Catholici Principes transgressiones suarum legū, quæ cùm peccato à summis etiam Principibus Ecclesiasticis dimanauerint. Hæc recitauimus ex alijs, & examinative tantum proposuimus ad declarandum nonnulla ex illis fundamentis, quibus Doctores nonnulli vti consueuerunt ad tuendas leges Philippi II. initio huius capitis propositas, & similis alias, quas prisci Imperatores, & Principes pro executione, & protectione sacerdotum Canonum promulgarunt. Addunt alijs semper esse præsumendum de Ecclesiastico Principe, quod laudabiliter gessere Imperatores, & Reges, at Justinianus Authent. vt defend. iul. §. si verò contigerit, & §. si verò, hæc iubet ne cogantur litigantes relinquere proprias Ciuitates, & Prouincias; idem igitur præsumendum de Ecclesiasticis Pastoribus. S. Bernardus lib. 3. de considerat. cap. 2. plura in hanc rem contulit.

*Vtrum singulare aliquid habeat extra ius commune  
Inquisitio Hispana circa primas instantias.*

*Capit. IV. assertive proposi-*

*tum.*

Huius dubij facilis est resolutio, nam ex præmissis certe constat pro taendis primis instantijs ordinariorum in causis Ecclesiasticis nullis esse posse leges, aut indulta, quæ vniuersalis, & efficacius eorum iura tueantur, quam quæ in superioribus sunt producta, cum ex Concilio Niceno, & Tridentino nullum Tribunal, aut Index orbis terrarū possit licet, aut validè primas instantias ordinarij Iudicibus usurpare. Solus Romanus Pontifex ex urgentissimis fundamentis, si locum habeant, & robur sine degradatione, aut dehonoratione fidelium Prouinciarum, & regionum, vt monuit Petrus agius Pontifex, cap. Scitote, valet sibi primas instantias assumere, dum tamen per speciale rescriptum signaturæ propria manu subscriptum, id præstet. Quoad primas instantias pertinet nihil amplius, aut illustrius habet Inquisitio Hispana in omnibus, & singulis Apostolicis lit-

*Litteræ Apostolicæ summarie propositæ de Iuribus, & priuilegijs Inquisitionis Hispania in omnibus instantijs. Cap. V. recitatue solum propositum.*

**N**E quidquam maneat in obscuro circa primas instantias, & vt ea, quæ singularia habet Hispana Inquisitio facilius inuestigentur necesse est recitatue dumtaxat proponere Apostolicas litteras, quæ de primis, & postremijs instantijs prædictæ Inquisitionis tractarunt.

Dominus Ioannes Aluarez de Caldas occasione quā rūdam assertionum Complutensis Academiac, de quibus simul in Romana Curia, & in Hispania causa fuerat incohata syllabum, seu breuiculum fecit litterarum Apostolicarum circa iuristi & ionem Inquisitionis Hispaniæ pro informando Catholico Rege Philippo III. anno 1602. Eudem syllabum prout est in monumentis Consilij Status Regij breuisime perstringam. Innocentius VIII. tres litteras expedituit anno 1485. & 1486. in quibus dicitur: *Non ad nos, seu Sedem Apostolicam, sed ad te debeat appellari.* Alexander VI. anno 1494. superiores litteras confirmat, & ampliat, vt intelligantur de quibuscunque causis, & negotijs officiū Inquisitionis conceruentibus cum illorum dependentijs, & emergentijs. Julius II. anno 1507. & Leo X. anno 1518. & Adrianus VI. anno 1522. eisdem ferè verbis superiores litteras confirmavit. Clemens VII. anno 1524. & iterum anno 1529. & Paulus III. anno 1539. omnes anteriores prædecessorum Builas repetunt, & confirmant. Singulare illud est, quod Paulus III. anno 1544. postquam primus omnium exererat Inquisitionem Romanam dicat in quibusl. in litteris Apostolicis sub iuramento in verbo Romani Pontificis se nihil innouare, aut immutare voluisse de iuribus antiquis Inquisitionis Hispaniæ propter erectionem Romanæ Inquisitionis, quam bientio ante fundauerat, vt in præcedentibus expensum est. Iulius III. anno 1551. omnes

nes supra relatas Apostolicas denuo firmat, & extendit ad quascumque causas quoquo modo pertinentes ad Inquisitionem Hispanam, & subdit se omnem suam potestatem in causis sanctum Officium quoquo modo tangentibus Hispanæ Inquisitioni tribuere, ac si nihil in sancta Sede de iurisdictione reseruaretur. Gregorius XIII. anno 1572. sigillatim prædictorum omnium brevium mentionem facit, & omnia in ipsis contenta denō firmat. Similia sunt, quæ habentur in litteris Clementis VIII. anno 1596. & anno 1599. & expresse subdit, vt prædictæ litteræ ad ea omnia extendantur, de quibus solita est cognoscere Inquisitio Hispana, siue de iure, siue de consuetudine. In litteris anni 1595. idē Pontifex committit denuo Inquisitori Generali causam librorum cognoscendorum.

Addit prædictus Dominus Ioannes Aluarez de Caldas alias litteras Apostolicas ad probandum subreptitias fuisse litteras, quæ contra fautores assertionum Complutensium emanarunt in Romana Curia: nam Alexander VI. anno 1498. expedituit litteras declarantes non esse acceptandas veluti subreptitias Bullas quaslibet, in quibus aliquid contineatur aduersus iura Inquisitionis Hispaniæ. Similes alias dedit pro declaranda hac subreptione Clemens VII. anno 1524. & addit, nisi forsitan cōfenserint Reges Catholicci. Sextus V. in erectione quindecim congregationum ait, se nihil immutare velle de iuribus Inquisitionis Hispaniæ, vt propterea si in simili causa, siue impressarum conclusiōnum, siue editorum librorum in Hispania, siue aliarum delationum ad huiusmodi officium Inquisitionis pertinentiā litteræ quæcumque in Romana Curia aduersus Hispanum quilibet impetrarentur, veluti subreptitiae acceptandæ non sint nisi cum prædictis cōditionibus, & limitationibus. Tandem prædictus Dominus Ioannes Aluarez de Caldas plures litteras Apostolicas compilauit, ex vi quarum iam omniam Inquisitionem Hispanam de quibuscunque libris scriptis, aut impressis, & de quibuscunque propositionibus, & assertiōnibus cognoscit. Paulus III. anno 1539. specificat causam librorum cognoscendorum, vt propriam Hispanæ Inquisitionis in suo territorio. Iulius III. semel anno 1550. & ite-

## *De primis instantijs,*

tum anno 1554. Paulus IV. semel anno 1558. & iterū per alias litteras anno 1559. & iterum per alias anno 1560. Pius V. anno 1564. & Gregorius XIII. anno 1572. Non paucæ ex litteris Apostolicis relatis sunt in antiquissimis expurgatorijs Hispaniæ, aut referuntur a Iacobo Castellano in compendio, fol. 57. 62. 70. 92. 137. aut proponuntur in Bullario magno: alia verò ex monumentis Regijs constant, & ex arcaniis tabularijs, tūm Consilij Status, tūm Senatus Inquisitionis supremæ, quemadmodum liquet ex prædicto syllabo, aut breuiculo Domini Ioannis Alvarez de Caldas, primum in supremo Inquisitionis Senatu Decano, deinde Episcopo Ovetensi, tandem Abulensi. Omnes præmissas litteras Apostolicas, & plures alias denuo contulit in vnam summam D. Ioannes Dionysius Portocarrero è supremo Senatu Inquisitionis Hispanæ, occasione cuiusdam prohibitionis, quæ à sacra congregatiōne de indice emanuerat anno 1628. & similiter occasione citationum personalium quas eadem sacra congregatio intimabat aduersus Hispanum quendam Auctorem anno 1631. 1632. 1633. ipsum à nationalibus iudicibus in prima instantia separare contendens. Propterea multis modis, & vijs constat de fidelis allegatione, & authentico robore breuium Apostolicorum, que produximus solum recitatue, nihil circa illa ccm mentantes, aut afferentes.

*Decreta, & gesta nonnulla Regum Hispanie præser-  
tim ne auocarentur prima instantia Ordinariorum in  
negotio fidei. Caput VI. recitatue solum  
propositum.*

**Q**uæ gesserit Philippus II. post Concilium Tridentinū, vt leges sacras de primis instantijs tueretur, retulimus cap. 3. nunc expedite ea, quæ ab illius progenitoribus facta sint, recitatine dumtaxat exponere. Supponere tamen oportet gloriosissimos, & religiosissimos Principes arbitratos esse sui munēris finisse tueri, protegere, & executioni man-

## *Et alijs recursibus.*

mādere sacros Canones, & Apostolicas litteras prōpter ea fundamenta, quæ tertio capite producta sunt. Referre expedit aliorum Regum gesta, & decreta extrahendo nonnulla ex illis, quæ Dominus Ioannes Alvarez de Caldas proxime relatus in breui summario produxit occasione prædictarum Complutensium assertionum, & quæ copiosus D. Ioannes Dionysius Portocarrerus in supremo Inquisitionis Hispanæ Senatu in vnum summarium contulit. Ferdinandus Rex Catholicus anno 1487. vigesima prima Decembribus die, vt protector Concilij Niceni, & sacrorū Canonum, impediuit ne litteræ quædam è Romana Curia missæ ab Inquisitoribus Barchinonensis acceptarentur, vt constat ex tabularijs prædictæ Inquisitionis Barchinonensis, id fecit Rex ne prima instantia, & alia iura à Sede Apostolica Hispanie concessa lacererentur ipso inaudito, & Sede Apostolica incōsulta; hoc fuit ministeriū executiū, aut executio ministerialis omni iurisdictione destituta, quā Ecclesia Principibus, cōmendat ipsis iubens, vt sic segerant quemadmodū in sequentibus innotescet. Anno 1505. idem Rex Catholicus Iulio II. scribit pro reuocanda cōmissione, quæ à sacra Rota emanarat circa causas nonnullas sancti Officij in prima instantia, vt constat ex lib. 2. de Regijs decretis in tabularijs supremi Senatus Inquisitionis, fol. 244.

Anno 1509. idem Rex pragmaticā sanctionem sub gratiib⁹ pœnis euulgat cōtra intimantes, aut figentes litteras è Curia Romana circa Inquisitorum causas, ipso incōsulto, si non prius constet subreptitias non fuisse, & absque iussione villa primæ instantiæ, & aliorum iuriam ad Inquisidores pertinentiū. Sic se gesit, quod quia vt tutor, & executor sacrorū Canonum id sibi licere existimabat, & quia nonnullæ Apostolicæ litteræ ita generaliter præscriperunt, atque vt alij volunt propter varios titulos inferius recitādos. Anno 1510. idem Rex Inquisitoribus Hispanis iubet, vt cohabeant eū qui litteras Romanæ Curæ intimauerit ipso non cōsulto. ex lib. 3. pro schedulis Regijs, fol 71. Id præstitit, vt protector, & executor Concilij Niceni, & sacrorū Canonum ne iusta prima instantia, & legitime alii Apostolicæ litteræ violarentur. Anno 1513. idem Rex Archiepiscopo, &

## *De primis instantijs.*

Proregi, & Inquisitori Cæsarangustano mandat, vt notarios, & officiales impediāt, qui litteras è Romana Curia inti mauerint pro citandis, & euocandis quibusdam Inquisitoribus ad sanctam urbem, vt constat ex lib. 3. proxime relato fol. 208. id fecit pro tuendo Canone Niceno, & intra Regnum conservanda prima instantia. Anno 1519. Carolus V. Imperator, & Rex plura similia exempla dedit à Domino Joanne Alvarez de Caldas relata, & reperiri ait in libris decretorum regalium lib. 5. fol. 36. 106. 107. 108. 109. lib. 7. fol. 164. 169. 170. 178. 187. vbi de causa Archiepiscopi Tol. & eodē lib. 7 f. 305 vbi de causa Episcopi Vrigoléfis, & lib. 8. p. 1. fol. 174. & p. 2. fol. 2. 18. 34. 61. 65. 66. 67. 81. 82. 87. Sed nonnulla in specie declarare oportebit. Leo X. ad se aduocauerat per speciale rescriptum causam Dida ci de las Casas, & aliorum, quos Inquisitio Hispana secretis carceribus inclusuerat, conqueritur Carolus V. mandatum esse nouum, & Hispaniæ valde noxiūm esse repräsentat, ac proinde subreptitiè impetratum contra decreta Concilij Niceni, lib. 11. pro Regijs decretis, fol. 55. 56. Existimauit Carolus cum Pelagio Papa similes auocationes non fieri absque degradatione, & dehonoratione Provinciarum, quā nunquam Romani Pontifices intenderunt. Eodem anno idem Imperator, & Rex Hispaniarum scribit Romano Pōtifici, & Cardinalibus pluribus super non auocanda causa Joannis Prat ad Romanam Curiam, & monet se ea auocatione grauari, vt constat ex lib. 11. pro decretis Regijs, fol. 72. 74. 75. id præstítit ad conservanda iura primæ instantiæ, & ne aut degradaretur, aut dehonoraretur Provincia Catholica, ac si omnes illius iudices essent suspecti, iuxta mentem, & verba Pelagi Pontificis, & vt tueretur alios sacros Canones. Simile quid præstítit prædicto anno idem Carolus, vt patet ex eodem libro nuper relato fol. 77. 78. 88. quod auditor Cameræ Apostolicæ assumpserat in prima instantia causam Bernardini Diaz, qui absens, & fugitiuſ ab Inquisitoribus Toletanis fuerat proscriptus. Præterea gravissimas protestationes coram sanctitate sua fieri iussit idem Carolus, quod prædictos Inquisidores Romani quidam Iudices ob eandem causam Bernardini Diaz excommunicas sent,

## *Et alijs recursibus.*

91

sent. Idem Carolus anno 1519. cum circa potestatem Inquisitorum Hispaniæ, & eorum electionem, & nominatiōnem nouæ litteræ Apostolicæ contra prisca indulta, & iura primæ instantiæ postularentur, monuit illas aperioribus habendas, & reputandas, vt infraeatas, & noxiās, quod notum fit ex lib. 11. Regalium decretorum, seu schedularum, fol. 93. & fol. 98. Similia gesta referuntur eiusdem Imperatoris ex anno 1522. lib. 4. Regalium decretorum, p. 2. fol. 39. & anno 1524. lib. 8. p. 1. fol. 172. & anno 1525. lib. 5. fol. 34. & anno 1534. fol. 122. lib. 4. p. 2.

Philippus II. antequam legem illam de primis instantijs non auocandis anno 1593. euulgasset plura huius rei documenta præstítit.

Anno 1571. cum Civitas quædam grauiter lœsisset iuria sancti Officij iussit, vt orator Romanus summum Pontificem adiret; ne ea in causa per rescripta quidquam prouideret, quod id fieri non posset sine violatione iurium huius Regni, & dehonoratione Maiestatis Catholice: patet ex libro exemplarum Aragoniæ, fol. 148. atque id fecit, vt primas instantias tueretur.

Anno 1572. vt constat ex lib. 9. Regalium decretorum fol. 104. cum litteræ emanassen t à Romana Curia admittentes appellationem, & auocantes causam Inquisitionis Hispanæ ad urbem, iubet Philippus II. vt prædictæ litteræ ad se mittantur, quod ex Iulij III. & aliorum Pontificum voluntate absque Régum Hispaniæ consentio, nihil simile præstari valeret.

Anno 1582. & anno 1583. recursus ad Romanam Curiam contra iurisdictionem Inquisitorum Hispaniæ impedire curat Philippus, vt constat ex registro Inquisitionis Aragonensis fol. 11. 12. 13. & ex lib. 5. Regalium decretoru, fol. 200. 227. 359. & ex lib. 6. fol. 157.

Anno 1583 cum ex litteris Apostolicis omnis cognitio in causis fidei Hispaniæ Inquisitioni commissa fuerit per omnes instatiās, monuit Pontificem ne villas penas illatas ab Inquisitoribus, aut dispensatione, aut relaxatione indulgeret, ex lib. 10. Regalium decretorum, fol. 176.

Anno 1587. iubet ne Inquisitor Sardiniae ex ea Provin-

## *De primis instantijs,*

uincia discessit etiam post præceptum de personalitate Romæ comparendo: & graues minas interminat cōtra intimantes inhibitionem, aut citationem: ex lib. 2. Regalium decretorum fol. 354. Id ita præstitum, quia ex litteris Julij III. sine consensu, & scientia Regum Hispaniæ similis citatione non potuit executioni mandari: alij alios titulos hoc factum honestates adducunt, quos in hoc tractatu referimus.

Libro octavo Regalium decretorum, & lib. 11. Coronæ Aragonensis plures sunt litteræ supplices Philippi II. ad Pontificem, ne villas appellations admittat Inquisitorum Sardiniae etiam in causis ciuilibus.

Libro decimo Regalium decretorum, fol. 99. aliæ habentur litteræ Philippi II. pro non admittendis recursibus ab Inquisitione Hispana ad Rontanam Curiam quemadmodum concessum est in pluribus litteris Apostolicis.

Hec & alia similia gesta Regum Hispaniæ cum sacros Canones, & Concilia, & litteras Apostolicas sibi concessas ruerunt, & per Regiam auctoritatem, & potestatem impediunt, ne villatenus ab Ecclesiasticis, vel secularibus violentur, iniuriantur aliorum Regum, & Imperatorum facta, quæ interdum facta à Romanis Pontificibus approbata. Anastasius Papa epist. 1. ad Ioannem Hierosolymitanum laudat Imperatores, quod cogerent tam Ecclesiasticos, quam laicos ad executionem sacrorum Canonum, & eorum transgressionem impedirent. Concilium Ephesinum propterea laudauit Theodosium Imperatorem. Idem præstitit Leo Magnus epist. 7. & 45. ad Leonem, & Marcianum Imperatores. Notanda eius verba epist. 75. ad Leonem Augustum.  
*Sic debes incunctanter aduertere Regium potestatem tibi, nō solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatum, aut casus nefarios comprimendo, & quæ bene statuta sunt, defendas. Non aliud est defensionis modus eorum, quæ bene per sacros Canones, & Concilia, & litteras Pontificias statuta sunt, nisi impediendo ne violentur, etiam à Magistris Ecclesiasticis. Quæ autem iam peccata commissa sunt aduersus sacra Concilia ab Ecclesiasticis, non debent à Principibus puniri, id enim excedit munus prote-*

## *Et alijs recursibus.*

92

ctoris, & executoris, & inuoluit iurisdictionis potestatem; quam in Ecclesiasticos exercere nequeunt. Pertinet soluni ad illos impedire ne siant tūm ratione prædicti muneris, & commissionis Ecclesiæ, tūm propter generale mandatum Dei, quo dicitur, *unumque mandauit de proximo suo.* His principijs innixi Reges Hispaniæ primas instantias Inquisitorum, & ordinariorum, vt assertas à Concilijs Generalibus tuerintur, nullatenus permittentes, vt ab vlo Ecclesiastico Magistratu cum præjudicio sacrorum Canonum, & fidelium Prouinciarum temerentur. Singulariter hanç formam procedendi licitam esse Regibus Hispaniæ circa negotia fidei, persuadent graues Doctores ex litteris Alexandri VI. anno 1498. Septembri 17. quæ habentur lib. 1. bullarij manuscripti, tit. 3. bull. 5. fol. 95. in quibus declaratur subreptitia esse breuia, quæ immutauerint aliquid de iurisdictione Inquisitionis Hispanæ. Hæc sunt, quæ ex alijs referre debuimus ea tantum recitatue, & examinative solum proponentes. Plura alia quibus hæc gesta ab alijs honestantur in decursu huius tractatus producentur.

*Referuntur e Apostolica littera, quæ in causis fidei prohibent recursum appellationis ab Inquisitione Hispana. Caput septimum non recitatum; tantum propositum.*

**N**on loquimur de causis doctrinarum, quæ sub dubio, aut lice versantur, an sint, vel non sint fidei contraria: nec de illis, quæ pro se magnos habent Doctores, & dubium est, an sint, vel non sint ab Ecclesia condemnata: cum circa illas omne iudicium humanum fallibile sit, nec infallibilitatem in decernendo, aut declarando veritatem possit Apostolica Sedes alijs delegare, n̄ in ipsa priuatiue subsistit, vt notum est. Propterea in his casibus in

## *De primis instantijs,*

inconsulto Romano Pontifice nihil possunt decernere villa orbis Tribunalia, quod veluti indubitatum axioma supponunt Doctores vniuersi Theologi, & Iurisperiti. Tractamus dumtaxat de causis illis, in quibus supposita legitima probatione facti, aut indubitatum est continere haeresim, aut errorum, aut saporem, vel suspicionem haeresis, & erroris, aut scandalosam, aut temerariam, aut piarum aurium offenditatem in negotio fidei, & doctrinæ, & religionis iuxta præscriptas leges à sancta Sede, & Doctoribus, quas alibi declarauimus.

In his postremis causis continentibus absque dubio proximè relatas censuras supposita probatione sufficienti dictorum, aut factorum, sequentes clausulae Apostolicæ decernunt quid iuris habeat Inquisitio Hispana circa impediendos recursus appellationum ad Romanam Curiam.

Innocentius VIII. anno 1485. 1486. tres litteras Apostolicas expedivit, quæ (vt refert Dominus Ioannes Alvarez de Caldas in summario, cuius meini nimis cap. 5. & D. Ioannes Dionysius Portocarrero) reperiuntur in archiuis, & tabularijs supremi Senatus fidei. Hæ tres bullæ habent tit. 1. lib. 1. bullarij manuscripti, fol. 5. & 6. & sunt quarta, quinta, & sexta. In illis autem prohibetur recursus appellationis à supremo Inquisitore etiam ad sanctam Sedem illis verbis. *Non ad nos: seu Sedem Apostolicam, sed ad te debet appellari.* Idem Pontifex anno 1487. aliud breve expedit, quod est in tom. 2. bullarij manuscripti, lib. 1. bull. 2. fol. 44. in eo decernit, quod si aliqua causa simul fuerit Inquisitorum, & Episcoporum à sententia Inquisitionis appellari non possit; benè tamen à sententia Episcopi.

Alexander VI. anno 1494. vt constat ex lib. 1. bullarij producti tit. 1. bull. 3. fol. 3. confirmat quatuor nuper relatas litteras Apostolicas Innocetij, & eas ita ampliat, vt dicat negandum esse recursum appellationis, pro quibus cunctis causis, & negotijs officium huiusmodi concernentibus, & illorum dependentijs, & emergentijs. Idem Pontifex anno 1500. iubet per alias litteras nullam fieri appellationem ab Inquisitione Hispana ad Romanam Curiam, sed omnem cog-

## *E alijs recurribus.*

cognitionem, & recursum in supremo Inquisitore terminari. ex lib. 1. bullarij relati, tit. 1. bull. 8. fol. 12. & bull. 9. idem statuit anno 1502. Maij die 15. vt constat ex lib. 1. bullarij, tit. 2. bull. 6. f. 1. 47.

Iulius II. anno 1507. die 4. Ianuarij. & die 9. Nouembris expedivit duas litteras Apostolicas pro generali Inquisitore Argonie Ioanne Engerra continentibus proxime relatas clausulas Innocentij, & Alexandri, & habentur lib. 1. bullarij dict. cit. 1. bull. 10. fol. 13. & tit. 2. bull. 8. fol. 50. & eadem iura, & privilegia tribuit supremo Inquisitori Castelle Francisco Ximenio, vt constat ex lib. 1. bullarij, tit. 2. bull. 7. fol. 49. Facta est separatio duorum generalium Inquisitorum, quod mortua Estabeta Regna Ferdinandus hereditarium Aragonie Regnum adiunxit, & Philippus I. Ibernicula Castelle tenere coperit.

L' o. X. anno 1513. die 31. Maij expediti litteras, quæ habentur lib. 1. bullarij, tit. 2. bull. 9. fol. 50. in quibus prohibet sub pena excommunicationis ne aliquod Tribunal Ecclesiæ, ut per viam appellationis, aut aliter cognoscat de pertinentibus ad Inquisitionem Hispanam in villa instantia. Eodem anno die 15. Iulij, & lib. 1. bullarij, tit. 1. bull. 12. fol. 13. idem Pontifex prohibet omnem recursum etiam per appellationem ab Inquisitione Hispana. Similes aliae litteras Apostolicas dedit anno 1516. idem Leo die 13. Nouembris, & anno 1518. die 4. Martij, quæ habentur lib. 1. bullarij, tit. 1. bull. 13. fol. 20. & bull. 14. fol. 23.

Arianus VI. anno 1523. die 10. Septembris, vt constat ex lib. 1. bullarij, tit. 1. bull. 15. fol. 26. in litteris Apostolicis repetit, & confirmat quæcumque ex præcedentibus producta sunt.

Clemen. VII. anno 1524. die 6. Ianuarij dat litteras Apostolicas, quæ habentur lib. 1. bullarij, tit. 2. bull. 25. fol. 74. in quibus prohibet, ne cause ad Inquisitionem Hispanam pertinentes in villa instantia, neque per viam appellationis ad Romanam Curiam deportentur, nisi de consensu Regum Hispanie: dixerat ruper. Quomodo cumque appellari contigerit ad pro tempore existentem Inquisitorem generalem, non autem ad Sedem Apostolicam, ac si nihil de iuri.

## De primis instantijs;

exsuffione sibi reserveruerit, appellandum fore, anno 1539: die 11. Decembris iterum proximè dictas litteras confirmat ex lib. 1. Bullarij, tit. 2. bull. 29. fol. 85.

Paulus III. anno 1534. die 21. Decembris ut liquet ex lib. 1. Bullarij, tit. 2. bull. 31. fol. 85. litteras expedivit confirmantes proxime relatas bullas Clementis VII. cum omnibus, & singulis in eis contentis. Idem Pontifex anno 1539. Septembri die septima, vt habetur lib. 1. Bullarij, tit. 1. bull. 18. fol. 32. per speciale rescriptum confirmat litteras Leonis, & Clementis, & inter alia subdit. *Appellationes, ac prouocationes quascumque ad alium, vel alios, quin ad te, etiam ad nos, & Sedem Apostolicam interponendas, sit irritum, & inane, &c.* His in litteris Inquisitioni Hispanæ expresse committit prohibitionem, correctionem, & expurgationem librorum. Aliæ huius Pontificis litteræ superioribus capitibus allegatae sunt, quæ magnum momentum habent ad præsens institutum. Anno 1540. die 18. Februarij, idem Pontifex alias dedit litteras, quæ omnes relatas hactenus confirmant, vt habetur lib. 1. Bullarij, tit. 1. bull. 19. fol. 35. simile rescriptum produxit anno 1547. die 20. Ianuarij, & liquet ex lib. 1. Bullarij, titul. 1. bull. 20. fol. 39.

Iulius III. anno 1551. Decembris die 15. litteras expediuit Apostolicas, quæ habentur lib. 1. Bullarij, tit. 2. bull. 2. 32. fol. 88. quarum meminimus cap. 5. vbi omnes anteriorum Pontificum Bullas confirmat ad quæcumque negotia quomodolibet annexa, connexa, dependentia, & emergentia, & pertinentia ad sanctum Officium.

Gregorius XIII. & Sixtus V. similes alias litteras expedierunt; verum sat est ex Clemente VIII. duas, aut tres bullas producere: anno 1595. die prima Augusti omnes præcedentium Pontificum litteras confirmat, & addit. Statutes *appellationes, seu prouocationes, seu recursus à quibus-uis sententijs, & decretis per quoscumque Inquisitores promulgatis, & promulgandis ad te ipsum solum, & non ad alium, &c.* Anno 1596. die 10. Ianuarij idem Pontifex, vt constat ex lib. 2. Bullarij, fol. 142. bull. 46. tribuit Inquisitori generali cognitionem omnium, & singulorum pertinencium

## Et alijs recursibus

sum ad sanctum Officium; & privilegia, ac indulcta à prædecessoribus concessa denuo confirmat, & tandem his verbis concludit. *E que causas appellationum, seu prouocationum, & recursum huiusmodi unâ cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, & connexis per te vel alios audire, cognoscere, & fine debito terminare posse, & debere.* Hæc que à nobis recitatione sunt allata abunde declararunt quid juris habeat Inquisitio Hispana in omnibus, & singulis instantijs ex indultis, & privilegijs Apostolicæ Sedis. Longe aliud hoc est ab eo quod Thuanus lib. 93. scribit de libertate Ecclesie Gallicanæ, ijs. verbis. *Licet Galli Pontificem in rebus sacris supremam dispensationem habere fateantur, tamen in Gallica nunquam potentia absoluta, & infinita locum habuit; sed ea quæ Canonibus, & priscorum Conciliorum in Regno receptorum definitionibus quasi intra terminos coercetur, & in hoc maximè consistere libertatem Ecclesie Gallicana.* Propterea Concilium Tridentinum eo in Regno admisum non est. Hispania vero Reges nulla non admittunt Concilia quoad reformationem ex ijs quæ Ecclesia celebrauit; Non respuit Lateranense sub Leone X. nec Tridentinum, sed summo cultu veneratur, quod tamen noluit Ecclesia Gallicana.

*An qui in diuerso territorio criminis commissit præcipue aduersus fidem si in territorio alterius Ordinarij tam- diu est commoratus, ut absolute sit illi subditus, remitti queat ad Ordinarium priorem Cap. VIII.*

R Emissio Rei ad locum delicti fundatur in dispositione iuris communis, vt determinatur in auth. si vero, c. de adulterijs, & in auth. vt nulli iudicium, §. si quis vero, & ex hac lege conclusionem deduxerunt. Iurisperiti iuxta Couarru. practicarum, cap. 11. à num. 3. Barbosa in. l. hæres absens, § proinde, ff. de iudicijs, in articulo de foro delicti, nu. 66. & ius Canonicum sequens iuris Civilis dispositionem idem statuit in cap. viii. de foro competenti, vbi

glosa verb. *Delicti*, & in cap. i. §. i. de priuilegijs, lib. 6. vbi  
Doctores, & interpres iuris Canonicici.

Fundatur hæc determinatio vtriusque iuris in utilitate publica, quæ resultat ab exemplo, & timore, quem infere punitio in loco, vbi scandalum natum est, vti dicunt *Couartuicias* vbi proxime, Barbos. dicto loco, num. 97. Clarus in præst. § fin. quest. 38. & in alijs rationibus, quæ possunt summi de commodioribus probationibus presentaneis, & diligentij necessarijs ad comprobationem delicti. Has habuerunt pœnæ oculis concilia relata a Gratiano in decret. 6. q. 4. cap. Scitote, cap. de illis 6. q. 3. & sepe alibi.

Nihilominus tamen non obstante hac doctrina communii necessario dicendum est, eam multas pati limitationes fusius allegatas à Barbosa in dict. loco hæres absens. §. proinde, art. de foro delicti, à num. 103.

Prima. Quod ratione delicti non est remittendus reus si manet in loco non subiecto eidem Principi seculari in cuius Provincia delictum est patratum. Ita Iulius Clarus in praxi criminali, §. fin. quest. 38 num. 21. Barbosa dicto art. de foro, num. 131. secundum quam limitationem non potest remitti ex Valentia, v.g. Româ, quia sunt Regna distincta, & subiecta diversis Principibus, & in hoc casu incumbit Principi, & habet ius ne sui subditi remittantur, neque citentur ad Provincias extraneas in ordine ad cognitionem cause in prima instantia terminandæ, vt inferius dicetur. Neque similiter posset remitti Siciliam, quia quamvis hæc Corona subordinata sit eidem Principi, vel Imperio Catholice Maiestatis, & sit unita Castellæ, verum non est una accessoria alteri: nam unaqueque est præcipua, quæ suis legibus, & statutis regitur: ob quod singulæ existimantur ac si essent Coronæ diversæ, ac subiectæ distinto Principi, quoad effectum remissionis delinquentium, vt declarat Barbosa vbi supra, num. 141. & sequentibus de Coronis Castellæ, & Portugallie.

Nec contra hanc limitationem potest opponi, quod omnes Ecclesiastici sunt subordinati vni, & eidemmet Principi, & ob hanc rationem ab omnibus Provincijs debeatur inter iudices Ecclesiasticos remissio, quæ fuit opinio Felini

ni in cap. fin. de foro delicti, num. 134. Primum, quod hæc opinio communiter rejeicitur, vt falsa: immo inter iudices Ecclesiasticos diuersarum Proninciarum, & Regnum non est licita prædicta remissio nisi in casibus specialibus, in quibus ins Canonicum ita præcipit, vt resoluit Barbosa dicto num. 134. Secundò, quia illa opinio Felini intelligitur quod iudices Ecclesiastici sunt diuersarum Proninciarum, v.g. diuersorum Archiepiscopatum, verum subordinati eidem Principi seculari, quia tunc non paratur præiudicium in remissione vlli Principi neque iuribus, quæ habent supra sibi subditos, vt itent iudicio suarum Proninciarum. Verum quando Pronincia sunt subiectæ diversis Principibus secularibus, dubium non est, quin non possit fieri remissio in aliud Regnum, quia ex hoc præiudicium paratur Principi seculari habenti ius in sibi subditum cuiuscunque status, conditionis, dignitarisque sit, si tamen in suo Regno commoretur: quia, eti Ecclesiastici sint exempti à iurisdictione seculari quoad forum & tributa, ceteraque in quibus ius Canonicum eos eximit ab illa iurisdictione, verum non propterea desinunt esse subditi Principis in cuius Regno degredi, & debent illi præstare obedientiam, & iura subiectio- nis, vt scribit S. Thom. i. 2. quest. 69. art. 4. & de regimine Principum lib. 1. cap. 12. Soto q. de iustitia, quest. 4. Molina, disput. 31. conclus. 6. Driedo de libert. Christiana, lib. 2. cap. 1. proposit. 4. Henr. lib. 10. summa, cap. 15. Bellarmi lib. de Clericis, cap. 6. & est omnium Theologorū sententia, & inter Jurisprudentes sentiunt hec idem Gregor. Lopez lib. 5. tit. 5. partit. 1. verb. *El Rey*, & l. 4. & 15. partit. 9. & latissime Surdus consil. 301. Salcedo ad practicam Bernardi, cap. 55. vers. Sed ut libere. Azeued. l. 1. tit. 1. lib. 4. recopilation. num. 45. & l. 13. tit. 3. lib. 4. recopil. num. 4. Cum sint Ecclesiastici subditi, eadem ratio, quæ obstrin git ad non prædicandum iuri subiectio-nis in remissione subditi secularis, obligat etiam ad sentiendum idem in subdito Ecclesiastico. Ob quam rationem est conclusio constans, Jurisprudentum, non posse subditem unius Principis subiecti foro iudicis territorij alterius Principis prepter præiudicium, quod causatur subiectioni. Paul. in l. 1. nu. 4. cap. vbi

## *De primis instantiis;*

vbi de crimine agi oportet Gregorius Lopez l. 15. titul. 1. partita 7. in glossa, verbo *Respondiendo*, & vt manifestum est, non quia Clericus, vel Religiosus, desinit esse subditus.

Secunda limitatio est. Quod remissio ad territorium delicti non habet locum si est consuetudo in contrarium, vt probat Barbos. vbi supra, numer. 173. vbi dicit: Vbi est consuetudo non peccare iudicem, qui denegat remissionem, & ibi. numer. 175. Verum, vt patebit ex sequentibus, est consuetudo in viridi obseruantia ne remittatur ab Inquisitione Hispaniæ rens aliquis etiam ad Inquisitionem Lusitanam, quæ habet eundem seculariem Principem, & Dominum, nisi vel reus fugerit postea quam citatus fuerit iudicialiter, vel capta fuerit persona, vel fuerit falsus testis, & accusator in iudicio, quod actualiter fiat contra innocentes in ea Provincia, à qua fugiens discesserit. In hoc casu dubitari non potest de consuetudine circa fideli causas, quia compertum est annis centum nullam fuisse factam remissionem etiam ad Romanam Curiam. Causa Petri de Osma quamvis ad verbem delata sit; nihilominus remisit eam Sixtus IV. ad Archiepiscopum Toletanum, atque id factum ante fundationem Inquisitionis Hispaniæ. Post eius fundationem iuxta statum quem hodie haberet, nunquam permissa fuit hæc remissio etiam inter Lusitaniam, & Castellam: et si fuerint causæ nonnullæ, quæ occasionem præbuerint aliquid innovandi tam ex parte Romanæ Curæ, quam prædictarum Inquisitionum. Quod si consuetudo inueterata sufficiens est ad corrigendam, & renocandam legem, & ius positivum, quæ extarent in contrarium, vt obseruant Doctores Iuris Canonici in capit. ultim. de consuetudine, Suarez de legibus tractans de consuetudine, satis innoscit quid in nostro casu dicendum sit. Præterea consuetudo in hoc casu non est correctoria iuris communis, sed declaratoria particularis casus, in quo est varietas opinionum, vt expresse dixit Barbo sa dict. artic. de foro delicti, numer. 174. & hæc consuetudo declarativa, vel interpretativa Iuris, quamvis non sit inueterata nisi decem annorum, & minoris temporis, sufficit, vt inducat obli-

## *Et alijs recursibus.*

obligationem, & habeat vim legis, vt docet Rochus de conuentu, sect. 5. num. 5. Garcia de beneficijs, 5. p. cap. 8. num. 80.

Aduertenda est, pro causis fidei concludi efficacius non habere locum recautionem: quia in casibus heresis non datur locus remissioni iuxta meliorem, & magis receptam opinionem, vt constat discurrendo per resolutiones Doctorum, qui de hac materia scripsere. In questione, si in crimen heresis admittenda est remissio ad locum delicti, sunt duas opiniones. Prima negativa, quod non sit facienda ad alium locum. Hæc opinio est glossa in capit. vt commissi, verbo præcedenti de hereticis in 6. vbi sequitur Archidiaconus, numer. 3. & Ioannes Andr. Rojas in singulari. 173. num. 7. Peña in direct. Inq. part. 3. rubrica de forma citandi absentem comm. 33. Decianus in tractat. criminal. lib. 5. capit. 2. 1. num. 27. Paramo de origin. Inquisit. lib. 3. quest. 4. rubrica de forma, & ordine iudicatio, numer. 77. Martinus Delrio de disquisit. magic. lib. 5. sect. 2. versic. 7. & pro hac opinione refert sexdecim Auditores grauissimos Farinac. de heresi, quest. 197. §. 1. numer. 10. & magis vrgens & efficax est, quod scribit Umbertus Locatus, tractat. de iudicio Inquisitionis, verbo *Inquisitio*, num. 4. vbi assertit esse declarationem Clementis I V. in quædam constitutione, que incipit. *Quoniam illis*, in §. Quo autem: & hanc opinionem vere habuit Simancas de Catholic. titul. 2. numero 14. quia quamvis dicat, remissionem locum habere in crimen heresis; nihilominus resoluti Inquisitorem Provinciæ, in qua degit hereticus, posse hunc punire: & sic effectue dicit quod remissio non est necessaria; sed voluntaria. Quando est consuetudo non remittendi iam non erit voluntariorum; sed obligatorium quod non remittant Inquisitores reos diauersorum Regnum, quæ habent diuersos Patriarchas, & Inquisitores generales.

Contrariam opinionem, scilicet, quod in crimen heresis facienda sit remissio ad locum delicti sustinuerunt alii Doctores, quos refert Farinacins dicto numero 10. Non est dubium, quin prima sit communior, & magis recepta, vt fa-

saterur Farinacius dicto num. 10. & videte est ex numero, & auctorite Doctorum predicatorum, & ex approbatione Clementis IV. & in ea tuenda nititur maximè praxis Inquisitionis, quam ferè omnes Scriptores, qui officio Inquisitorum functi sunt, in scriptis tradidierunt, ut Peña, Paramo, Rojas, Simancas, & alij proximè illari, qui citatur pro hac opinione, & optimè intellecti concordant cum prima quam sequimur nisi in casibus particularibus, in quibus cōcurrunt circunstantiae particulares. Regulariter omnes conueniunt in eo quod remissio non sit obligatoria, ut patet eorum dicta considerantibus. Monachus enim in cap. *ut commissi*, a. m. 1. de hereticis, lib. 6. Bonifacius in Clement. ad nostram, num. 107. de hereticis; & Repertorium Inquisitorum, verb. *Absens*, ceterique iuris Canonici commentatores dicti capitulū *ut commissi*, num. 1. lib. de hereticis, quos refert Farinacius dicti quest. 197. num. 13. vers. *In hac contrarietate*, loquuntur in eo dum taxat casu, quo delinquens post iudicialem citationem, aut è carcere, aut è loco criminis discessit, in quo sensu eos interpretatur Farinacius dicta q. 197. vers. *In hac contrarietate*.

Simancas de Catholicis instit. dicto tit. 2. num. 19. (quem etiam refert pro hac parte Farinacius dicto num. 12.) quamvis in predicto num. 14. dicat, remissionem esse conuenientem: & conformem iuri, statim num. 15. sequenti resoluti, Inquisitorem loci, vbi reperitur criminatus, posse cognoscere de causa. Et sic ad conciliandum hæc loca inter se repugnantia necessario dicendum est, quod hic Auctor permittit remissionem, ut voluntariam; sed negat esse necessariam, & sic nostræ sententiaz succurrunt, & pro ea assertur à Farinacio dicto num. 10. quamvis in num. 12. pro contraria opinione illum referat, at cum addito, quod, filiam tenuit, videatur sibi ipsi contrarius, ut patet ex contextu verborum Farinacij dicto num. 2. ibi. *Simancas sibi formam contrarius*, & vere non est; inò sequitur nostram opinionem, quod scilicet remissio non est necessario facienda: & quod Inquisitor loci, vbi tens reperitur, possit si velit, contra ilium procedere, & non remittere.

Peña ad directorium, 3. part. quest. 42. comm. 91. &

Azor

Azor institutionum moralium, part. 1. lib. 8. cap. 18. rubrica de sacris Apostolicis Inquisitoribus, quest. 15. (quos etiam refert pro contraria opinione Farinacius dict. num. 14.) procedunt quando reus est fugitius, ut patet ex verbis Peña vbi proximè, & ex concordia Farinacij dicta quest. 197. num. 13. vers. *In hac contrarietate*, & præter particularem istam circumstantiam fugæ fauet Peña opinioni, quæ facit contra remissionem in loco supra allegato inter Auctores nostræ sententiaz. Paramo, & alij, quos refert Farinacius dicta quest. 197. num. 15. qui dicunt inter Inquisidores habere locum præventionem licet referant Concilium Narbonense, & instructionem Vallisoletanam, non dicunt, quod si Inquisitor vnius Provinciae cognitione causæ incœpit contra aliquem reum, remittendus sit reus, qui manet in alio loco, & Provincia, si enim hoc dicerent, opponebant se eidem asserto, quod Paramus, Simancas, & Peña docuerant locis præallegatis pro prima opinione, qui expressè dicunt non habere locum remissionem personæ rei ad locum delicti; & sic limitanda eorum intelligētia, & declaratio ad solum casum fugæ post citationem iudicialem, vel ob fugam è carcere, aut accusationem, & testificationem falsam, ex qua aliqui innocentes actu in ea Provincia patientur.

Etsi prædicta opinio de præventione intelligeretur uti afferunt nonnulli, posset Inquisitio Hispanæ procedere in aliquem degentem Romæ, & ob rationem istius præventionis petere reum, qui est Romæ: quia isti Doctores, qui loquuntur de præventione non eam fundant in hoc, quod Inquisitor, qui cognitionem causæ caput, sit iudex patrati delicti, sed in hoc quod prævenitur, & hanc præventionem facere potest quamvis delictum commissum non sit in suo territorio, quia Inquisidores possunt cognoscere, & procedere contra hereticum extra suum distictum delinquentem, ut dicit Simancas, de Catholicis institut. supra num. 18.

Ob quod Germanus sensus istius opinionis, quæ dicit præventionem inter Inquisidores habere locum sit, quod qui primum capturam fecit, vel cœpit judicialiter delinquentem, & ob capturam, vel citationem præuenit iurisdic-

ditionem possit, & debeat cognoscere de causa, & alij teneantur remittete illi processum, & culpas, quas acceperint contra reum. Itaque præventionem tenet ille, qui actu habet personam Rei, & eum capit, & ob hoc nullus Doctorū, qui de præventione egit, dicit Inquisitorem remissum personā Rei ratione præventionis, sed remittere debere probations, testes, & quidquid faciat contra reum, Inquisitori, qui præuenit capiendo personam Rei. Ita tenet Simācas de Catholicis, tit. 43. n. 29. ibi: *Inquisitores aliarum Provinciarum ad illum, qui præuenit, mittere debent testimonia, & quidquid contra reos habuerint.* Idem sentiunt Peña, & Paramus citati à Farinacio vbi supra, n. 15. & sic ex his Doctoribus nullus potest adduci pro negotio remissionis Rei.

Iuxta dicta non solum est communior, & magis recepta opinio, quæ negat remissionem rei ad locum delicti in causa hæresis; verum etiam est certa, & indubitate, si attente legendatur quæ scribuntur in pūcto præsenti: & quamvis nullo alio fulciretur fundamento hæc opinio nisi, quod est cōmuniis, pro illa effet consulendum necessario, & iudicium ferendum: quia in iudicio praktico cōmuniorem sequi debemus opinionem, si efficax ratio oppositum non convineat, præcipue si illi faveat consuetudo, vt supra diximus, quæ habet vim legis ad declarandum, & interpretandum opinionem, quæ est magis vera in casibus controversis, vt superius minime, & probat latissime Suarius de legibus, lib. 8. & nos inferius.

Ex iam dictis colligitur, quod non solum non peccabie iudex, qui in hoc casu negauerit remissionem, vt ex Barbo supra diximus; immo secus faciendo reus erit damnationis æternæ, quia operatur contra cōmuniem opinionem, & consuetudinem, quæ habet vim legis. Secundò colligitur etiam non esse iudicem fautorem illius hæretici, quem non remittit, quia procedit secundum legem, & facit actum licitum, & sine peccato, vt constat ex dictis; & si aliter egerit, minime liberabitur à prædicta culpa Inquisitor non remittens culpas iudicii, in cuius carcere manet delinqüens, eo quod non misserit reum ad se.

*Ex consuetudine, & pacto & authentice scriptis contractibus ostenditur non esse locum remissionis, quando criminosi in fidem non fugiunt post capturā, aut citationem iuridicam. Caput IX.*

Premissa capite præcedenti sententia efficacissime probatur ex vigore consuetudinis: nam vt ab Hispania sumamus exordium, quo tempore Aragonia, Nauarra, & Castella tres habuere generales Inquisidores, nulla unquam facta fuit remissio ad locum delicti, si reus ad diversum territorium intra Hispaniam ante citationem, aut accusacionem configisset; verum, quia ea diuisio Inquisitorum exiit quo tempore permanit, id est eo dum taxat, quo viuente Ferdinando Catholico Rege post defunctam Reginam Elisabeth, ad hæreditaria Regna secessit, nulla potuit esse tunc diuturnitas consuetudinis, quæ nostram opinionem capite proximo declaratam firmius stabiliret. Idcirco robustius argumentum est, quod à perpetua, & numquam interrupta consuetudine Inquisitionis Hispanæ, & Lusitanæ desumitur, quæ stabili, ac continuo fluxu annorum circiter centum illud obseruanit, ne remissio daretur ad locum delicti, si reus in alterius Inquisitionis iurisdictione versaretur.

Anno 1544. Dominus Henricus Infans simul, & generalis Inquisitor Lusitanæ pactum iniit cum Domino Ioanne de Tavera Castellæ, & Aragonæ supremo Inquisitore, ne si delinquentes in negotio fidei, & religionis ante capturam, & citationem iuridicam effugissent, vllatenus remitterentur ad locum delicti; sed solum testimonia ratificata, aut processus cum debitiss circumstantijs producta mitterentur ad locum, vbi criminosi adessent. Quod pactū Carolus V. & Ioannes III. utriusque Coronæ Principes confirmarunt.

Hæc concordia ad annum usque 1567. diligenter obseruata fuit, & executioni mandata, plurimisque b. 2 con-

confirmata experimentis. Anno autem 1568. Henricus Infans Cardinalis litteras mittit ad Franciscum Pereiram Lusitanum Oratorem in Regno Castellæ, quibus cum certiorum facit de pacto, aut quasi contractu inter duos Reges, simul etiam inter Lusitanam, & Castellanam Inquisitionem, quo firmiter decernitur reos in causa fideijâ Lusitania in Castellam, neque econuerso fore remittendos, si ug amè loco delicti non præcesserit captura, aut judicialis citatione; solum testium dicta cum ratificatione postulanda esse; & subdit sic fuisse determinatum post seriam consultationem, quod ea praxis iuri, & rationi multo cōformior videatur.

Anno 1569. die tertia Februarij Cardinalis Infans Lusitanæ supremus Inquisitor, & Eborense Inquisitores litteras scribunt ad Ministros sancti Officij Castellano: in eis postulatur solummodo ut testimonia cum ratificatione testimoniū mittantur in Lusitanam, & semper ordine seruato ut Castellana Inquisitio à prima cognitione vñque ad definitiū sententiam procederet aduersus reos, quos in sua iurisdictione teneret, etiamsi in Lusitania deliquerint cōtra fidem. Et similiter Inquisitio Lusitana de ijs cognosceret, qui in suo territorio verarentur licet in Castella crimen heresis perpetrassent.

Similiter anno præscripto, die 24. Septembris, Inquisitores Lierenses remittere nolunt comprehensos à se Lusitanos, et si aliorum essent apostatarum, seu hereticorum complices, quos Lusitana Inquisitio comprehendelerat, testimonias dumtaxat missæ fuerunt, quæ eos cōtinebant, qui in carceribus prædicti Regni concludebantur.

Proximè notato anno, die 11. Octobris decernit suprema Castellæ Inquisitio non esse ad Lusitaniam remittendos reos Lusitanos fugitivos, quos in carceribus harū Provinciarum tenebat, eo, quod suprema Inquisitio Lusitanæ nollet remittere Castellanos fugitivos, quos in sua iurisdictione fouebat.

Anno 1570. die 11. Februarij, Cardinalis Infans, & generalis Inquisitor Lusitanæ postulat à suprema Inquisitione Castellana, ut qui post capturam, aut citationem fu-

ge-

gerant à Lusitania sibi remittantur, & spondet se idem omnino facturum, quoties post incarcerationem, aut citationem ab Inquisitoribus Castellanis exhibitam, fugerint criminosi ad territorium Inquisitionis Lusitanæ.

Hæc quidem praxis perpetua, & solemnis fuit, vt mutuo, & reciprocè vtriusque Regni Inquisitores testifications sibi remitterent pro illis Reis, quos in suis Prouincijs comprehendissent, etiam si multo ante in naturali territorio deliquerint contra fidem, & longo post tempore inchoasseat criminam recentium cognitionem ex nouis detectionibus, aut testificationibus acceptam.

Tandem sub uno Rege Philippo II. vterque Lusitanorum, & Castellaniorum status conuenit, supremis Inquisitionibus, vt antea separatis. Verum eadem semper inuolabili fuit obseruata consuetudo pactis, & quasi contractibus expressis ad eam firmandam interpositis. Propterea nexus multo stricior est in hoc casu, quam qui ex consuetudine oriri contingit: nam consuetudo est tacita quædam conuentio, aut quasi contractus, aut ius non scriptum ex diuturno vñsa in populos inductus. At in præsenti controversia præter consuetudinem ex tacita conuentione nam de non remittendis criminosis aduersus fidem à Castella in Lusitaniam, neque à Lusitania in Castellam, sunt contractus, & pacta authenticis, & voluntarijs scriptis cōfirmata: ergo est multo urgentior obligatio non remittendi reos, vt prædictum est, quam quæ ex mera consuetudine oritur.

Legat qui volet omnes illas conditiones, & circunstatiæ, quas ad valorē, & vigorem consuetudinis descripsere Theologi, & Iurisprofessores, quas omnes compilavit Tuscus, verbo *Consuetudo*, à conclusione 793. vsque ad 958. & nullam in nostro casu desiderabit: nam hæc consuetudo non remittendi nisi eos dumtaxat, qui post citationem, aut capturam fagerint, fuit generalis, item frequens, item diuturna, item per actus notorios, & cōformes cum publica notitia Regnorum, & Principum, & Senatum, tā laicorum, quā Ecclesiasticorum exhibita: itē est immemorialis, quoad temporis, aut saltem cum ipso exercitio sancti Officij inchoata.

Quod

Quod si annorum quadraginta spatiū sufficit ad inducendam cōsuetudinem vires legis obtinente in omnibus illis materijs, que aut Pontifici Romano, aut Regibus, aut Imperatoribus non sunt reseruatae, proculdubio in nostra thesi tempus consuetudinis non remittendi à Lusitania in Castellam, aut à Castella in Lusitaniam duplo maius est, & quod ferē attingat numeruna centum annorum. Confirmatur ex probationibus adductis ab ipso Card. Tusco cōclu. 814, ad cōuincēdū generalē, frequentē, & publicā annorū quadraginta, cōsuetudinē vt habeat vim legis, etiā si oportet alicui determinationi iuris Canonici. Hinc finit effaciētissimū argumentum: nā consuetudo ex tacita conuentione absque pactis, & contractibus expressis, & scriptis, tāti roboris est, vt super & legū, & sacrorum Canonum efficaciam, quod grauissimis testimonijs firmat Cardinalis Tuscus conclus. 806. & communiter obseruant Theologi: ergo cōsuetudo non remittendi criminosis in fidem è Lusitania ad Castellam; neque è cōuerso cū firmetur expressis pactis, & contractibus scriptis cū scientia, & approbatione Principum laicorum, & Ecclesiasticorū, & omnium Senatum. ac Provinciarū multo robustior erit, & efficacior ad infingendā vim cuiuscūque legis, aut Canonis cōtrarij, si fortasse inneniretur aduersari, quod tamen negamus. Cōfirmatur eadem doctrina, quia cōsuetudo habet vim pacti, & idē præstat, ac priuilegium, & præscriptio, quod multis argumentis probant Doctores allegati à Cardinale Tusco, concl. 807. 808. 809. Igitur cū prædicta non remittendi cōsuetudo sit antiquissima, & innitatur pactis, & cōtractibus authentice scriptis certissimā habet vim pacti, priuilegij, & præscriptionis. Nominatim Baldus, Fulgosus, & alij produxerūt à Tuscō, concl. 849. statuunt ius remittendi reos ad locū delicti derogatum esse per contrariam consuetudinem.

Quæ dicta sunt pro Inquisitione Lusitana, & Castellana ex litteris Apostolicis in hoc tractatu allegatis singularem habet vim pro quauis alia Inquisitione generali. Quid autē sentiendū sit in varijs occurribus pro Romanis Congregationibus etiā generalis Inquisitionis eiusdem Curia ex eiusdem litteris Apostolicis, & ex ijs quæ hactenus proposita sunt, Doctores inuestigabunt.

## Ex alijs fundamentis doctrina superioris capitilis illustratur, &amp; roboratur. Caput X.

**V**aria sunt principia, quæ indubitatam esse conuincunt proxime adductam de remissionibus non faciendis sententiam. Primum, nam vbi maior probabilitas opinonis cum maiori securitate coniungitur, illa indubitate pro iudicijs amplectenda est, vt late in tractatu de examine doctrinarum dictum fuit, sed opinio negans remissionem faciendam reorum aduersus fidem, si ante capturam, aut citationem fuerunt, est longe probabilior, & securior: ergo liberum non est iudicibus Ecclesiasticis illam non sequi, aut exequutioni non mandare.

Secundum principium est, nam semper ea opinio prævalere debet, quæ est in fauorem possidentis iuxta communem doctrinam Nararri, cap. 27. num. 2 88. Simancas, cap. 64. num. 60. Gabriel, tit. 9. num. 32. Sed suprema Inquisitione Castellana in possessione est non remittendi ad Inquisitionem Lusitanam, neque ad villam aliam reos aliquos, si non post capturam, aut iudicacem citationem effugerint: ergo hæc opinio necessario est sequenda, vt quæ innitatur celeberrimo illi principio: *Melior est conditio possidentis*, quod in materia iustitiae est irrefragabile. Neque potest quis à possessione deturbari, nisi præcedant omnia, quæ de iure cōmuni præcedere necessarium est.

Tertium principium est: quia in dubijs tutior pars est eligenda pro iudicio publico, acque idem arbitrandum est in dubijs opinionibus, cum indices meliori modo quo possint teneantur suas partes implere, nam propterea à Republica sint stipendiati; sed opinio negans remissionem faciendam ad locum delicti in causis sive tutior est: Primo, propter auctoritatem consuetudinis: deinde propter vim diuturnæ possessionis: Tertio, propter periculū reuelationis secreti in expeditione itinerum, & propter alia, quæ in superioribus innotescunt: ergo prædicta sententia de non remittendis criminosis aduersus fidem si non fugerint post

## *De primis instantijs,*

post capturam, aut citationem iudicialem necessario alijs est præferenda, & à iudicibus exequutioni mandanda.

Quintum principium est, semper opinio probabilis, quæ fauet matrimonio, doti, testamento, viduæ, peregrino, aut reo opposita opinioni est præferenda iuxta Nauarrum cap. 27. num. 187. Simancas de Catholicis institut. cap. 9. num. 52. & cap. 64. num. 60. Syluam nuptialem, lib. 6. nu. 45. Antoninum Gabriel, tit. 9. casu 20. & alios innumeros. Cuius principij ratio, & fundamentum est, quod ius Canonum legem præscriperit, vt in prædictis materiaj semper opinio anteferatur, quæ prædictis casibus matrimonij, dotis, testamenti, viduæ, peregrinorum, & reorum succurrunt; sed opinio, quæ negat remissionem faciendam eorum, qui, cum peccassent in fidem ante capturam, aut citationem fugerunt est fauorabilior reo, cum ipsum non grauet expensis itinerum, nec subiiciat eis iudicibus, quorum cognitio nem per fugam evitare tentauit, neque augeat infamiam, illamve magis, ac magis diuulget ex publicitate itinerum cum strepitu custodia; igitur prædicta opinio in fauorem reorum ex hoc etiam capite est præferenda.

*Illustratur, & probatur doctrina de remissione non facienda quando criminis in fidem non fugiunt post capturam, aut citationem iuridicam, Caput X.*

**V**T veritas in præmissis posita magis illustretur, & confirmetur, nonnulla prius statuenda sunt.

Primo, potest quis gaudere foro ut conueniat in criminaliter, aut civiliter in determinato oppido ex quinque causis, vel ratione originis, vel ratione domicilij, vel ratione cœtra locis, vel ratione delicti, vel ratione loci in quo est res postulata iuxta caput ultimum de foro competenti, l. hæres absens, §. proinde, ff. de iudicijs, l. 32. titulo 2. partita 3. secundum inter has causas præcipua est, quæ à domicilio desumitur, quæ idè in iure appellatur forum proprium,

## *Et alijs recurseri.*

101

prius, & naturæ, iuxta Innoc. in dict. cap. fin. num. 1. de foro competenti. Barbosa in l. hæres absens, §. fin. num. 32. & seq. ff. de iudicijs.

Ex ijs propositionibus succedentes illationes habentur.

Prima ratione, dömiciliij manet dömiciliarius subditus Prälati, vel Ordinarij illius oppidi in quo situm est dominicilium. Barbosa in dict. l. hæres absens, §. fin. num. 39, ita ut quando nominatur subditus, absolute ita dicatur ex subiectione acquisita ratione domicilij. Felinus in cap. dilectus el segundo, num. 13: de rescriptis, Barbosa ubi proxime, num. 40. nam dömiciliatur est causa principalis iurisdictionis passiæ, vt ait Baldus in rubrica, C. si à non competente iudice.

Secunda illatio sit à domicilio constitui magis proprie subditum domiciliarium quam ab origine. Nam licet origo sit immutabilis. l. assumptio, ff. ad municipalem, l. origines, C. de municipibus, & originarijs, lib. 10.. Verum ut quis sit subditus, & ut conueniat in iudicio præfertur titulus domicilij; & necesse est ut unusquisque conueniat præferendum sit domiciliari, atque in loco illius, non in loco originis causa ventiletur. Barbosa in dict. l. hæres absens, §. fin. num. 44.

Tertia illatio sit dictam causam dömiciliij constituere dömiciliarium proprium, & naturalem subitem Prälati, aut Pastoris illius oppidi in quo situm est dömicilium; ita ut quilibet ex alijs causis vnde adquiritur iurisdictio passiva, scilicet, aut ex contractu, aut ex delicto, aut ex re sita accidentales sint, ut expendit Ioannes Baptista in l. 1. numer. 128. C. de summa Trinitate. Ex ijs consecutue resultat forum dömiciliij esse efficax, vt Prälatus illius loci possit procedere contra subditum suum ratione dömiciliij etiā alibi repertum, quod non conceditur alijs quibuscumque foris, ut tradit Barbosa dict. l. hæres absens, §. fin. numero 37..

Quarta illatio sit ita dömiciliū esse causam ut Prälatus loci illius sit Pastor proprius dömiciliarij, quod saepi Canones non permiserint, ut subditus ratione dömiciliij pos-

possit se submittere ad conuentionem faciendam coram Pastore, aut Prælato alterius loci absque licentia Prælati, aut Ordinarij proprij domicilij. Caput significasti de foro competenti, lib. 5. Anton. de Math. de prorogatione iurisdictionis, num. 14. in quo specialis, & singularis est iurisdictio Ecclesiastica, & spiritualis: nam iurisdictio laica pro rogabilis est secundum voluntatem subditi qui cum sit subditus iudicii domicilij potest permittere, vt coram alio conueniatur, l. 2. ff. de iudicijs. Hæc tamen licentia nō permittitur in iurisdictione Ecclesiastica, quæ non patitur, vt domiciliarius proroget iurisdictionem Pastoris alterius loci sine facultate proprij Prælati. Felin. in cap. significasti, de foro competenti, num. 1. vbi Marian. num. 30. Panormit. num. 15. latè Barbosa in l. 1. ff. de iudicijs, artic. 3. à num. 179. Quamquam grauiter ventiletur ratio discriminis inter commentatores earum litterarum decretalium, vera, & potissima sumitur à diuisione Dicecesium quam sacri Canonos obseruari voluerunt, iubendo, ne quis in alieno territorio iurisdictionem exerceret. Initium sumptū est à decreto Concilij Niceni, quod cætera Concilia approbauerunt, statuentia, vt hæc diuiso esset iuris publici, quæ ex particularium consensu violari non posset.

Quinta illatio est, non obstante præmissa prohibitione canonica si subditus mutat domicilium eo ipso manet subditus iurisdictioni alterius, & nullam habet superioritatem Pastor antiqui domicilij. Integra enim causa iurisdictionis adquirenda sita est in domicilio, & potest subditus ex libera voluntate mutandi domicilia, mutare simul Prælatos, & Pastores. Barbos. dict. l. 1. art. 3. num. 213. ff. de iudicijs.

Sexta illatio sit, quod quamquam iure introductum sit delictum constituiere delinquentem subditud Prælati illius oppidi in quo crimen perpetratum est, C. ultimo de foro competent. authent. in qua Provincia, C. vbi de criminis agi oportet, at hoc intelligitur si delinquens inuentus fuerit in loco delicti, at si fuerit in alio loco vbi domicilium habet, non potest in eum iurisdictionem exercere Prælatus, aut ordinarius loci delicti, quia non est Pastor proprius, cù ta

tamen sit legitimus ipsius Prælatus, ille qui est Pastor oppidi vbi situm est domiciliū, ex Barbos. in l. hæres absens, s. proinde, de foro delicti, num. 10. Vnde infertur alia sub illatio, quod licet Pastor loci in quo delictum est commissum habeat ius ad petendum, vt sibi remittatur delinquens in diuerso territorio existens, authent. vt nulli iudicium, s. si quis verò comprehensurum, collat. 9. cap. 1. §. de priuilegijs in sexto, nihilominus non habet iurisdictionem contra Prælatum, & ordinarium domicilij iuxta opinionem Felixi in cap. fin. n. 11. de foro compet. Anch. in cap. postulati, n. 4. de foro comp. Thom. Gramm. decis. 26. n. 5. Fran. Marc. decis. 331. 2. p. Henric. Douerū inter singularia Doctorum, verb. *Remissio*, n. 4. & qui oppositam tueruntur opinionem necesse est vt cognoscant hanc remissionem contra ius, & in præiudicium iurisdictionis propriæ, & naturalis Pastoris, & ordinarij domicilij: & ita remissio nisi in casibus expressis in alijs locum inuenire non debet: atqui in dubio præferenda est ea opinio quæ negat faciendā esse diuam remissionem, vt quæ faueat iuri communi, & ordinariæ iurisdictioni, iuxta regulas traditas circa electionē opinionum. Verior igitur, & æquior est nostra opinio circa remissiones delinquentium contra fidem.

Superekst inuestigare quantum temporis sufficiat ad acquirendum domicilium, & ad faciendum domiciliarium subditud ordinarij, aut Pastoris eius loci in quo denuo sedem fixit.

Prima regula & vniuersalis est ad constituendū domicilium requiri habitationē in loco cum proposito cōmorandi ibi in perpetuum, l. domicilium, ff. ad municipalem. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 23. n. 1. ex qua sequitur non sufficere solam habitationem in loco si non fuerit cum prædicto animo permanendi. Sanchez vbi proximè, Barbos. in l. hæres absens, §. fin. n. 54. ff. de iudicijs..

Secunda regula est vbi constituerit de animo constitueri domum. illico sine vlla mora adquiri quantumuis sit exiguum tempus habitationis. Sanchez dict. disput. 23. numero 2. Barbosa dicto §. fin. nume. x93. Ex quibus sequitur leges requirentes certum tempus ad acquirendum do-

## *De primis instantijs,*

domicilium, & vicinium alicuius oppidi procedere per modum probationis: neque illum cursum temporis esse requiritum formale ad constitendum domicilium; sed modum quendam prebandi animum constitendi prædictum domicilium. Quare si alio modo constituerit hominem perpetuo habitare voluisse in loco vbi degit, nullo expectato cur su temporis adquirit domicilium, vt aiunt Barbosa, & Sanchez vbi proximè.

Tertia regula est animum constituendi domiciliū probari per declarationem partis, aut alios exteriores actus, vt si secum aportauerit omnes fortunas suas, aut maiorem illarum partem: si non habeat negocium aliud singulare, quod ad illud domicilium obliget, vt latè Barbosa supra à num. 86. & citati à Sanchez supra disp. 23. num. 2.

*Præcluditur evasio quadam circa vocem, &  
significatum remissionis.*

*Cap. XII.*

**N**OI esse nōnullos qui vocem remissionis torquerent, in significacionem diuersam, vt quæcumque à nobis dicta sunt eluderentur. Nam remissio aiunt, est iterata missio à iudice qui cœpit iudicialiter procedere, ad alium qui reum postular, cum de ipsius causa cognouisset, quæ autem haec tenus in hoc tractatu sunt dicta omnino videntur extra rem, cum abutantur voce remissionis.

Verum ad intelligentiam veritatis adverteendum est, primò omnes ferè Doctores qui excitarunt questionem vtrum reus de heresi sit eraderendus iudici, aut Pastori eius loci in quo delictum perpetratum est, si illum postulet, vsos fuisse voce remissionis, et constat ex Simancas, Peña ad directorium, Fatinacio, & alijs supra relatis. Secundo, cum Doctores disputant in eisdem terminis de questione in generali, vtrum reus sit mittendus ad locum delicti, quando index poposcerit, semper vtruntur, verbo *Remissionis*. Bart. in l. 1. C. vbi de crimine agi oportet. Couarru. in practica,

cap.

## *Et alijs recursibus.*

113

cap. 11. num. 3. Barbosa in l. hæres absens, s. proinde, areic. de foro delicti, num. 66. & seq. ff. de iudicijs. Tertiò, praemissa euasio subsistere nequit, nisi quia dicater ordinarium iudicem domiciliū nullam habere iurisdictionem; sed eam radicatam esse apud iudicem loci in quo delictum commisum est, vel quod omnes Inquisitiones generales, & particulares unum consilient corpus, ac proinde nullatenus iuris dictio alteretur, siue hic, siue alibi, fidei causa cognoscatur; eadem enim iurisdictio vbique exercetur: idcirco defuncti termini remittendi vnius ad alterum cum omnibus in locis eadem sit in individuo iurisdictio.

Hæ considerationes multo subtiliores quam par est facile repelluntur. Ad primam dicimus, quod etiam si iudex domiciliū nullam in delinquentem haberet iurisdictionem, verè appellanda est remissio ea quæ postulatur à iudice, vel ordinario loci in quo delictum est commisum: nam index ad quem destinatur deprecatio, qui ad impletas literas iudicis deprecantis, & reum mittit, verè remittit eundem reum, sic in urgentioribus terminis iura disponunt appellativa remissionem eam quæ fit à seculari iudice mittente clericum ad proprium iudicem Ecclesiasticū in cap. Si iudex laicus, de sententia excommunicationis in s. ibi: Qui se clericum dicit ad Curiam Ecclesiasticā petat remitti.

Hic usus vocis legitur apud Doctores in ijs terminis Couarru. practicar. cap. 33. Barbosa in l. si quis posteaquā, ff. de iudicijs, num. 214. Secundò dicimus, iudicem domiciliū habere iurisdictionem formalem, & veram in reum degentem in suo domicilio, etiam pro delictis, quæ in alieno territorio committit. Nam licet iudex loci in quo crimen perpetratum est habeat iurisdictionem ad citandum, postulandum, & per trahendum delinquentem in casibus vbi locum habet remissio, semper tamen iudex domiciliū iurisdictionem tenet ad puniendum eundem reum domiciliarii: si suum propter delictum in alterius Diœcesis commissum, ut communiter Doctores omnes decernunt, ex l. 1. & 2. C. vbi de criminis agi oportet. Barbosa dicto articulo de foro delicti, num. 107. ac proinde cum habeat iurisdictionē ordinariam, & propriam formaliter remittit delinquentem, siqui-

## *De primis instantijs,*

Siquidem credit iurisdictioni suæ. Tertio dicimus in nostris terminis esse indubitabilem præmissam resolutionem: nam ijdem ipsi qui contra communem sententiam existimant in crimine hæresis posse esse remissionem ad locum delicti, decernunt quod si Inquisitor domiciliij velit suscipere cognitionem causæ potest exercere iurisdictionem, vt in hoc tractatu probatum est, quare satis proprie dicetur remittere, si reum ad alium iudicem mittat.

Secunda consideratio statuens omnes Inquisitiones conflare vnum corpus, & habere eandem in individuo iurisdictionem valde displicet. Primo, quia negamus assumptionem in Inquisitionibus diuersorum Regnum: nam licet omnes vnum corpus mysticum faciant, vt se mutuo adiuvant in ministerium fidei, non id ita præstant vt sint eadem formaliter res, & eadem in individuo iurisdictione. Nolum enim est habere diuersa capita, ac propterea esse diuersa corpora. Deinde, quia iurisations oriuntur ex diuersis commissionibus: nam longe alia est illa quæ refidet apud supremum Inquisitorem Lusitanæ ab ea quam habet Inquisitor generalis Castellæ. Cum igitur diuersæ sint commissiones, quæ fontes sunt & origines iurisations, asseri non potest esse eandem in individuo iurisdictionem. Licet enim sit idem Princeps Ecclesiasticus vnam, & aliam commissionem largiens, iurisations quæ exercentur ratione vnius & alterius sunt diuersæ & independentes. Barbosa in l. hæres absens, §. r. num. 84. & seq. ff. de iudicijs. Secundo, eti m si omnes prædictæ Inquisitiones vnum essent corpus, & vna idem tice in individuo iurisdictione munirentur, ita vt singuli omnium Regnum Inquisitores essent iudices cumulatiui, & in eis præuentio locum haberet, adhuc in hoc casu vera esset remissio, & significatus legitimus huius vocis permaneret: nam inter iudices qui iurisdictionem cumulatiuam tenent, frille qui præuenit non habet iurisdictionem supra illud territorium vbi reus commoratur, & illam habuerit iudex cumulatiuus, quando præueniens iudex reum postulat, necesse est vt per viam remissionis illum postulet. Nam cum iurisdictionem non habeat in locum vbi dedit delinquens, eam exercere non potest.

## *Et alijs recursibus.*

14

test in personam, si iudex loci per remissionem illam non concedat. Idem cernimus in casibus in quibus iudex originis cumulative concurrit cum iudice domiciliij, vbi reus habitat, itavt sit præventioni locus, quotiescumque idem iudex originis reum postulat ratione præventionis iurisdictionis. Tunc petitur delinquens per remissionem, quod urgentior sit iurisdictione iudicis domiciliij, quam quæ inest iudici originis. Barbosa in l. hæres absens, §. finali, ff. de iudicijs, à num. 32. & 42. & certe opinio illa de eadem identice iurisdictione in omnibus Inquisitionibus singularis est & contraria, licet ea phrasivisi fuerint nonnulli quos refert Farinac. quest. 197. §. 1. num. 12.

Tertio, in ijs terminis nullus est aditus præventioni quam prætendere videntur oppositi Doctores declinantes nomen remissionis. Nam si velint esse locum præventioni, & sic reum in fidem præmissis iudicibus committi, quasi præuenient iudicium incipientes causam contra reum, obstat ipsis regula præventionis, & ius ad illam habent Inquisitores loci vbi reus commoratur. Nam præuentio non adquiritur initiando causam, & formando culpam, & admittendo denunciationem, & inquirendo in reū, sed per aetualem ipsius capturam, quæ est citatio realis vnde oritur ius præventionis. Barbosa in l. si quis posteaquam, ff. de iudicijs, à numer. 22. & in l. hæres absens, §. proinde, articul. de foro delicti, num. 120. At hic actus capture & citationis realis exerceatur ab Inquisitore vbi reus commoratur, cum hic ipsum capiat, & carceri mandet, & sic præuenit iurisdictionem: atque alij tenebuntur remittere acta, & testimonia ad iudicem præuenientem, vt decernunt Doctores allegati à Farinacio vbi supra, num. 15.

Quo

Quod iure, & qui bus titulis, examen, & detentio Breuitum Apostolicorum circa primas instantias, & alios recursus in causis fidei ab Hispania Regibus fieri potuerint, Caput ultimum recitatue, & examinacione propositum.

Plura decreta Regia in superioribus capitibus relatæ sunt, ex quibus litteræ Apostolicæ contra primas instantias, & iura alia, seu consuetudines Inquisitionis Hispanæ, post examen illarum detentæ sunt, ne exequationem fortirentur. Fieri nonnulli, qui prædicta mandata Regia, incusare voluerint ut contraria libertati, & immunitati Ecclesiastice. Propterea necesse est accurate examinare quid in hac thesi Doctores prescriberint, tunc in consultationibus, tunc in manuscriptis disputationibus, & informationibus, quæ in ijs proximis annis euulgatae sunt.

Omittam plurima ex ijs quæ alij tractauerunt illis solum productis, quæ minus ab Auctoribus sunt ventilatae: doctrinæ generales huius generis circa examen, & detentionem Breuitum Apostolicorum singulariter applicantur examini, & detentio simili à supra Inquisitione Hispaniarum dignantibus.

(?)

Pri-

Prima via opinandi licetam esse detencionem Breuitum manu Principum secularium, si absque illorum consulatione prodeant, referunt, & ementientur adiutor.

S. I. Secunda via, quæ hoc tempore plures ad serpellere Christi, decerit licere Principibus omnes Apostolicas litteras examinare, praepudere, et si expedieret detinere ad probationem præmitunt iuro Diuino positum, & perpetua Ecclesiæ consuetudine à Sanctis Patribus, & Concilijs approbata Pontifices Romanos debere suas leges, & determinationes in causis gravioribus ante promulgationem cum ceteris Ecclesijs, & Principibvs, consultare: ac propterea Principes seculares opinia, & singula, quæ in unius salia sunt, aut cum viuensalibus coniunguntur per se, & Episcopos suarum provinciarum examinatis posse: Quod si Pontifex summissus id non præstiterit, Principes, & protectores, & executores sacrorum Canonum, & consuetudinum immemorabilium Ecclesiæ Dei, licet extra iurisdictionem Apostolicas literas examineat, et his istis postulat, eas detinere: Hanc mentem, seu in quo tempore predicti Doctores, expendunt nouissime Consilium Tridentinum ad finem serio postulare, simul, & commendare Pontificibus Romanis, ut si que difficultates emergerint circa eandem Synodum, illæ determinentur consilis viris doctis earum prouinciarum in quibus cædem difficultates exortæ sint. Idecirco, si hæc non præstentur Romano Pontifice aliquæ violari, & temerari vota Ecclesiæ totius hanc consultationem desiderantissimæ, quæ studi Concilij Tridentini gravissimum decretum, quod sub optando, & precando forma propositum est, ut reverentia debita superem Romanæ Sedis, & filialis simul cultus impenderetur. Consequenter idem alieni prædicti Doctores de ceteris

## *De primis instantijs.*

decretis, & Canonibus Sacris Conciliorū, ut decretalium  
in Ecclesia Dei receptis, vt cum satisfactione Prouinciarum  
vniuersale regimen procedat.

Hęc via opinandi plura ex se addendo comprehendit  
etiam aliam quę ideo existimat hęcē ſecularibus po-  
tentib⁹ examen, & detentionem Breuium Apostolicorum  
vt cognoscant an ſubreptione laborent vel contineant la-  
ſionem patronatus laici vel ſacri alicuius Canonis viola-  
tionem, vel noxiū aliquid; ſic Henrīq. lib. 14. cap. 12.  
Ioannes de la Cruz de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 6. art. 2. dub.  
concluſ. 1. Manuel Rodriguez in addit. ad §. 9. Bullæ Cru-  
ciatæ, & alij non pauci, id probant quia experimento di-  
ſant esse compertum ſubreptitias litteras impetrari, in-  
terdumque valde noxias Ecclesiæ aut Prouincijs Catholi-  
cis; & qua ratione ſi vrbes tres ſunt peste infectæ in fre-  
quentissima aliqua regione, ſingula ciuitates omnes ad  
venas examinante ne ab aliqua triūm vrbium ſerpat conta-  
giū; ſic quamquam omnes fere litteræ Apostolicæ ſub-  
reptione careant, ad excuſandum aliarum detrimēta  
omnes examinantur. Quantam vero cladem vnius Breuiis  
Apostolicis contra Sacros Canones expeditio inferre po-  
lit; probant exempli Ioannis Papæ Octauii qui anno.  
874. eas litteras promulgavit quæ habentur tom. 3. Con-  
cillor. edit. Colon. p. 1. fect. posteriori à pag. 797. vſque ad  
pag. 812. contra diſpositionem Octauii Synodi generalis  
Iuramento Concilij, & Hadriani 2. conſirmatam ſub one-  
ſe huncquā admiſſendit ad mūnus Episcopale imo nec ad  
penitentiam niſi in mortis articulo. Photium mœchum,  
ſimoniactum, ſcismaticeum, hereticum, ſeditiosum, latro-  
niem, & alijs grauiſſimiſ ſceleribus infame. Ioannes Oc-  
tavius contra religionem iuramenti, & Canones generalis  
Concilij Patriarcham Constantinopolitanum erigit Photiu-  
m. Hęc Pontificiæ litteræ in cauſa fuere, vt reſumpta  
autoritate Photius innumerous errores per vniuerſam  
Ecclesiæ Grecam diſleminauerit, illamque ſcismaticeam  
reddiderit ad hanc vſque diēm, id est annis circiter octingē-  
tis abſque vīla ſpē illam in pristinam obediētiā, & fidem  
reſtruendi. Hoč contagiu tam lauissima ſe extenderat an-  
nis,

## *Et alijs recursibus.*

anis centum ſexaginta post Photiu Leone 9. Romano Pon-  
tifice. Quę vno in Concilio Florentino prope annū 1439.  
à Latinis, & Græcis peracta eſt mortuo Imperatore. Oriē-  
tis qui Concilio inter fuit, omnino eſt diſoluta. Hinc auto-  
res huius opinionis probant magna eſſe Ecclesiæ dama-  
ſi ſingulares Pontifices ſuo ſenſu contra decreta Concilio-  
rum quid quā ſtatuant, cuin veluti ceteri homines circum-  
dati ſint infirmitate, & ignorantia: adduntq; maximum ob-  
ſequium erga Deū, & Ecclesiæ futurum fuſſe ſi Imperato-  
res Orientis litteras Ioannis Octauii examinaſent, eſtrum  
que executionē impediffent. Nō inquiunt tantā peñiciem  
invexerunt Arius, Macedonius, Nestorius, & ceteri heret-  
iarchæ, quantū intulere Ioānis Octauii litteræ Photiu resti-  
tuentes: quod ex Baronij rationibus, & fundamentis tom.  
10. Annal. probare cōtedūt: ex hocfacto dimanauit ea fabu-  
la qua Ioānes Octauius ſcenita diſcus eſt, cū tamē propter  
muliebrē incōſtātiā illud iniuriosum epithetū ipſi fuerit, ac  
tributū: accumulari ſolēt exēpla ſimilia, vt ex illis probetur  
valde eſſe necessariū examen Principū ſeculariū pro vniuer-  
ſis litteris Apostolicis, ne aliqui aduersus Sacros Canones  
aut cōmuñē Ecclesiæ vtilitatē ſimilia nocumēta importēt.

Consultationem autē prædi&cam eſſe debitā probant  
adhuc Doctores relati quia licet Papa Summus eſt Sacer-  
dos, & Pastor, tenetur nihilominus antiquæ Ecclesiæ decre-  
ta exequi, & primitua exēpla imitari, quæ ſimile consulta-  
tionē exercebat. Primo quia absurdū prorsus eſt ſi magni  
illi parres, & primi Pontifices exēplaria nō habētes, per ſe  
ipſos quod rectū eſt, viderint, & aliorū cōſilia audierint, po-  
ſteri vero exēpla habentes nō ita decernāt. Inter Canones  
Apostolorum ille magis ſuccurrit ijs doctoribus qui olim  
erat trigesimus quartus numero ijs verbis. Episcopos ſingu-  
lariū gentium noſſe oportet eum qui inter ipſos eſt primus,  
eumque reuereri t. inquā caput, neque quid quam curioſe fa-  
cere ſine illius ſententia: illa autē ſola quęque facere que ad  
Ecclesiā ipſius, & loca ei ſubditā attinent, ſed nequeille ſi  
ne omniū ſententia aliquid faciat, ita enim concordia erit,  
& Deus glorificabitur. Ex quibus fit neq; Episcopis gentiū  
licere quidquā ſtatueret abſq; eius ſententia qui primus eſt,

¶ Neque ille qui primus est non consentibus ijs qui ipsi subdicti sunt. Ratio Apostolorum est, quia nisi ita fiat concordia dissolnatur, inimicitia contra & secessata, ac rixam introducantur, & quod gravius est Diuino numini debitus honor tollatur. Secundo idem probant intentum ab exemplo Pauli, qui quantumvis haberet in se Christum loquentem, nihilominus ad Apostolos ipso antiquiores se referat, & via electionis communiceat cum eis Euangelium. Debent igitur postea hæc exempla imitari, cum non tot prærogatiis scientia, & gratia docentur.

Tertio idem suadent ex gestis Petri, nam quod constat ex Actis Apostolorum cum ab Apostolis, & Presbyteris Hierosolymitanis controversia de Circumcisione esset proposita, & responsonibus nonnulli cum Paulo, & Barnaba deseruit; Sanctus Petrus Apostolos, & Presbyteros congregauit, ut de hoc dispiceret, nec soli sibi decisionem arrogabat, sed auditis alijs, & nominatim Iacobo ipsorum sententie assensit, & subscripsit. Hoc pasto veritatem iuue stigantes Apostoli, legem successoribus statuerunt pro diriendis questionibus, & controversijs.

Quarto idem probant, quia Inilius Papa, & Damasus, & Celestinus, & Leo, & Agathon, & insignes alij Pontifices, vna cum alijs Episcopis, & fratribus connientes, aut eos, & Principes consulentes adiuuante Sancto Spiritu stabiliebant dogmata, & leges, & pacem Ecclesijs conciliabant, etiam circa singulares causas graviores, non despicio iudicio aliarum Prinzipiarum; igitur nulla est hodie causa quare idem non fiat. Nam si unius Romæ Tribunal ad singula decernenda sufficeret, superfluus, ac superbaucus foret; & fuisse Sanctorum Patrum conuenitus qui singulis casibus priorum seculorum congregari solebat.

Quinto eandem thesim stabiluunt, nam græci plures primatum Romani Pontificis agnouerunt, & suspexerunt, & ob ea solu causam seismata excitarunt, quod pro cōmuni bus Ecclesiæ dogmatibus, & legibus, & pro gravioribus singularibus causis, quæ ad Græcos attinet, omnia ipsi in cōsultis Romæ decernerent: ut cōqueritur Nilus Archiepis-

copus Thessalonicensis, qui vixit in seismate circa annum 1360, in ea oratione, cuius titulus est. Non aliam dissidij Ecclesiæ Latinarum, & Graecorum. ¶ 4.2.2. quod Papa eius, quod controversum est ipseclus controverserat magister, ac index esse velit, ibi hec ait: Nunquam cum Romana Ecclesia de primatu contendimus; sed neque vetus consuetudo, neque Patrium decretanos latent quibus Romana Ecclesia antiquissima omnium Ecclesiæ declaratur: quæ nam igitur dissidij causa est, quod Romani quidam magistrorum sibi partes sumunt, alios vero instar d' scilicorum dicto audientes habere velint. Post plures probationes tandem concludit. Ac de eo quidem quod non licet Romana Ecclesiæ privatim, quæ Ecclesiæ communia sunt decernere, ac stabilitire; quodque hoc Christi Ecclesiæ dissensus simul que, & Apostolicis, & Patrium legibus, atque institutis repugnet, hæc d' Et sufficient.

Sexto probant consultationem predictam esse debitam ex pluribus Concilijs generalibus in quibus semper illa cum Imperatoribus est collata, & quia hic mos superiorum seculorum ad Imperatorum potentiam, & Ecclesiæ angustias deferris solet, intentum persuadere curant exemplis Conciliorum, quæ post diuisum Imperium in plures Respublicas, & Regna conuocata fuere. Concilium Lateranense sub Iulio II. & Leone X. post annum 1500. plures oratores, & consiliarios Regum, & Rerūpublicarum excipiunt cum mandatis procuratorijs interessendi, consulendi, votiendi, & reclamandi. Habetur tom. 4. concilior. part. 2. edit. Colon. anni 1618. Referunt sessionem primam, pag. 11. vbi dicitur dominos temporales septem, & oratores tres Principum assistere. Sess. 2. pag. 22. & 23. legitur, & acceptatur mandatum procuratorum Ferdinandi Catholici ad Hieronymum Viche secularem eiusdem Regis oratorem in Concilio, ijs verbis: Ad interessendum, consentendum, dissentendum, protestandum, ac fieri requirendum, & ad in eodem sacro Concilio Lateranensi dicendum, proponendum, tractandum, votendumque. Sess. 3. pag. 30. limiges litteræ procuratoris Maximiliani Imperatoris ad oratorem, & vicearium suum pro eisdem effectis leguntur, & recipiuntur in

## *De primis instantijs;*

Lateranensi Concilio sess. 5. pag. 44. 52. 53. alia mandata procuratoria Reip. Lucensis & Florentinæ ad seculares oratores leguntur. Similiter sess. 7. pag. 60. numerantur plures Domini temporales, & oratores Principum ibidem adstantes. Pag. 61. exhibentur litteræ similes ad Concilium pro duobus oratoribus Regis Poloniæ: & proxime subduncur alia eiusdem tenoris Ducis Mediolanensis pro Marino Carrociolo oratore ipsius in Cœcilio; & alia Mar chionis de Mantua ad Ludouicum Gonçaga ut in prædicto Concilio, *dicat, proponat, firmet, revocet, damnet, laudet, voneat.* Item alia litteræ Ducum de Mazouia ad Laurentium Medizeldri: *Vt consulat, agat, differat, concludat eorum nomine in Concilio Lateranensi.* Sess. 8. pag. 71. duo mandata procuratoria habentur omnino ijs familia Marchionis de Bramdenburg. & Marchionis de Monferrato. Sess. 9. pag. 80. legitur aliud mandatum procuratoriū Manuelli Regis Lusitanæ ad tres Consiliarios suos: *Cum facultate dicendi, proponendi, agendi, tractandi omnia. & singularia quæ spectant ad Concilium.* Sess. 10. pag. 96. sess. 11. pag. 110. 111. recipiuntur mādata alia procuratoria Principum. Ex Concilio Tridentino prædicti autores alia quoq; exempla concessere; illud maximè vrgent quod prædicto tomo, & parte editionis Coloniensis habetur sess. 10. pag. 302. Vbi est mandatum procuratoriū Caroli 5. ad tres oratores suos in Concilio, ijs verbis. *Dantes eis, & cuilibet eorum insolidum amplam facultatem, & potestatem ut omnes simul aut tres, duo vel unus ipsorum nomine nostro in dicto Concilio OEcumenico comparere in omnibus sessionibus nostram locum ut oratores, & mandatarij nostri habere, res, & negotia religionis, & fidei, & alia quæcumque in prædicto Concilio tractanda una cū alijs ibidem stantibus Reip. Christianæ Principibus eorum ve legatis, oratoribus, mādarioris consultare, agere, & tractare, illisque omnibus, & per omnia adesse, consiliū votum, & decretum nostro nomine dare, impartiri, atq; interponere. Addunt prædicti Autores alia exempla singulariter pro Hispania, in qua nullū fuit olim nationale Concilium cui aliqui ex Regijs Consiliarijs s. nō astiterint. In octaua Synodo Toletana Episcopo rum*

## *De alijs recursibus.*

28

rum duorū supra quinquaginta presidente S. Eugenio laici sedecim Palatini Recepsuinthi Regis intersūt, quorū seculares dignitates, & nomina habentur in editione Matriten si Conciliarū Loaisæ à pag. 455. Nonū Conciliū Toletanū cui idē præ fuit S. Eugenius simul cū sedecim Episcopis habuit quatuor Palatinos. Duodecimū Conciliū Toletanū presidente S. Iuliano, & adstantibus triginta quinq; Episcopis habuit quindecim seculares Palatinos Regis Erui gij. Conciliū decimū tertium Toletanū sub eodē S. Iuliano, & Rege Erugio quadraginta, & octo Episcopos, cū secularib; viginti sex Palatinis idem intentum confirmat. Concilium decimum quintum Toletanum presidente eodem S. Iuliano sub Flauio Egicane Rege coactum fuit & sexaginta duobus Episcopis, & septem decim Palatinis. Concilium decimum sextum Toletanum sub eodem Flauio Egicane Rege presidente Felice ex sexaginta Episcopis, & sedecim Palatinis congregatum fuit; huius coloris alia plura adducunt prædicti Autores antiquitatis monum enta, ex quibus fiat semper apud Hispaniæ Regeshoc ius consulendi extra iudiciale aut extra iurisdictionale ex stitisse. Ex hac etiā relatis hoc efficiunt prædicti Doctores argumentum. Quando veritas magna conquisitione disquiritur, & ad sunt in Concilijs Episcopi nationales singulorum Principum Catholicorum, ipsi Principes consuluntur, & audiuntur ab initio Ecclesiae ad hanc usque diem, sicutur quæ leges, & determinationes in Romana Curia sunt cum interuentione paucorum qui etiam interdum libere suam sententiam ferre non possunt; anteriori iure consultari debent cum Principibus Christianis, neque ipsis inconsultis promulgari aut intimari: quod Apostoli, & magni Pontifices, & grauissima concilia commendarunt, & suo exemplo sauxerunt. Cum igitur Romana Curia non præstat quod ab initio practicatum fuit, licet Regibus de facto suum sibi ius consultuum usurpare, atque adeò Apostolicas litteras discutere, etsi oporteat detinere.

In hac opinione quædam miscentur probanda, alia improbanda. Certū est in singulis causis pro qualitate ipsa rum

sum teneri Romanum Pontificem iure naturali, & Djuino consultationem præmittere, ita ut cum satisfactione Regnorum, & Provinciarum determinationes publicentur, atque ita factum esse ab Ecclesia Romana probant omnia illa exempla generalium Conciliorum, quæ consultationem omnium Principum postularunt. Secundò certum est nō esse absolute necessarium in Concilijs non generalibus etiā si patriarchalia, aut nationalia sint, ut ad sint Catholici Principes, sic expresse habetur in octava Synodo, canone 12. pag. 772. editionis Colonensis decernente, quod licet in Concilijs generalibus adesse debeat Reges, & Principes, non tamen in alijs. Per latitū est, inquit, ad nos nō posse sine Principum præsentia Concilium agi, a qui nō sicut sacri Canones sanciunt, ut ad Synodos seculares Principes cogantur sed soli dum taxat Episcopi. Quare nec alias repemus eos in alijs, nisi & cœmenicis Concilijs interfuisse. Neque enim fas est, ut seculares Principes, eorum que Dei Sacrae dotibus contingunt spectatores siant. Duo prescribit. Canou, alterum est in cœmenicis, seu generalibus Concilijs, ex dispositione sacrorum Canonum Principes interesse debere; quod evidenter coniunctum testimonia nuper allegata à precedenti sententia. Alterum est in Ecclesia Orientali nationalibus, aut provincialibus Concilijs Principes, neque per se, neque persos oratores, aut palatinos adesse consueisse, licet in Ecclesia Occidentali, sa tem in nostra Hispania aliter contigerit multo ante octauam Synodon, quemadmodum exempla ex Concilijs Toletanis persuadent. Tertiò certum est querimonias Græcorum à Nilo Thessalonicensi Archiepiscopo superius relatas à veritate aberrare. Quam parum fidendum sit Nilo, constat ex Bellarmino lib. 2. de Romano Pontif. cap. 22. & 27. Nam multo post Nili tempora pro vniione Græcorum, & Latino-rum conuocata est sub Eugenio IV. Synodus Florentina, cui Imperator Orientis, & reliqui ferè Græci patres subscripserunt. Nihilominus vix annos duodecim prædictam vniionem, & obedientiam Romano Pontifici debitam conseruarunt. Holsius, Cardinalis Varmiensis, libro

de Sacerdotiū coiugio, probat vicibus quatuordecim Græcos reconciliatos suisse Romanæ Ecclesæ, & toties propter suam volubilitatem ab eius gremio discessisse. Nilus in excusabilem habet nequitiam nam anno 1344. sub Gregorio 10. Concilium Lugdunense quingentos habuit Episcopos, & Legatos Imperatoris Michaelis, vbi communis consultatione inter Latinos, & Græcos concordia est inita, ut ad struit in historia Nicephorus Gregoras lib. 5. & 6. Ut interim omittam Græcos, atque in illis ipsum Nilum non aliter admittere primatum Romanum nisi ex ordine antiquitatis, & cessione, aut concessione ailiarum Ecclesiærum & Principum; cunctamen nos Latini ex iure, & institutione diuina quæ ab hominum cessione, & voluntate non dependeat, hanc primatum Romanæ Ecclesæ profiteamur, & constabit ex ijs quæ scribit S. Thom. opusculo contra errores Græcorum perquinque capita. Præterea alios plures habent errorēs perpetua traditione, & antiquorum Conciliorum assensu condemnatos, ut patet ex Sigiberto in Chronico, Prateolo in Elencho heresum, Genebrardo anno 1049. nam tuentes Spiritum Sanctum non procedere à filio; nullum esse purgatorium post mortem; simplicem fornicationem non esse peccatum; iustorum animas ante diem iudicij Deum non videre, nec damnatorum animas in inferno addici; laicos debere sub vtraque specie Eucharistiam sumere; Latinos in azimo non consecrare corpus Christi; licitum esse fallere inimicos; vinculum matrimonij dissolui posse utroque coniuge consentiente; nullam esse obligationem restituendi furto sublata; Missas & suffragia pro defunctis non esse offerenda; extremam uictoriem ad salutem corporalem non sufficere; usuras esse licitas; rebaptizando; esse eos qui secundum formam Ecclesæ Latinæ baptizati sunt. Additum prandus alium lib. 5. cap. 6. non posse patrem, & filium cum matre, & filia matrimonium ducere. Photius in Monocanone tit. 14. Zonaras lib. 3. in Leone Philosopho adjiciunt a sum, scilicet quartas dupicias esse condemnatas. Similiter in ritibus maximè Græci differunt; Primo Sacerdotibus permittunt uxores conservare quas antea duxerant; non miscent ad consecrationem

## *De primis instantijs.*

Calicis aquam, & vinum; ministrant Eucharistiam pueris recens baptizatis, consecrant in fermentatio; baptismi, & poenitentia formam adhibent per deprecationem, non per enuntiationem modi indicatiui; non vtuntur oleo benedicto ab Episcopo sed à solo Presbytero administrandum extremae vocationem; neque easdem partes moribundi vngunt quas solet Ecclesia Latina inungere; nullum cibum in lege veteri prohibitum manducant; in multis cérémonijs Missæ vt notum est differunt à Latinis. Addit Concilium Lateranense sub Innoc. III. cap. 4. à Græcis habet veluti immunda, & profana ea altaria in quibus sacrificiū Latini celebrauerint. Tandem ordinant, & Episcopos creant Eunuchos vt ait Leo 9. epist. ad Michaelem Constantopolitanum, & Leonem Acridanum cap. 23. quæ omnia ex authenticis testimonijs constant. Quod vero S. Thomas opusculo contra errores Græcorum pleraque exijs non memoret, ideo est, quia libellus quem Urbanus IV. illi exhibuit non alia memorabat. Hæc referre libuit dum Nilus in Expurgatorijs Catalogis notatur veluti scismaticus, ne non confitet quam multa, & longe diuersa Græcos à Latinis separauerint. Semper Ecclesia Romana sollicite curauit vt grauiora quæque negotia vniuersalia non sine consultatione Græcorum finirentur: idcirco vt nuper cœpimus dicere anno 1438. præsentibus Eugenio Papa IV. Ioanne Paleologo Imperatore, Iosepho Patriarcha Constantopolitanō, & maximo Græcorum Episcoporum numero Florentinum Concilium conuocatum est, eo præcipue fine vt Græca Ecclesia Latinæ associaretur in vnum corpus, & in eandem fidem. Volui Nili calumniam depellere ne exquerimonij ipsius tantopere sibi fidant qui adeò grauiter exaggerant nullam ijs postremis seculis fieri à Romana Curia consultationem exijs quæ more antiquo fieri solebant.

Quarto certum est Principes examinatiue, consultiue, Scolastice, seu magistrali, non iurisdictionaliter posse per Episcopos, & Academias, & viros peritissimos, quibus iure diuino, vel ex concessione Apostolicæ Sedis id datum est, discutere, & examinare, quæ maiori consultatione egit,

## *Et alijs recursibus.*

vt Romano Pontifici repræsentent quid optimum fac tu videatur; in quo tamquam patres extraordianarij Episcoporum in suis Regnis commorantium, eorum vocem, votum, mentemque explorant, & exploratam Summo Pontifici qui ex naturali, & diuino iure audiire tenetur, suppliciter proponunt, vt per hæc supplementa confiliorum, siquid emendationem postulat, emendetur. Id ex charitate, & fraterna correctione vlo sine iurisdictionis aut superioritatis prætextu impleri debet; atque hac ratione vbi indicium est aut suspicio de subreptione litterarum, possunt extra judicialiter examinari vt si quid continent aut noxium aut contra sacros Canones aut contra vniuersalem vtilitatem Regnorum summō Ecclesiarum capitii manifestetur, & interim non mandentur executioni. De quo alias plura euulgauinus.

Quinto certum est tempore Concilij Basileensis, & Constancensis quando iurisdictionalia contra Romanū Pontificē in fauore potestatis Cōcilij Generalis supra Papam liberius spargebātur, plura dixisse graues Doctores, & Praetatos quæ iam nullatenus oportet admittere ad præsentē controversiam. Ne quis autorem ullum eius temporis producat, referā quæ Cardinalis Nicolaus de Cusa alios secū abducēs eo ipso tempore scripserit, & docuerit. Lib. 2. de concordantia Catholica cap. 9. ait responsa Pontificum nisi ab Ecclesiastica Synodo fuerint promulgata non esse neque Canones neque decreta neque statuta Ecclesiastica neque habere vim nisi per acceptationem, & usum multitudinis, ex hoc temerario principio alij quidam magis temerarie inferunt etiam Brevia circa res vniuersales posse examinari, & detineri quia à congregatiōne Episcoporum non sunt promulgata. Cap. 18. grauissime excedit Cardinalis Cusa probans debere Pontificem ex consensu Metropolitanorū habere ex omnibus Provincijs Cardinals ut semper adsint ex singulis Provincijs apud generale Concilium: & cum addit cap. 20. ad satisfactionem Provinciarum aliquando Romanos Pontifices professos suisse cum assentia, & Concilio prædictorum Cardinalium suo muneri fore satisfacturos ut in protestatione

### *De primis instantijs;*

tione Bonifacij Octani; unde immerito ex ijs nonnulli inferunt; quod hæc non fiant aut prætentur in Romana Curia, tunc conscientia posse litteras præuideri, discuti, & quando opus fuerit detineri. Verum abutuntur falso principio. Capite 21. probat præfatus Cardinalis non posse papam alienare bona Ecclesiæ sine alijs Episcopis ut Episcopus sine suo clero 12. q. 2. sine exceptione, & cap. nō liceat, & Subdit Canones Conciliorum generalium non posse tolli à Pontifice etiam cum Cardinalibus: Ex hoc impio, & temerario fundamento sunt qui iustificare contendant examen, & detentionem litterarum circa bona Ecclesiastica, cum consensus aut Consilium Episcoporum non præcedit. Hæc, & alia absurdæ tulerunt graues illius sæculi Doctores ex spiritu contentionis; ne quis tamen similibus testimonijs confidat, exponam nonnulla quæ Cardinalis Nicolai decusa autoritatem imminuunt: eoru etiam qui prædicto tempore similes doctrinas spargebant. lib. 2. cap. 4. ait licere appellare ad futurum Concilium cap. 13. quod Papa non est Episcopus vniuersalis, sed primus. Cap. 17. quod Primatus Romani Pontificis partim est à Christo, partim à decretis Apostolorum, & eorum successorum: & quod Concilium Generale sit supra Papam. Cap. 34. quod Petrus, & Romani Pontifices præsint omnibus, non habent ex Diuino præcepto, sed ex consensu populi. Hæc, & alia æque absurdæ docent, & docuerunt qui ut generale Concilium superius esse Pontifice Romano statuerent, Sedis Apostolica maiestatem, & dignitatem. & potestatem deprimebant. Nemo igitur in præsentibus casibus aut ijs annexis horum testimonio vtatur, cum nullius esse ponderic innotescat. Tandem quod ibidem allegatur de Ioanne Octauo extra rem est, nam Imperatores Orientis eam promotionem Photij procurarunt. Omnes igitur simul id est

Ioannes Octauus, & præfati Imperatores Synodo Octauo, & vniuersalæ Ecclesiæ præmisum damnum intulere.

*Secun-*

### *Et alijs recursibus.*

32

*Secunda via opinandi ex D. Bonaventura desumpta.*

*S. II.*

**D**OCTORES nonnulli huius temporis arbitratur prævio indicio, aut suspicione graui de iniustitia aut existente parte laxa verisimiliter reclamâte, vel de subreptione, vel de violatione Sacri Canonis pertinētis ad iudicia aut regimina vniuersalis Ecclesiæ, vel de iure patronatus non servato, vel de magno detrimento Regni, Provinciæ aut Civitatis, vel de maximis alicuius Ecclesiæ utilitatibus impecditis, posse discuti à principibus secularibus litteras Apostolicas; ita ut quando id fiat sit vehemens præsumptio generalis, aut particularis, quod Episcopi aut ex subordinatione, aut ex metu, aut ex alia causa non audeant, aut non soleant præceptis similibus aut legibus, aut mandatis contradicere. Quando vero hæc non concurrunt haud licitum est prædictum examen, discussio aut detentio earumdem litterarum. Huius rei probationem deducunt ex doctrina Sancti Bonaventuræ, quam ratio naturalis, & interpretativa voluntas Romanorum Pontificum, & communis Doctorum sensus (vt iij Doctores statuunt) approbare tenetur. Ait Sanctus Doctor in opusculo: *Quare fratres minores præcent, & confessiones audiant vniuersale esse principiam, ut semper in praxi de Romanis Pontificibus, ceterisque Ecclesiæ Pastoribus iudicemus, ea velle, quæ ad salutem eternam expediunt, & quæ culpam excassent; alioquin si hoc non vellent, essent indigni Pastorali officio, Qui ous Christi perire malent, quæ erui de ore luporum, & talis voluntas careret effectu Pastoralis potestatis, que solù in adificationem, & non in destructionem animarum data est ab ipso Principe Pastorum: Sed cum omnes conditiones supra positæ concurrunt, & Episcopi non exequuntur dispositiōnem iuriis circa suspensionem Breuum, aut quia metunt, aut quia alias ob causas nolunt, obligantur Patres extra*

*dis-*

### *De primis instantijs,*

annis Ecclesiz, veluti protectores Conciliorum, non ex iurisdictione, sed ex lege charitatis, & alijs titulis vel motuis extra judicialibus ad euitanda damna in fieri, præferunt si culpam adnexam habeant. Neque aliud volunt, aut vel le possunt Ecclesiastici Pastores iuxta doctrinam S. Bonaventuræ, & aliorum Patrum, ac Doctorum. Ergo, si concurrant omnes conditiones supra scriptæ, verissima est hæc sententia. Si omnia quæ supponit certa sint, tolerabilis esset; sed illud difficile creditu est in hac opinione Episcoposex subordinatione, metu, aut alijs causis, ita se gerere in ijs negotijs, ut Reges veluti Patres extraordinarj, eorum vices necesse sit supplere. Sublimiorem de illis opinionem habere necesse est; simul etiam de Romana Curia.

### *Tertia sententia refertur ex titulo correptionis fraternæ impeditive culpæ intimatæ Adamo, & Euæ.*

Sententia tertia ad iustificandum examen, & detentionem Breuium Apostolicorum de quibus supra, circa primas instantias, fundamenta desumit ex correptione fraterna. Loquitur Doctores qui eam tueruntur non de illa correptione Euangelica, quam Christus promulgauit sub conditionibus, quæ habentur Matth. 18. sed de illa, quam prescripsit Ecclesiasticus cap. 17. quæ est longe dissimilis, eam que sub lege positam ab initio creationis Adamo, & Euæ his verbis declarat: *Testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam, & iudicia sua ostendit illis, & magnalia honoris eius vidit oculus illorum, & honorem vocis audiarent aures illorum, & dixit illis: Attendite ab omni iniquo & mandauit illis unicuique de proximo suo.* Docet Ecclesiasticus Deum Adamo, & Euæ apparuisse, atque illis, & posteris viuæ vocis oraculo intimasse, ut quilibet de proximo suo curaret, ne culpam aliquam patraret, aut damnum spirituale, vel corporale sustineret. Certissima hæc veritas est: nulla enim ratione excusat quicunque saluti proximi absque graui incommodo prouidere valet; longè aliud præcepti genus hoc est ab illo, quod Christus Deus euangelauit Matth. 18. tum quia generalius, ut pote obligans impedit omnia decimata corporis, & animæ proximorum: tum quia continet onus executium impediendi misericordias

### *Et alijs recursibus.*

33

serias corporales, & spirituales impendentes proximo, si pro se aut alijs maiora damna, & scandala non sequantur. Correptio illa de qua Matthæus cap. 18. solum spectat iuxta plures Patres ad iniuriam propriæ significatam, quæ omnibus irrogatur à proximo; non vero ad alia peccata, quæ vel iniuria non sunt, vel in alios proximos perpetrantur. Deinde nihil habet executium correptio illa fraterna de qua Matthæus supra præter monitiones quasdam secretas, auscultationem testium, & delationem ad Ecclesiam; at correptio, de qua Ecclesiasticus tractat inuoluit plures executiones interdum violentas, qualis esset impedire voluntem se occidere, aut mæchari cum alia, aut sacrilegium committere. An hæc officia sint ex charitate, vel misericordia, & an hæc virtutes natura, & specie distinguantur, subtilior est disputatio, neque huic tractationi necessaria.

Vt igitur propriam mentem explicant, supponunt pri-  
mum sub hoc beneficio correptionis, de qua Ecclesiasticus  
cap. 17. omnes comprehendunt, etiam Ecclesiasticos Princi-  
pes, ut his verbis declarat S. Thomas in 4. dist. 19. art. 2.  
quæsiunc. 3. *Prealatus ex hoc quod est persona publica, &*  
*vicem Dei super subditos gerens, non amittit ea, quæ sunt*  
*propria singularis personæ, & ideo omnia illa, quæ debentur*  
*alicui ex affectu fraterno, qui ad omnes homines babendus*  
*est, etiam Prealato debentur, sicut etiam ipse alijs debet ea,*  
*quæ affectus charitatis ex postulat, nec ab his ratione Preala-*  
*tionis excusitur: & ideo secundum alios præceptum de fra-*  
*terna correptione, etiam ad Prealatos se extendit. Et paulo*  
*post Prealati in quantum peccant non sunt cœlum, & secun-*  
*dum hoc eis correptio debetur: nec iterum, qui eos charitati*  
*ne corripit in eos os ponit, id est contra eos, sed pro eis, qui ad*  
*utilitatem eorum eos admonet. Nec iterum præsume-*  
*re quis debet de Prealato, quod scandalizetur nisi contrarium*  
*confit. Iohannes Maior in disputatione an Papa subditus*  
*sit fraternæ correptioni, hæc ait. Romanus Pontifex est*  
*Frater noster: habet eundem Patrem in cœlis nobisum, &*  
*dicit orationem Dominicam nobisum, & est homo circum-*  
*datus infirmitate, sicut alij viatores, ergo possumus eum cor-*  
*ripere, & in casu tenemur, aliter Papa esset deterioris con-*  
*dit-*

## *De primis instantijs,*

*ditionis, quam alij Chriftiani.* Hi, & plures Doctores cum de Papa loquuntur non tractant de correptione fraterna, quam apud Matthæum Christus præscripsit, sed de illa, quam Ecclesiasticus retulit: nā neque testes aduocari possunt, si ipse nollece cessare à peccato, nec poterit ad Ecclesiam prouocari, idest, ad superiorem iudicem, cùm Papa nullum supra se habeat in terris. Idcirco Ioannis Maioris doctrina vera est, sed ad erroneū finem destinatur, vt probet Ecclesiam in Concilio generali congregatam esse Romanorum Pontifice superiorem, falso arbitrans ad illam veluti iudicem esse deferendum Papam, si nolit à culpa discedere. Quo principio similiter abutuntur Gerson, Almainus, Aliacensis, & cæteri Doctores, qui post Constanceensem Concilium scripserunt. Hæc notasse oportuit, vt constet Scholasticos sapissime occasione correptionis fraternæ speculatiuè admonentis, & ad testes, & ad Ecclesiasticas potestates crimen deferentis, quam Christus apud Matthæum docuit, de alia correptione tractare magis vniuersali, & initio creationis intimata humani generis primis Parentibus, vt ex Ecclesiastico probatum est.

Supponunt secundò hanc correptionem executiuan aut præcautiuam, aut impeditiuam culpæ nihil habere iurisdictionale, vel authoritatium, vt egregie declaratur exemplo Almayni quæstione resumptina de potestate Pape. Agrotat pater naturalis trium, aut quatuor filiorum; ad valetudinem obtinendam necesse est, aut sanguinem mittere, aut pharmacum purgâs accipere. Si nolit Pater debito satisfacere, vbi medicus doctinaliter solùm, aut intima tiuè sine ullo iurisdictionis vsu explicauit sanguinis missionem, aut purgationem corporis desiderari pro conseruatione vite parentis, tenentur filij executiuan manum adhibere, vt Patrem volentem, nolentem cogant ad prædicta medicamenta, in quo nullam exercent iurisdictionem aut superioritatem; sed executores sunt iuris naturalis, & diuini, quo vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Verba Almayni sunt, *Postquam per expertum medicum alicui dictum est de aliquo cibo, quod est necessarius ad eius sustentationem, non ex præcepto medici, sed ex præcepto legis natu-*

## *Et alijs recursibus.*

tura, tenetur illud sumere. Ex quo fit correctionem Evangelicam esse per modum adhortantis, monentis, rogantis, minantis per testes, aut delationem ad iudices, vt his verbis expendit D. Thom. supra art. 1. *Fit per verba tantum, que vim coactiua non habent, & talia verba admonitoria dicuntur: & id est cum hic modus ad corripiuentem pertineat, correptio nihil est aliud, quam admonitio.* Hæc correptio cum omnibus circumstantijs Evangelij locum non habet, nec habere potest cum supremo Ecclesiarum Princepe: atque adeò inutiliter laborarunt Basileenses, & Constantienses Doctores, qui ex correctione Evangelica intulerunt Concilium Generale esse supra Papam, quia si ipse delinquat, impleandum sit illud preceptum. *Dic Ecclesie,* idest Concilio Longe diversa est correptio, quæ ad summam Ecclesie capita extenditur, scilicet illa, de qua Ecclesiasticus cap. 17. comprehendens utique sub se fraternali correptionem efficaciter praecatiuam, & executiue impeditiuam culpæ iuxta illud: *Attendite ab omni iniquo, mandauit illis vnicuique de proximo suo.* Verum, vt id præstari queat, nec grauius damnum nostrum, nec maius scandalum Reipublicæ, nec alia inconuenientia timenda sunt.

Ex his principijs elicunt argumentum primum. Omnis culpa notoria Prelatorum in fieri, & pendente habens ex eccl. orem, sive contra proximū, sive contra Remp. sive contra Deum debet impeditiri à quocumque homine potente id præstare sine scandalo, turbatione, aut grauiori bus incommodis: quæ admodum his verbis docet Saluianus Massiliensis lib. 7. de Prudentia: *Potestis, quæ inhibere scelus potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari: in cuius enim manu est, vt prohibeat, iubet agi, si non prohibet admitti.* Farinac. q. 8. num. 120. citans And. Sical. Aretinum, Felia. Abbat. Decium, & communiter omnes in cap. cum non. b homine. Diaz in Praet. crimi. Canon. in verbo. Capit. cap. 114. Lap. allegat. 126. Boss. in tit. de captura num. 39. Glossa in cap. 2. de heret. vbi quod in criminis comitendo inferior potest corrigeri superiore, licet securus in iam commissis. Archidi. c. in cap. si putauerit q. 1. vbi quod correptio fraterna, de qua in C. Nouit

## *De primis instantijs.*

Nouit de iudicijs, est de præcepto in eo qui vult committere crimen, ut teneamur ipsum corrigere licet sc̄us in eū qui iam commisit. Anton. in cap. ex parte de testibus Innoc. i. a cap. i. de Postulat. Pr̄lat. Sed litteræ, aut mandata Principum Ecclesiasticorum si contineant in fieri, & executione iniustitiam, aut peccatum, aut scandalum, aut speciem mali, aut transgressionem factorum Canonum, quoad vim directiua eos obligantium, habent notoriam culpam. Ergo illæ poterunt impediti, aut præcaueri a quo cunctæ ex generali mandato apud Ecclesiasticum, dummodo ea quæ disponuntur in iure Canonico, ab Episcopis non sicut nec alia graviora incommoda, aut scandalitineri possint ex dicta præcautione, aut impedimento executionis peccati. Hanc esse mentem Pontificum, constat: num ipsi inveni similia rescripta impediti ut patet ex cap. Nos. 2. q. 7. *Nos si incompetenter aliquid agimus, & in subditis iuste legis tramitem non seruumus, vestro, ac ministrorum cuncta volumus emendare iudicio.* S. mile est, quod scribitur cap. Si Dominus. Cap. Qui refit. i. q. 3. & latissimè probat hæc partē Farinac. q. 47. n. 3. Scacia de iudicijs c. 57. n. 9. Borellus cons. 24. n. 18. imo Doctores plures statuant, si mādata sint valde extraordinaria absque peccato nō esse executioni mandanda sine; noua cōsultatione Principū. Menochius cons. 1. Petrus Sardus cons. 439. n. 15. vs q. 10 ad 64. volum. 3. id sane urgentius obligat, si violetur antiqua iura perpetua consuetudine recepta ut ait Valēzue la de statu belli 2. p. cōsider. 12. aut si ex executione mādati nouum scandalum generetur iuxta Mieres de Maioratu 4. p. q. 1. limit. 1.

Argumentū secundū est, quia Principes Ecclesiastici imp̄sii, & ardētius amāt, & amare debet equitatē, & specie boni, quā Principes seculares; sed Principes seculares volunt, & iubēt ipsorum mādata ab executione impediti, si cōti neāt receptarū legū transgressionē; ut patet ex l. rescripta C. de precibus Imperatori offerēdis quod latē ibidē persuadet Antonius de Padilla: ergo de Principibus Ecclesiasticis idē cēsendā est, quādo aliquid cōtra fieros Canones, quā receptas cōsuetudines laudabiles, aut ius naturale, vel di-

## *Et alijs recursibus.*

diuinū eōtinēt. Multa alia prædictis similiā cōgerunt Grammaticus cons. 45. à n. 38. Farinac. q. 37. n. 74. Didacus Mārius in Addit. ad Grammaticū decis. 36. n. 28. Si mādatū nō jā iniutū, sed durū, aut asperū sit, executionē impediendā docent Padilla in, l. causas n. 4. C. de transactionibus, Rodericus Suarez allegat. 12. n. 49. 50. Azeuedo in l. 14. tit. 33. cū seq. & tit. 3. lib. 5. recop. Graffis in decisionibus aureis p. 1. lib. 2. c. 10. n. 21. Cenedo ad Decretales collectā. 3. n. 2. Barbosa in collectanea ad caput si quando num. 1.

Tertium argumentū suunitur ab autoritate Pōtificū, & Cōcilliorū. Leo Magnus Theodosiū Imperatorē alloquēs epist. 7. sit *Vobis non solū regnū, sed etiā Sacerdotale animum inesse gaudemus, ne scilicet in populo Dei aut scisma, aut villa scandala conualescat.* Exp̄. de conualescentiā, seu cōtinuationē scismatū, scandalorū, & seditionū inter Sacerdotes, de quib⁹ sermonē habebat Leo, per correptionē fraternā, aut præcautionē, aut executionē impeditiuā laudabilitē vitari ab Imperatore Sacerdotale animū tenēte. Idē Leo epist. 75. ad Leonē Imperatorē camdē correptionē, & præcautionē cōmendat his verbis: *Sic debes incunctanter aduertere regiā potestatē tibi non solū ad mundiregimen, sed maximē ad Ecclesie præsidū esse collatā, aut casus nefarios comprimendo: & que bene sunt statuta defendas. & veram pacem ijs, quæ sunt turbatis, restituas.* Cōprimere casus nefarios Ecclesiasticorū idē est huic Sācto Pontifici, atq; eos præcauere, aut impediti: *Bene statuta defendere idē est atque violationē Sacerotū Canonū, impediti: Veram pacem turbatis restituere idem est, atq; nō permittere rixas, contentiones, & seditiones Ecclesiasticorum.* Celestinus Papa epistola ad Theodosiū iuriorem propositis nonnullis exemplis sic Imperatorē alloquitur: *His ergo exemplis valati, præsidijs stale, obseruantia, virtute uniuersalis Ecclesia in Dei nr̄strī p̄issimum cultū, ne sibi aliquid diffenso venedicet, custodite. Pro vestra enim salutē Imperij gerisit, quid quid pro quiete Ecclesia, vel sancta religionis reverentia, & bgnatur.* Docet Pontifex ex vi fratre næ præcautionis, & correptionis impeditiū cū ipse debere Imperatorem decisiones Ecclesiasticorum præuauere, & vnanimitatem.

## *De primis instantijs;*

ernare. Ut alii ciat ad predictum correptionem, & præcautionem extra iudicialem, exponit hanc curam iure naturali, & diuino cōmissam fore imperij politici conseruaticem.

Oannes Episcopi Catholici Ægypti, & Clerus Alexandrinus eamdem præcautionem impeditiuam culpæ tractu successu pendentis aduersus Timotheum Patriarchā his verbis ad Imperatorem postulant: *Vestrum tranquillitatem suppliciter exoramus, quatenus dum petitiones nostræ veniunt ad effectum, sincere iubeatis vestram syllabis pietatis Timotheum ab appstita vestra probiberi.* Non poscunt Timotheum puniri, hoc enim iurisdictione est, & excedit terminos correptionis, aut præcautionis fraternæ executiæ impeditiuæ culpæ, sed solum prohiberi, & impediri ab Imperatore circa tractum successuum peccatorum.

Hormisdas Papa epist. 19. ad Anastasium Imperatorem, licet hereticum sic scripsit: *Precor manu factum in vestram iniqua molientibus obuiare, & remouere molestias.* Non rogat vindictam exercere, aut punire Ecclesiasticos, qui Episcopum Nicopolis spoliarunt, hoc enim iurisdictionale est; sed per fraternalm præcautionem impeditre tractu successuum peccantium. Idem Pontifex epist. 33. ad Iustini num Imperatorem hæc ait: *Supereft vobis adhuc Alexandriae, atque Antiochie, atque aliarum Ecclesiarum nullo modo negligenda correctio..* Non de judiciali correctione, sed de fraternali, aut paterna culpas præcauente aut executiæ impediente, sermonem habet.

S. Gregorius Papa lib. 2. epist. 5. ad Gennadium Exarchum Italiæ, licet magistratus secularis esset, hæc scribit: *Scito excellentissime fili, si vi glorias queritis si de commissâ vobis Provinçia securitate gloriari nisi, nihil in vobis magis aliud ad hoc proficere, quam zelare sacerdotum vitas, & intestina Ecclesiarum, quantum possibile est, bella compescere.* Non permittit Exarchum iudicium exercere, aut pœnam in Ecclesiasticos; sed eorum culpas aut præcauere executiæ, aut impeditre.

Patres Concilij Bizaceni, & Concilij Romani sub Martino cōsultatione 2. Imperatorem rogant, ut quorum dum Episcoporum culpas tractum successuum habentes impe-

## *Et alijs recursibus.*

impedit; suadent predictam correctionem, aut præcautionem adductis solennibus verbis ita: *Eruunt Reges nutritij tui id est, qua potestate nutrit infante m à nocuīs remonet sine iurisdictione, sic Reges quasi nutritices Ecclesiasticos filios à peccatis separant.*

Car omanus autore Surio die quinta Iunij Cleri promouit reformationem ea forma, quam representat in epistola ad Romanum Pontificem: *Ne aliquis, quæsio, huius pietatis admonitionem esse præsumptionem putet, vel iudicet, qua nos errata corrigerem, superflua restindere, recta connectere studeamus.* Hanc reformationem non aliter prestitit, quam solicite curando vt Ecclesiæ leges simplerentur, simuque impediens, ne quisquam villas violare auderet, ut constat ex lib. 2. Hist. Rhemensis cap. 18. Huius filius Ludovicus Pius Imperator, & Carolus filius, vt referrunt in Concilio Suescionensi executores esse voluerunt sacrorum Canonim missis visitatoribus ad varias urbes Provinciarum. Verba regia hæc sunt: *Ut misericordia nostra per civitates, & singula Monasteria, tam Canonicorum, quam Monachorum, siue Sanctorialium vni cum Episcopo vietam ibi degentium, & conuersationem inquirant, & ubi necesse, corrigan.* Episcopi iudicis literæ hæc praestabant; at Vilitarores Regij correctionem predictam veluti copratores per aliud genus præcautionis, & correptionis executiæ impeditiuæ culparum eadem complebant.

De Imperatore Carolo 5. initio Concilij Treuirensis hæc scribuntur: *Sacrarillus maiestatis sibi haud quoque graue duxit formam nobis proponere ad annuimus consentaneam scripturis, & calitus inspiratis Canonibus ad instaurandam Ecclesiæ integritatem. Addit proxime Archiepiscopus Treurensis: Eam reformationis formulam iuxta Cesaris mandatum publicari, & prelegi omnibus vobis curauius: Hæc, & alia plura Doctores predicti congerunt testimonia, ex quibus gesta Principum cum Ecclesiasticis principibus iustificare contendunt titulo fraternæ correptionis in precepto postea nostri generis parentibus*

*primis, secundum ea, quæ Ecclesiasticus.*  
cap. 17. retulit.

ad iuris

iustitiae

causarum

instans

## Iudicium de tertia sententia.

**Q**uemque generaliter dicuntur ab his Doctoribus est ea fraterna correptionem, de qua Ecclesiasticus cap. 27. verissima sunt, nec in controuersijs adduci queunt: illa enim omnibus scripturis, Cœcilijs, Patribus, & Scholasticis probatur. Verū semper hæc principia ex iure ipso natura, ex pluribus circumstantijs, & conditionibus limitata sunt.

Nam primum hoc preceptum affirmatius de fraterna correptione executionis impeditua, culpæ postulat ut ex ilius executione non maiora incommoda, aut scandalata emergant. Secundò postulat, ut qua majori lenitate, & minori tumultu, & securioribus medijs fieri possit, adimpieatur. Tertiò, ut occasione illius iurisdictionis novis surpetur, ne iudicialis stylus, aut praxis exercetur, cum praedictu mandatum nullam præter porrectatem authoritatiam vel authenticam in iudicio. Quartò ut si peccatum non habeat tractum successivum, sed omnino cessauerit, nihil ratione huius precepti fiat præter ea, quæ pertinent ad suadendam penitentiam. Hæc si cunctantur, aut concomitantur, innuera consequentur absurdia. Quod si obseruentur, & doctrinaliter præcipiantur, nullum inconveniens aut incommodum timendum erit.

Dicęs correptione fraterna executiva ex parte Magistratus, aut Principis secularis non potest habere locum, donec præcederit exame iudiciale. Ecclesiasticorum, ut insinuat à Concilio Sardicensi c. 19. ut refertur cap. si Episcopus 1. q. 3. & à Cœcilio Carthaginensi 4. c. 66. & à Concilio Milentiano c. 22. ut refertur cap. Presbyteri 11. q. 3. & generaliter antiqui Canones, & concilia quamquam etiam absoluere huic dicuntur abrogatione habero, non permittunt ad iudices secularares venire Ecclesiasticos, donec Prælati iustitia de legarept. Conc. Carthagin. 3. confitit 74. c. 1. & refertur cap. si quis 45. c. 13. q. 1. Respondeo hæc omnia procedere ex eccato consummato, & non habente tractum successivum; sed tamen habere locum circa peccatum in fieri vel

R. 2

quæd

## Et alijs recursibus.

36

quod exēcutionem minatur. Itaque hæc iuris loquuntur de criminibus patratis iudicialiter puniendis, aut cōpescendis; non de ijs quæ antequam patrentur extra iudicialiter impedienda sunt, ne siant, aut continentur.

Instabis, ex hac doctrina fieri ut possint magistratus secularis expedire litteras aduersus quemlibet Ecclesiasticum delinquentem in crimen habente tractum successivum, ut si concubinam domi retineat, aut fuit sublata nec restituat; cum tamen hæc non aliter emendari oporteat; quam per iudices Ecclesiasticos. Respondeo hæc mei iuris, & breuius præstari ab ordinario Ecclesiastico; deinde maiora damna & usurpationes alienæ iurisdictionis, ex hac praxi contingere; atque adeo in his publicis scandalis habentibus tractum successivum, & communitatam malitiam, non aliam admittendam correctio nō, quam quæ à legitimis, & competentibus pastoribus fieri solet.

Obijcies præterea ex doctrina præmissa de fraterna correptione sequi, posse Ecclesiasticū ratione fraterna correptionis executiū impeditis culpare, armata manu resistere, ne index laicus aduersus aliquem iniuste damnatori ad tritemes, verbera, aut fures in sententiā exequatur. Respondeo non habere locum in hoc casu præceptum, quia ex ilius executione fieret ut graviores tumultus, & seditiones, & Tribunalium perturbationes contingent. Quæ regula semper habenda est præ oculis ad cognoscendum, quando non obliget prædictum præceptum.

Instabis cum hæc correptione executiva nō fundetur in præcepto Christi Matth. 18. sed in alio intimatio apud Ecclesiasticū c. 17. solū habere locum pro materijs, quæ iure diuino, aut naturali manifeste sunt in excusabiles, ut si adulterari, aut furari præcipiteretur: valde enim cōforme est omni iuri, ut nō obstante privilegio liberi arbitrij, obligemur ad nō faciendam malum. At quid res nō habet evidenter maius, sed per cōductus opinabiles, & iudiciales incedēt, in quibus ferè omnia sunt de solennitatibus positivis, iniquis absurdam est, ut pax, ordo, & quies Tribunalium perturberet, præfertim si cum remedio appellacionis aut inhibicionis in causis, quæ natura sua executiū nō sunt, occurritur ne sequimento

## *De primis instantijs;*

mento peccati. Respondeo admittendo quidquid in hac instantia proponitur: nam quoties cum legitima opinione proceditur, nullum est peccatum, quod impediendum sit; correptio autem fraternalia impeditiva culpa locum non habet, ubi culpa non est; imo nec cum adest manifestum peccatum, si ex correctione pax, & quies conturbentur.

## *Quarta via opinandi ex titulo Patris extraordinae y Republica, qui inest Regis.*

**G**raues quidam Doctores aliter prædictum examen, & detectionem litterarum Apostolicarum à culpa eximunt. Sappunt, velut certum principium Reges ipsius Dominijs esse Patres extraordinarios singulorum qui in illis commorantur, etiam si Cardinales sint, vel Patriarchæ, vel Episcopi; atque i. Ieo omnes, & singulos illis debere filialem quandam obedientiam, quam S. Gregorius lib. 12. epist. 24. principalem appellat. Hanc esse communem Sanctorum Patrum sententiam persuadere contendunt; nam ex hoc titulo etiam quando Principes male præcipiebant; si mandatum absqu: ipsorum Patrum, aut Episcoporum scelere impleri poterat, illud exactissime, & celerrime exequabantur. S. Athanasius ad Constantium Imperatorem ait: *Nequaquam restiti mandatis tue pietatis neque Alexandriam ingredi conabor, quandiu id per tuam pietatem non licebit.* Mauritius Imperator legem promulgauit Ecclesiasticæ libertati contrariam; nihilominus S. Gregorius lib. 2. in dict. 11. epist. 61. scribit se Episcopis insisse, ut illam exquerentur, & simul Imperatorem monuit de legis ipsius nullitate, & iniquitate: Et subdit *Vobisque, quæ debui, exsolvi qui, & Imperatori obedientiam præbui, & quod sensi, minime tacui.* Dieit se præbusit se obedientiam Imperatori in Episcopis: nam in propria persona Roa annus Pontifex filius non est, nec ullum subjectionis genus debet vili hominum; ideo Gelasius epist. 10.

his

## *Et alijs recursibus.*

37  
his verbis Imperatorem affatur: *Legibus tuis ipsi quoque pareant religionis Antifites.* S. Adalbertus Episcopus citatus à Baronia anno 1097. dicere solebat se duos habere Dominos. hoc est Papam, & Regem; quorum dominio iure subiacent omnes sacerdotes. In Ecclesia infantia Gentiles, vt Imperatoribus odiosum redderent non men Christianorum, maximè Sacerdotum, dicere solebant ipso consuetam obedientiam sæculi Principibus denegare. Hanc calumniam S. Iustinus Apol. 2. ad Antonium, Tertullianus in Apologetico, Minutius in Octauio, Clemens, Alex. 4. Strom. Arnobius contra Gentes accuratissime refutant. Apostolus huic damno succurrens hanc obedientiam prædicabat: ad Rom. 13. *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit.* Ad Titum 3. suggerere ipsis, ut se subiiciant Principatibus, & Potestatibus, & ob temperent, ut ad omne opus bonum sint parati. Et 1. Petri 2. *Proinde subiecti estote cuius humanæ ordinationi propter Dominum, sive Regi, ut qui supereminet.*

Hoc munus Patris diuersum est ab officio Regis, quemadmodum Theologi à Puente Hurtado allegati disp. 162. de charitate sect. 4. à §. 26. in iudice duo munia distincta separant, quorum alterum paternum est; alterum iudiciale; & hęc interdum personis separātur. Adam toto vitæ decursu instar solius Patris gubernauit, quod illum, veluti fontem, & originem naturalem ceteri homines suspicerent. Nomen, & officium Regum, & Iudicium postea est inchoatum. Iudices Arbitrii, vel ad unam tantum causam iuridicè terminandam destinati, nihil habent paterni muneris; in reliquis fere omnibus iura Patrum, & Iudicium copulantur.

Officia paterna non violant immunitatem Ecclesiasticam: v.g. Habet Pater in proprijs ædibus filium Sacerdotem scortatorem, gladiatorem, ebriosum, aleatorem, turbantem noctibus quietem ciuitatis Pater ut illius bono consulat illum armis spoliat, continet eum in proprio domicilio, cogit abstinere vino, mulieribus, & scandalofisis sceleribus: nihil tunc facit contra immunitatem Ecclesie; non enim hoc ius naturale parētum per Sacerdotium

K

filiij

fili⁹ supprimitur, vel extinguitur, præsertim cum ex dedecore filij magna ignominia parentibus, familijs, & tertia personæ consequatur. Simile quid de extraordinarijs parentibus Ecclesiasticorum dicendum est: nam quod scribit Grabrisa tom. 4. Præscript. cōtrouers. 7. pag. 433. Sacerdotes non esse filios, nec subditos Regum, sed ipsis commissos, sicut Christus Pilato, nullo modo admittendum est: Probatur, & declaratur à simili. Demus Patrem habere quinque naturales, & legitimos filios, & unum ex illis esse Sacerdotem. Pro statu, & conseruatione fratum necessitate fit filium Presbyterum negotia quædam suscipere, & viarum incommoda sustinere, aut alia quævis opere, quæ Sacerdotalem dignitatem non dedeant: iubet Pater hæc fieri; absque dubio ex obedientia filiali tenetur exequi filius Sacerdos. Similiter Rex est Pater extraordinarius, aut frater maior, ut probat Valdensis tom. 1. doctrinalis fidei lib. 2. cap. 80. quem (post accuratissimum examen in Curia Romana peractum) Martinus V. approbavit litteris Apostolicis, quæ ad initium tom. 2. reperiuntur: eamdem veritatem pluribus confirmat ex communī sensu Doctorum. Tenetur Rex prædicto titulo Ecclesiasticos, ut filios, aut in pompa, & robore munda no minores fratres tueri ab hostium iniurijs, eorum pacem, honorem, subsidia conseruare, pro illorum bono vitam, fortunasque prodigere; tenentur ipsi vicem rependere, atque illum veluti Patrem, aut maiorem fratrem revereri, & illius mandata Ecclesiasticis muneribus non repugnantia, quoad fieri possit, executioni committere. Hunc fuisse sensum fidellum ab initio Ecclesiæ probant prædicti Doctori ex subiectis testimonij. Tertullianus licet Presbyter esset hæc scriptit lib. de idolatria. *Igitur quod attinet ad honores Regum, vel Imperatorum satis præscriptum habemus in omni obsequio esse nos operari secundum Apolloli præceptum S. Chrysost. Homil. 2. 3. in 12. ad Rom. Omnis anima Potestatibus supereminentiibus subiecta sit, etiamsi Apostolus sis, etiamsi Euangelista, etiamsi Prophetæ, etiam⁹ quisquis tandem fuerit. S. Hieronymus in epist. ad Titum, & habetur 11. q. 3. C. si Deminus:*

*nus: Si bonum est quod præcipit Imperator, & Praeses, iubentis obsequere voluntati. S. Bernard. epist. 170. Si totus orbis aduersus me coniuraret, ut quipiam moliret aduersus Regiam Majestatem; ego tamen Deum timerem, & ordinatum ab eo Regem offendere temere non auderem. Idem epist. 41. scribens ad Henricum Archiepiscopum Senonensem sic ait: *Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit, si omnis, & vestra: quis vos excipit ab omniveritate; si quis tentat excipere, conatur decipere.* Quibus ostendit etiamsi Henricus esset Archiepiscopus, debuisse obedientiam filialem Regibus. Plurima huius coloris facile esset producere; quæ autem dicta sunt iuxta hos autores videntur persuadere Reges ut extraordinarios Patres posse præcipere ea quæ iusta sunt: si quæ vero opere, verbo, aut scripto ab Ecclesiasticis dimanent, quæ peccata sint, aut scandalum, vel speciem mali contineant, & erumpant in executionem criminosam, aut habeant trahitum successuum peccati, ea possunt à Principibus, ut extraordianarijs Patribus impediri ne fiant, & postquam facta, & consummata sunt, non ab illis iudicia iter, aut iurisdictionaliter puniri possunt; sed ab Episcopis, Patriarchis, aut Romano Pontifice. Propterea addunt: si quando Brevia Apostolica ex subreptione, aut sinistra informatione, aut aio quoquis modo sine injustitia, aut scandalio, aut transgressione Sacrorum Canonum, aut violatione iuris Patronatus impleri non possunt: tunc Rex, veluti extraordinarius Pater Episcoporum, id exequi valet, quod illi non audent, ea examinando vel detinendo.*

Hæc sententia idem supponit, quod secunda circumstancia metum, aut minorem constantiam Episcoporum quibus ex iure Canonico hæc potestas examinandi, & detinendi Brevia Apostolica commissa est. Haud facile est de omnibus, aut ferè omnibus, immo nec de pluribus ita indicare.

*Quinta via opinandi ex unitate corporis mystici,  
quod componunt laica, & Ecclesiasti-  
ca Republica.*

**P**otestatem Regum ad detinendum, & impediendum litteras Ecclesiasticas, quæ sunt in præauditum tertij, aliter Doctores alij statuerunt: duæ, inquit, sunt Republicæ inter se connexæ, Ecclesiastica, & sacerdotalis, vnum conflantes corpus. Neque vero sunt veluti duo Magistratus politici, aut duo Magistratus Ecclesiastici non subordinati, vlla sine vnone, connexione, vel ordine; sed vnam componunt, veluti ciuitatem, vel Regnum, in cuius gremio duæ illæ potestates Ecclesiastica, & ciuilis mutuo se iuvant, & fouent, neque altera ab altera in suis munijs aut turbatur, aut impeditur. Duæ veluti partes sunt eiusdem coronæ; quamquam potestas laica tempore Ecclesiastam præcedit, sicut natura artem antecedit iuxta illud celebre dictum Optati Mileuitani: *Ecclesiam esse in Republica, non Rempublicam in Ecclesia.* Veritas nuper exposta habetur in Paulo 1. Corinth. 12. *Multa quidem membra; vnum autem corpus.* Et paulò post: *Vt non sit sciama in corpore, sed ad ipsum pro inuicem sollicita sint membra.* Deinceps addit: *Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.*

Pro concordia, & valetudine membrorum in uno corpore mystico plura possunt fieri indiscriminatim à laicis, & Ecclesiasticis Magistratibus, quæ, licet fiant à iurisdictionem habentibus; non tamen iurisdictionaliter, vel authoritatice præstatur. Hanc doctrinam egregie declarat, & probat Franciscus Suarius lib. 4. contra Regem Angliae cap. 34. num. 15. vbi cum dixisset officiales Magistratum secularium posse comprehendere clericos, de quibus suspicio esset, malum, aliquod machinari, hæc ait: *Nullo modo possunt facere titulo iurisdictionis. Solet autem iustificari per modum defensionis, quia expedit valde Rei-*

*Ripublicæ, vt impediantur delicta, & hoc munus videtur maximè commissum ministris iustitiae secularis.* Allegat pro se in hac conclusione Decimus, Félinum, Panormitanum, Nauarrum, Iulium Clarum. Iuxta horum Doctorum opinionem comprehensio Sacerdotis, v. g. à Magistratu laico facta, si ideo accidat, quia necessaria sit ad impediri facinus contra pacem, & bonum totius corporis ciuitatis, non est contra immunitatem Ecclesiasticam, neque judicialiter exercetur, sed titulo dumtaxat iuris naturalis, quo utraque res publica laica, & Ecclesiastica vnum constituant corpus, cui necessaria sit pax, & concordia. Similiter scribit Sousa in Bulla Cœnæ cap. 16. disp. 82. num. 9. loquens de eodem casu his verbis: *Non condemnarem comprebandentem Ecclesiasticum noctu cum armis prohibitis, & presertim mutato habitu, eo quod Index in tali casu utilitati, ac tranquillitati Reipublicæ consulit: plus enim potest Respublica, quam quilibet particularis persona.* Cum ergo particularis persona possit in fraganti delicto defendere innocentem, potest illud idem, & Respublica, et iam præuidendo, & anticipando tumultus, & occasiones, quibus ipsa perturbari potest. Promouent hanc mentem, quæ scripsere Banez 22. q. 67. art. 1. dub. 2. Lora 1. 2. tom. 2. tract. de legibus disput. 25. memb. 4. Cruz in Directorio part. 1. præcepto 8. q. 3. art. 1. dub. 3. conclus. 3. & alij communiter: *Quod si moralis hæc præsumptio, aut suspicio de Clerico intepesta nocte urbem deambulante cum armis, & probabilis timor de malo quod patrare possit ex mente grauissimorum Doctorum, sufficit vt potestas per consuetos officiales secularis illum comprehendat, armisque expoliet extra judicialiter, non videatur esse necessaria moralis evidentia de delicto, aut violentia, vt auxilium extra judicialiter conferatur aduersus Principes Ecclesiasticos à potestate seculari.* In quo non satis cohæret hæc doctrina Suarij cum alia eiusdem in hoc tractatu allegata, vbi poscit evidentiam violentiæ, vt præstetur auxilium à Principe seculari contra vim illatam ab Ecclesiasticis.

*Quod vero ait Bonacina tom. de Legibus disp. 10. in præcep-*

## *De primis instantijs.*

præcepto. 8.q.2.punct. 1.num. 11. maius incommodum esse præiudicium illatom Ecclesiæ immunitati ex his recursibus extrajudicialibus ad Potestates laicas, quā quod seditio se quatur, aut suslineatur violentia, durissimum arbitratur alij Doctores. Primo, quia existimant falsum esse usurpari iurisdictionē Ecclesiasticam à laica in his recursibus extrajudicialibus. In quo etiā non est exacta, & legitima locutio Reginal. tom. 1.lib. 9.cap. 22. Laynan. lib. 4. tract. 9.cap. 4. Filiucij tom. 1. tract. 16.c. 8. & 10. Sartij de censuris lib. 3.c. 13. & plurimum aliorum. Secundò, quia non est maius damnum Ecclesiasticos aliquos iudices reprimi quam pacem turbari, & violentiam sustineri. Non vexatur Ecclesiastica libertas in his casibus; sed repriman tur nonnulli ea auctentes; alioqui etiam ex eo quod una ciuitas seditionem, aut unus homo violentiam sustineret, violuerat ius naturale, & uniuersa Res publica humana vexaretur. Potio autem ratio habenda est iuris naturalis, & diuini, quam iuris positivi humani.

Ex illimā hanc opinionē plurimis antiquorū exēpliis illustrari, & roborari: omisis alijs pauca referemus. Theodosius Iunior epist. ad S. Cyrillū, quæ habetur in actis Ephesini Cœciliij rec. dictat de regali, aut Imperiali potestate. *Noris Ecclesiā, & regali nostrū coniuncta esse, nostraq; ascendente autoritate. & Imperio, & Christi Servatoris nostri ad spirātē prouidētia magis fabinde interfē coitura ej̄ se.* Vnū corpus una familia tunc Sacerdotalis, & laica nullitudo: nec potest cancer discordie iniquitatis, aut alterius scandaliosi, vel cōtagiosi criminis serpere invicina mēbra, quin ea ius habeant damnum repellendi. Eandē sententiam his verbis illustrat Imperator epist. 17. quæ in eisdē Actis Ephesini Synodi reperitur: *Cum Deus optimus imperij benis nō bis tribuerit, ijsque, qui imperio nostro parent, pie tatis. & inse. actionis quādā quāli vinculū nos esse voluerit, horū interfē societatis partim quidē nostra priuata prouidentia, sibi p̄ int̄im quoque humano p̄fessio usū indiūlū sam perpetuo hactenū conservare enīxē contendimus.* Ex quibus persuadent esse iuris naturalis, & diuini propter identitatem corporis, & viciniam membrorum, vt si quæ littere

## *Et alijs recursibus.*

40  
litteræ Ecclesiastici iudicis noxiæ sint, aut habentes transm̄ successuum peccati, illa à seculari Principe examinatur, vel detineantur.

Ex vicinis temporibus alia producuntur ab his Doctoribus. Concilium Lateranense sub Julio 2. & Leone 10. coactū fuit propter ea mala, quæ ab Ecclesiasticis imminebāt: & idē sēp̄ alias, maximē sess. 9. pag. 85. & sess. 10 pag. 97. decernuntur innumera ad reformationē Ecclesiasticorū iudicū, & Prælatorū. Hæc si extrajudicialiter iam antea Reges impediuerint, præcūsus aditus fuisset innumeris incommodis. In prima oratione ad Patres Concilij Tridentini quæ habetur tom. 4. Coaciliorum editiōnis Coloniensis anno 1618. part. 2. p. 279. veluti in vnum fontem, & caput conferunt Apostolice Sedis Legati omnia mala quibus, tunc vexabatur Ecclesia, in excessus Episcoporum, & Ecclesiasticorum: *Si verum fateri volumus, aliter dicere non possumus, quin nobis consciens in admisstrando munere nobis imposito in pluribus defecisse: & horum etiam malorum, ad quæ corrigenda vocamur non minima ex parte causam extitisse.* Et p. u. o post, vbi dictum fuerat tria esse quæ remedium petularent, subdividitur: *Hæresis lapsa morum disciplina, & intestinum, atque externum bellum: hoc ergo videamus. & consideremus, cum tam multis annis Ecclesia his calamitatibus vexetur, unde nam ipsa originem habuerint. Num illis nos quodammodo principium, num fomentum dederimus. Hic verò nihil attinet aliud inuestigare, quinam tanto-rum malorum autores fuerint; cum præter nos ipſos ne nominare quidem alium autorem p̄fissimus.* Et paucilo autē: *Nostram ambitionem, nostram auaritiam, nostras cupiditates his omnibus malis populum Dei prius affectisse.* Idcirco docent prædicti autores licetum esse Principibus non solum brevia, aut mandata Ecclesiasticorum noxia vel violentia, vel non sine culpa executioni mandanda examinare, & detinere; sed etiam ad id obligari ratione canceris, & damni serpentis in vnum, & idem corpus ab Ecclesiasticis, & seculari-bus compagnum; est enim lumine naturali insitum, ut quis-

## *De primis instantijs.*

quisquis possit etiam extra judicialiter praedicta damna à legatis Sedis Apostolicæ numerata repellat. Micheas 3. cap. postea quam retulit Magnatum violentias, & culpas, maximè Sacerdotum ait: *Propter hoc causa vestri Sion, quasi ager arbitur, & Ierusalem, quasi aceruuſ lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum.* Cùm igitur ex peruerlo iudicio, aut regimine Sacerdotum tanta immineat Reip. clades, iure naturalis conseruationis licebit Regibus, quæ ad illa disponunt, impedire; & ea detinere, aut filtere, quæ scripto facta, aut verbo eadem etiam à longinquο minantur.

Hæc via opinandi dummodo sint imminuentia damna, moraliter certa, & non sit alius quam laicus qui illa repellat, secura est, & pia. Quoad alia necesse non est iudicium ferre cum plura misceat quæ longiorem disputacionem exigant.

## *Sexja via opinandi ex titulo EpijKie.*

Celebris, & communis doctrina est, quæ ait necessitatem lege carere. Haud dubium contingere posse, ut expedit bono publico in casibus nonnullis Ecclesiasticorum violentias à laicis magistratibus extra judicialiter propulsari, verum nunquam id licebit prætextu iurisdictionis supra ipsos: idcirco si quando per Epijkiam, aut ius naturalis defensionis coguntur Sacerdotes excubias agere, & militaria officia exequi iuxta caput *Peruenit de immunitate Ecclesiarum, nullatenus credendum est à laicis iurisdictionaliter obligari.*

Illud certum est, quando similia per Epijkiam contingenter nullum esse prætextum legitimæ iurisdictionis. Epijkiam enim, idest corte & legi vel mandati est actus iudicinalis, & prudentialis, non vero iurisdictionalis, ut ex Aristotele, & alijs bene expendit Suarez lib. 6. de legibus cap. 7. In executione legis diuinæ nulla potest inferri violentia, si quæ autem esset vis in executione legis Canonicae, non illa ab homine, sed à iure proueniret.

Ex

## *Et alijs secutibz.*

41

Ex conditionibus, aut circumstantijs annexis solet interdum cessare obligatio iuris: atque adeò in illius executione potest violentia contingere. Communiter autem in nostro casu Epijkia pro injustis solum, & violentis, & difficultimis mandatis ab homine prouenientibus locum habet. Primo si preceptum iniquum sit, & cogat ad executionem eius, quod naturali, aut diuino, aut Canonico iuri vniuersaliter refagetur, dictamen prudentiæ per Epijkiam, & correptionem fraternalm executivam impeditinam culpæ potest impedire executionem mandati, eorum auxilio, qui id valeant sine scandalo, & seditione præstare. Secundo etiamsi mandatum absque illa culpa impleri queat, si tamen valde est asperum, & difficile, & extraordinarium, & inhumanum, habet locum Epijkia, & correptionis, & licet illius executionem impeditre iuxta opinionem communem Theologorum, quam tenet Suarius lib. 6. de legibus cap. 7. Probatur nam quando lex generalis iusta, sancta, & prudens est, si in casu aliquo singulari ex circumstantijs reddatur illius executionem nimis aspera, & difficultilis, & supra captum ordinarium humanarum virium, nō est obligatio illam adimplendi ex Aristotele, & communis Philosophorum, & Theologorum placito: ergo à fortiori idem ferendū est iudicium de mandato similes conditiones exhibente. Atq; in his, & alijs casibus, quamquā ex parte subditi liceat executione sine peccato; nihilominus mandatis nō excusat a peccato, nec exequitio præstatur absq; illius culpa; atq; adeò ex hoc motivo succurrere etiam potest correptione fraternali impeditina peccati. Tertio etiamsi prælatus potestate habeat imponendi preceptum aliquod; si tamen sint probabiles, & prudentes conjecturæ, quæ persuadeant non fuisse illius intentionem de imponendo mandato, vim habet extra judicialis Epijkia.

Atque vniuersaliter loquendo pro his casibus nō est necessaria evidentia, vt ait Suar. supra, sed sufficit maior probabilitas, de iustitia, violentia, & summa difficultate precepti vel de nimia asperitate, ut insolentia ipsius. Gabriel Vazquez 1.2. disp. 62. c. 6. docuit semper implementum esse mandatum superioris iubentis secundum opinionem

L

nem

nem probabilem; verum ipse hoc principium s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> limitauit, nam disp. 176 c. 3. n. 16. loquens de Ep<sup>i</sup>jKia sic ait: *Quod diximus supra disp. 62. parendum esse legi superioris, quando ipse praecepit aliquid, circa quod est varietas opinio num, intelligendum est, quando certus est subditus illud in vniuersam praecipi expressè à superiori, & de tota lege sensu praecepto est opinionum varietas; non autem de casu singula ri, de quo ob circumstantias alias controuertitur, an in eo potuerit superior praecepere: tunc enim cum non confitet de mente legislatoris, recte habere potest locum Ep<sup>i</sup>jKia per opinionem probabilem, & circa illum legem emendare.* Idem omnino adhuc cum maiori vniuersitate docuit vbi supra Franciscus Suarius, non enim per Mathematiscas evidentias potest humana conuersatio dirigi in agibilibus, sed s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> per probabiles solum rationes, & coniecturas. Hanc doctrinam, & proxim<sup>i</sup> Sedes Apostolica confirmat. Nam cum Zeno Imperator videret grauissimā incommoda timeri, si ele<sup>ct</sup>io Episcopi Antiochia fieret in conuentu publico, quemadmodum Sacri Canones illorum temporum praecepabant, iata Ep<sup>i</sup>jKia iussit, vt Cōstantinopolitanus Patriarcha Episcopum Antiochenum eligeret, & consecraret. Id praestitum est vacante Sancta Sede Stephano Papa subiato per martyrium ex Eugenio lib. 3. cap. 2. Nicophoro lib. 15. c. 18. Optimè se gefisse Imperatorem scribit Sanctus Simplicius Papa epist. 13. his verbis: *Vnde quæ à vobis amore quietis sanctæ, & religiose sunt ordinata, reprobare non possumus.* Itaque licet alia fuita Zenonis circa creationem Patriarchæ Alexandrini, & restitucionem Petri Fallonis improbentur; prædicta tamen Ep<sup>i</sup>jKia à Sede Apostolica commendatur. In ijs, quibus deliquerit, ab humana ignorantia excusat: nam vbi monitus à S. Felice Papa, suo muneri, & officio satisfecit. Plura huius coloris exempla breuitatis causa prætermittimus.

Illud autem principium semper executioni mandandum esse, quod superior probabi*l* opiniōne ductus invenit, aliquas paritur exceptiones, & limitationes, quarum no*m*ullas consignarunt Vazq. 1. 2. disp. 62. Lefsius lib. 2. c. p

cap. 1 T. dub. 9. Salas 1. 2. tom. 1. tract. 8. disp. vnica, sect. 8. Sanchez in Summa tom. 2. lib. 6. cap. 3. Turrianus 2. 2. disp. 50. dub. 5. & alijs. Ego autem geminam regulam statuam multos casus comprehendentem. Prima exigit ut præmittatur doctrina Abulensis in prologo libri iudicunq. 1. 1. his verbis: *Est differentia inter Dominum. & iudicem, quia Dominus dicitur ille, qui simpliciter habet potestatem, & quod vult, hoc potest. etiam si iure cautum non sit; Index autem est, qui non habet libertatem ad mandandum; sed hoc solum potest, quod iura imperant, & tradita est illi autoritas difiniendi secundum ius. Ideo ille, qui subiectus iudicii non est subiectus viro, sed iuri; qui vero Domino subiectus est, subditus est viro.* Ex quo si iudicem non esse Dominum, nec superiorem, sed legis executorem, & iuris defensorem: ac propterea non quicquamque iudex secundum opinionem probabilem à reo exigit, ipse debet concedere. v. g. probabile est semiplena probatione munitum iudicem posse cogere reum addicendum veritatem, arque eundem reum illam confiteri debere; verum quia est opinio probabilis, quæ dicat reum cum semiplena probatione rogatum non teneri aperire veritatem, securè potest illam regere, & huius generis occurrant innumera alia exempla. Secunda regula est, ut quoties dubitatur, an iudex sit competens, & legitimus, vel dato quod sit legitimus, an iurisdictionem habeat pro determinatis nonnullis casibus, vel an possit certas quasdam opiniones exercere, tunc non sit obligatio ad mentem illius respondendum: nam cum reus in possessione sit virtutis, honoris, & fortunatus ipsius opinio præferri potest oppositæ, quam habet index absque possessione.

Non defunt Doctores, qui ex his principijs contendant personadere per hunc titulum extrajudicialis Ep<sup>i</sup>jKia posse impediri executionem Breuium, & mandatorum, quæ in rebus politicis, & iudicialibus maioris momenti sacris canonibus opponuntur non sine præiudicio alienius provinciarum, vel incolarum ipsius. Quodsi Reges ad hoc dictamen prudentiale grauiores sui Regni Senatores consultant.

filant, eorumque monita exequantur, dicunt hi Doctores, nihil patrare contra rectam conscientiam.

Hec sententia recitatiuè dumtaxat à mé proposita, dum no[n] lo[n]giora non violat communiora principia Philosophorum, & Theologorum circa Ep[iscop]i Kiam, & sciens; ac volunt[er] Pontifex illius praxim admittat, nullatenus erit contemenda.

*Septima via opinandi ex titulo Protectoris,  
& executorio Sacrorum Canonum  
Regibus conces-*

so.

**N**Orum est Dei, & Ecclesiae beneficio secularares Principes esse Protectores, & executores Conciliorum, & Sacrorum Canonum, sive in iheraliter à fidelibus accepta sunt, vt latè probat Narbona lib. 2. tit. 4. lege 59. Gloss. 2. Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 20. ex iure, & precepto Diuino munus predicitum commissum esse Regibus arbitrii videtur illis verbis: *Quos Deus san[ct]a fidei, Ecclesia que Protectores esse voluit.* Et paulò post addit, vt imitetur in hac re anteriores optimos, religiosissimosque Principes. Pius 4. in Bullia confirmationis eiusdem Concilij eamdem illis curam demandat. Quid Doctores dixerunt premitamus.

Gerson concl. 3. super ludo stultorum tom. 4. sic ait: *In abusiis, quibus non medentur Prelati, possunt Principes sancti, & iusti prouidere per edictum, & prohibitionem generali, atque per coactionem inobedientium, & rebellium: apparere posset eos obligari ad illud exequendum velut Sancta Ecclesia Protectores.* Doctrina hæc Gersonis, quæ communis est pluribus Doctribus Ecclesiae Gallicæ, & aliquo modo tolerabilis videatur, poscit primò ut edita Regia nihil addant supra Canones; sed solum de novo proponant eo unu[m] viu[m], & obseruantiam, qua ratione à Concilij, & Sancta Sede dimanarent. Secundo illa coa-

gio non debet pœnis muniri aduersus delicta commissa, & consummata; sed solum contra illa quæ prorumpunt in opus, aut habent tractum successuum cum aliorum scandalo, & pernicie. Debent se gerere Principes, vt meri executores alienæ iurisdictionis vel ut meri Protectores obseruantur iuris naturalis, aut diuini, aut Canonici.

Alij suam mentem varijs conclusionibus explanant. Primo aiunt. Si Principes sint Protectores, & executores Conciliorum, & Canonum iure positivo, ex eo quod hanc curam, & ministerium suscepint, debent in conscientia impedire vniuersa Ecclesiæ damna, & violationem sacrorum Canonum, non id præstanto iurisdictionaliter, sed executiuè, aut ministerialiter. Addunt supposita acceptatione protectionis, & executionis non posse excusari Principes à grauissimo scelere, si permittant receptos Canones violari. Probant, & declarant intentum à simili executionis testamentorum de cuius obligatione sic statuit cum communi Doctorum Caceres G. oſl. 23. de executoribus testamen[t]i pag. 561. edit. Methymnensis anno 1592. Supposito quod executor sponte, vel inuitus acceptauit. & exercet officium executoris testamenti, cum fuerit nominatus ad perficiendam ultimam voluntatem, & ad satis faciendum illi, qui eius fidem, bonitatem, soleritatemque probavit, videtur quod ammodo creditor eius existere iuxta iuris consulti sententiam in l. si certum petatur ad evitandum non solum æris periculum, verum, & animi detrimentum, nam qui non exequitur, ut decet ultimam testatoris voluntate iuxta norma à testatore, vel à lege vel à Iudice impoſitam, obnoxius remanet ad reddendum rationem, & de suo luere, quod male fecit. Cum igitur executores Conciliorum, & Sæctorum Canonum Principes consignentur à Sede Apostolica, & Ecclesia, ad omnia illa tenentur in simili, quæ prætestare debent testamentorum executores. Inferunt prædicti Doctores ex haec prima conclusione Principes, etiam non rogatos, quacunq[ue] via illis constituerit de violatione sacrorum Canonum, illam impeditre debere, cum sine via exceptione, aut limitatione prædictum titulum acceptauerint. Secundo addunt h. Doctores inter-

## *De primis instantijs,*

ter Ecclesiam, & illius Pastores ex una parte, & Principes seculares ex alia, ratione predicti tituli protectorij, & executorij initum fuisse contractum, sicut in alijs pactis, & conventionibus, v.g. circa acceptationem Concilij Tridentini paciscitur Sancta Sedes, & Ecclesia cum Rege Hispanie sub hac forma: si acceptaueris Concilium Tridentinum, & singula illius decreta ad reformationem, & regimen pertinentia, constituo te protectorem, & executorem singulorum, quæ in eo continentur, ut te, vel successoribus tuis renitentibus nullum expremissis decretis possit violari, aut temerari. Acceptauit Rex Hispanie dictum ministerium, & titulum Protectoris, & executoris Synodi Tridentinæ: & ubi pactum perfectum fuit, potuit, & poterit Rex Hispanie impedire transgressionem singulorum, quæ in predicto Concilio decernuntur, si non procedat iusta, & legitima abrogatio, aut dispensatio, in quam consultus Rex ipse consentiat. Nam licet Papa superior sit Principe, tenetur tamen pacta cum eo inita fideliter seruare iuxta doctrinam Suarij 3. de legibus cap. 35.

Vt autem explicit substantiam huius contractus, expendunt Gallicanam Ecclesiam cum suo Principe iouisce Concilij Tridentini decreta acceptare, quia Pres eiudem Synodi excommunicant Reges, ac Principes: & bonis atque dignitatibus eos priuant, si duellum permittant: quia datur in eadem Synodo Episcopis ius multitudi laicos in nonnullis causis: quia Ecclesiastico iudicio subjiciuntur incantatores, arioli, maledici, libellorum famosorum scriptores: quia eadem Synodus determinat Patronos laicos ab Episcopis esse cogendos ad dotandas, & reficiendas Ecclesiarum ædes, earumqne prouentum augendum: quia ultimarum voluntatum executio, & cura visitandi pia loca, & gymnasia, & laicas patrias ipsis Episcopis commendatur: contra quæ omnia, & singula decreta sunt plures leges ciuilcs in Gallia. Similiter acceptare noluit aliud Concilij Tridentini caput, quo Pontifici Romano conceditur facultas mutandi ea, quæ in testamentis,

& vlt.

## *Et alijs recursibus.*

44

& vltimis arbitrijs fundationum, ac dotationum continentur; idemque ius traditur alijs Episcopis à Pontifice delegatis: atque in hac re dicit Ecclesia Gallicana, se imitari Iustinum, & Iustinianum Imperatores, l. repetita, C. de Episcopis, & Clericis; & in l. Consulta Diuaria, C. de testamentis: & prætendit tum decretum quoddam Concilij Meldensis cap. 40. tum quod xenodochia ferè omnia à Regibus sunt fundata; aut si ab alijs erecta sunt, dicit ea meliores defensores habere non posse, quam Principes, & eorum Aduocatos, & Procuratores. Præterea noluit admittere eadem Gallicana Ecclesia, quæ sancita sunt in illis decretis, in quibus dicuntur coniugati Clerici seruientes Ecclesiasticis ad iurisdictionem Episcopi pertinere, & in quibus iubetur Episcopis de adulterijs cognoscere, populi mores corrigere, plebem visitare. Neque præterea aliud decretum acceptauit de locationibus, & conductiōibus rerum Ecclesiasticarum. Neque il'ud de iure Patronatus scripto tantum probando, vel possessione quinquaginta annorum etiam scripta, quod D. Ludouici regibus, & Senatus consultis oppositum existimat. Similiter nec mandata, & excommunicationes circa eos libros, quos summaus Pontifex improbatæ lectionis esse censuerit. Neque illa, quibus Principibus iubetur, ut scholas instituant, & in illis factam lectionem erigant, quod hæc cura sit propria Regum. Ratione horum, & similiūm decretorum Ecclesia Gallicana admittere noluit reformationes Concilij Tridentini; atque adeò contractum iniire noluit cum Sede Apostolica, super illius acceptatione, nec gaudere titulo protectionis, & executionis. Prætendebat plura ex decretis reformationis aut non pertinere ad iurisdictionem Ecclesiasticam, vel saltem inesse Regibus, & prouincijs Gallicanis opiniones probabiles, ex quibus posset sibi persuadere, non obligari ad eam acceptationem. Rex Hispanie cedens omni iuri, & probabilitati, quæ in propria cōmoda deseruire posset, acceptauit Concilij Tridentini, & singula illius decreta, ea conditione, ut neque ipse in subditis sibi prouincijs illaviolari permitteret, nec Pontifex ipso nolente aliter, quam per iustissimam

mam dispensationem, vel abrogationem, ipso Rege consulto; eadem transgredetur. Non longe absunt ab hac opinandi forma qui docent hanc detentionem Breuiumali cere Principibus ex concordatis cum Sede Apostolica implicite sub titulo protectionis inclusis, aut ex præscriptione, aut ex utilitate Ecclesie; quorum sensum ait non esse improbatum Malerus 2.2.q.1.art.10.dub.8. simili-  
ter illi Doctores qui existimant Hispanie Reges hanc prærogatiuam examinandi litteras Apostolicas obtinuisse à Sancta Sede instar Regij patronatus in remuneracione, i multiplicitis obsequiis quo Romanos Pontifices sibi deuinixerunt; neque posse hunc honorem, aut premium remuneratiuum non auditis principibus auferri vel ipfis grauia demerita non habentibus.

Tertio docent, quod si haec acceptatio Concilij non est à Principibus peracta ex contractu, aut quasi contra-  
cta cum Sede Apostolica; sed solum ipsis concessum est, vt meri sint Protectores, & executores Sacrorum Canonum: tunc aiunt dicendum esse Principes posse, & debe-  
re illorum executionem promouere, & transgressionem impedi-  
re. Allegant pro se omnes Theologos, & iuris profes-  
sores Ecclesie Gallicane, nam quod scribit Stephanus Aufserius tract. de potest. seculari Reg. 2. num. 31. Rex Gallie pragmaticam sanctionem edidit circa obseruantiam, & executionem Concilij Basileensis, quam exequuntur generaliter omnes, & singuli Regni illius Magistratus. Vrba eius sunt: *Fallit etiam in praesenti Regno ubicumque per Prelatos Clericos vel alios quoscumque aliquid fit, vel attentatur contra decreta Basileensis Concilij, & pragmaticam sanctionem. Fundant se iudices temporales dicentes huius habere cognitionem, eo quod dictum Concilium exhortatum fuit Regem Carolum huius nominis septimum, ut decreta ipsius inuiolabiliter obseruari facere dignaretur.* In eo tamen non probant Doctores huius tertij asseri Aufserij, & Gallorum doctrinam, quod pro Conci-  
lio Basileensi non confirmato à Sancta Sede Apostolica sic fegerant, & sic doceant; si illud eandem habuisset confirmationem, atque Tridentinum Concilium integrè prædictam

prædictam sententiam approbarent, vt se stantur, & pro-  
bant, quoad Concilium Tridentinum, & a iis sacros Ca-  
nones vniuersaliter receptos.

Quarto decernunt prædicti Doctores, Regem Hispanie ex vi Concilij Tridentini acceptati, esse protectorem & executorem omnium sacrorum Conciliorum, & Canonum, cum eorum observantia, & executio ipsis commen-  
detur, less. 25. cap. 13. Sciant vniuersi sacratissimos Ca-  
nones exactè ab omnibus, & quoad eius fuerit potest, indi-  
stinctè obseruandos, id est, vnuquisque pro suo in iudicio de  
illorum executione curate debet; Reges, vt protectores,  
& executores; Episcopi, vt ministri iurisdictionales, doceri  
persuadendo, indocti ministrando, & sic in alijs. Ne quis  
tamen crederet eludi posse horum decretorum executio-  
nem, multiplicem adhibendo relaxationem, aut dispensa-  
tionem additur: *Quod si virgines, iuxtaque ratio, & maior  
quandoque utilitas postulauerit, cum aliquibus dispensan-  
dum esse, id causa cognita, ac summa maturitate, atque gra-  
tis & quibuscumque, ad quos dispensatio pertinet, erit  
praestandum, aliterque ficta dispensatio subreptitia censem-  
tur.* Ex quibus verbis elicunt iijdem Doctores, Principes  
ratione protectionis, & executionis debere curare de ijs,  
que in proximiè relatis verbis Concilij Tridentini com-  
prehenduntur. Addunt iuxta sententiam Vazquez dicen-  
tis 1.2. disput. 178. cap. 4. similes dispensationes absque  
causa concessas, esse nullas: & iuxta sententiam Suarez de  
legibus lib. 6. cap. 18. Valentia tom. 2. disp. 7. q. 5. Gra-  
nados controli. 7. tract. 3. p. 2. disp. 17. sect. 3. arbitram-  
tum prædictas dispensationes esse validas, sed peccare  
mortaliter dispensantem, licere Principibus, etiam ratio-  
ne correptionis fraternalè executiū impedire culpe no-  
permittere hoc genus dispensationum. Quoniam vero  
sunt, qui existimant cum Sancto tom. 3. de matrim. disp.  
18. Salas disp. 20. de legibus, sect. 5. non peccare Principem in suis legibus dispensantem absque causa, dicunt  
prædicti Doctores non id esse intelligendum de Romano  
Pontifice pro decretis Cœciliaribus, & Canonibus sacris  
vniuersale regimen spectantibus. Primo, quia prædictæ

leges impositae sunt, ut sine scandalo, & cum satisfactione prouinciarum gabernet Pontifex Ecclesiam Dei, & nulla detur ansa cogitandi, aut dubitandi, an ut homo cōmuni infirmitate circumdat, singularibus affectibus, aut opinionibus iniicitur: atque adeo est quoddam quasi pactū Pontificis cum Ecclesia, & Principibus de non dispensando sine causa. Deinde quia vix sine scandalo graui p̄fatae dispensationes conceduntur.

Tandem iidem Doctores similem sententiā proferunt pro illis privilegijs, quē Regibus concessa sunt in communione beneficium prouinciarum, p̄fertim si remunerativa sunt, aut continentia pactum, vel contractum. Neque admittunt quod scripsit Bonacina disp. i. de cēsuris in Bulla Cœsar, q. 15. vbi ait Carolū V. judicialiter citasse Hermannum Archiepi. copum Colonensem, ut Protectorem Cleri, & Academiæ Colonensis, iuxta Suriū anno 1545. quod Imperator hanc protectionem haberet a Romano Pontifice. Certè quidquid in hac re praestandum est à Principib⁹ executiū, ministerialiter, protectoriē, non iurisdictioni litera faciendum est.

*Iudicium de superiori doctrina:*

Quæ sit ratio propria executionis, & protectionis, non liquido constat apud authores. Mihi in hac thesi videatur probabilius, primò hanc protectionem, & executionē sacrorum Canonum Regibus commissam itaū esse ministeriale, non iurisdictionale, propter ea, quæ sepus in hoc tractatu dicimus. Secundò ratione illius ut minimū debere Principes reclamare, & serio monere suasionibus, & exhortationibus, transgressionem Canonum, & corum dispensationes, aut abrogationes illegitimas impediēdo. Tertiò Canones, & decreta maioris momenti ad regimen publicum, & pacem prouinciarum attinentia, v.g. de primis instantijs non auocandis, de non violando iure patronatus, & de alijs granisimis, maiori cura protegere, & executi debent Principes, id est, nullo modo contentire ut temerentur, ve dispensationibus relaxentur, sine noua consultatione sancte Sedis: neque unquam credendū est, fore Romanum Pontificem, qui sciens, & volens, & quisitus

quisitus, atque singulari suo iudicio fidens, audeat graniores Canones, & maiora decreta Conciliorum circa publica iudicia, & causas temerare. Quartò, etiamsi Pontifices vlla sīc causa dispensent, relaxent, aut violent sacros Canones in rebus non pertinentibus ad publica iudicia, & regimina, nec continentibus praeiudicium tertij, aut interesse partium, vt v.g. quod aliquis Sacerdos non reciteret officium diuinum, vel quod celebret ante prescriptas horas in iure canonico, Principes dissimulare, & connivere oportet; nam protectio, & executio Conciliorum singulariter destinatur ad ea, quæ sunt de interesse prouinciarum aut subditorum, de pace publica, & vitando scandalo, & de maiori utilitate Ecclesie. Expedit enim, ut Romani Pontifices, veluti orbis patres omnibus sint amabiles, & ne praxis iudiciorum, & regiminis odiosa fiat: idcirco volueret iudei Pontifices ex vi directiua sacrorum Canonū, & ex vi protectiua, & executiua Principum, obligari ad ipsorum obseruantiam, ne suis affectibus duci, aut informationibus extraneis in iudicando, aut regendo impelli videantur. Præterea hac via cautum est honori ministeriorum Curie, ne in similibus causis infamiantur, vel de odio, vel de amicitia speciali circa extrantorū negotia. Quinto, quod Victoria, Cajetanus, & alij dicunt, si necesse tuerit, armis resistendum esse cuilibet Principi Ecclesiastico sacros Canones, aut decreta Conciliaria violare conanti, pendet maximē ex voluntate Pontificum, si forsitan illi ad maiorem satisfactionem fideliū hanc potestatem, aut facultatem Principibus concederunt. Sunt qui dicunt, ita fuisse concessum: nam aliter titulus protectorum, & executorum in Principibus vacue essent voces, & inania nomina. Ego pro illius explicatione nihil inuenio certū: idcirco Ecclesia, & S. Sedis expositionem desidero, p̄fertim circa eam difficultatē, an pactū contractus, aut quasi contractus ex acceptatione Conciliorū insit inter Principes Ecclesiasticos, & seculares. Tādem circa singulares casus ex ijs principijs dependentes maxime difficultates emergerē solet. Verissima est Alberti Magni doctrina, docētis in 3. dist. 37. valde esse difficile singulares casus conscientie determinare.

*Dua alia viae opinandi ex potestate Ecclesiastica  
ad adificationem solum collata, & ex obli-  
gatione vitandi scandala.*

**D**OCTOTES nonnulli ideo arbitrantur licitam esse defensionem eorum Breuium, in quibus aliquid contra sacros Canones, vel noxiū, vel culpabile, vel contra utilitatem publicam haberetur, quia ad ea nulla insit potestas, aut iurisdictione in Ecclesiasticis Pastoribus: nam iudex inferior solum ea potest, que a supremo Principe committuntur, iuxta illud Pauli 2. Cor. 10. *Nam et si amplus aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in adificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam.* Vnde inferunt, Christum Dominum nullam Ecclesiasticis iudicibus potestatem, aut iurisdictionem reliquise, quæ ad adificationem non sit: atque idcirco, vbi aliquid ab illis vel culpabiliter, vel noxiè, vel scandalosè præcipitur, ea mandata procedere à non habentibus iurisdictionem. Allegant Diuum Bonauenturam in opusculo quare Fratres Minores prædissent, & confessiones audiant, dicentem in eo casu, quo noxia, aut inutilia iuberentur: *Talis Pontificis voluntas caret effectu Pastoralis potestatis, quæ solum in adificationem, & non in destructionem animarum data est ab ipso Principe Pastorum.* Eamdem expunctionem admittit S. Thomas opusc. 19. cap. 3. prædictum testimonium Apostoli allegans. Ex hoc principio colligunt, Principes detinentes Brevia Apostolice, si noxia, aut inutilia fuerint, nihil agere contra iurisdictionem habentes, nec supprimere mandata Pastorum, sed particularrum hominum, quibus ad eos vsus, vel casus nulla est collata potestas.

**A**lii Doctores ex obligatione, qua tenentur Reges ad evitandum scandala, etiamsi ab Ecclesiasticis dimanent, haec primum detinendi Brevia honestare moluntur. Non tractant de scandalo pauciō, seu Pharisaico, sed de scandalo

dalo actiuo, & pusillorum. Certum est plebem Christianā & turbari, & scandalizari, & odio impleri aduersus Ecclesiasticos, si violenter, aut noxiè, aut scandalosè, aut cum specie mali præcipiant, aut iudicent; etiam non subsistenti causa laici aduersus Sacerdotes effertur, ut refertur 11.q.2 *Cum hoc in more situm sit, ut profanus oderit Sacerdotem.* Ex præcepto igitur scandali vitandi existimatur prædicti Doctores, non solum posse, sed etiam debere Principes eas litteras Ecclesiasticorum impedire, quæ vel culpam, vel transgressionem sacrorum Canonum, vel speciem mali, vel scandalum habeant. Quinta Synodus cum Iustiniano Imperatore Vigilium Papam ideo coegerit, ut consulto Concilio dobia quædam determinaret: nam ex mandatis sine prædicto Concilio dimicantibus scandalum Pastoribus, & Imperatori obueniebat. Similiter Ferdinandus Rex Catholicus, cùm videret ex varietate, & contrarietate iudiciorum in tribunalibus Ecclesiasticis, dimanante ex diversitate opinionum, scandalum generari, anno 1499. L.6.tit.4.lib. 1. cap. 37. iniunxit, ut pro civilibus negotiis Bartholi, & Baldi opiniones; & pro Canonicis, & Ecclesiasticis, Ioannis Andreæ, & Panormitani sententiæ præferrentur.

*Resolutio, & conclusio hactenus dictorum.*

**H**EC omnia, que examinatuè, & recitatatuè solum proximus, referendo prædictos modos, aut vias opinionandi, magnum questionum seminarium exhibent, in quibus satis difficultis est resolutio. Propterea nō est mens animus subscribere, nisi ijs quæ proximè subiçiam.

Primo itaque pro nostro casu nullam ex prædictis doctinis esse necessariam: nam cùm præcisè disputemus de illis Brevibus, que ad Inquisitionem Hispanie destinantur, & illa habeat iurisdictionem Episcopalem, & quasi Patriarchalem, absque dubio id potest in causis ad illam pertinentibus, quod Episcopi possunt examinare, & detinere Brevia Apo-

### *De primis instantijs.*

Apostolica, ex commissione sancte Sedis, si noxia sint, aut subreptitia, ut probant Azor part. i. lib. 5. c. 14. Bonacina de legibus disp. 10. q. 2. punct. 1. & communiter Doctores iuris ad iuris iuribus, iuxta cap. Nobilissimus, dist. 97. ergo idem omnino prestat potest supra Inquisitio Hispanorum, iuris causis subsistentibus, cum ipsa Episcopalem, immo Patriarchalem, aut quasi Patriarchalem iurisdictiōnem accepere à sancta Sede.

Secundò iudicio, pro causis ad Inquisitionem Hispanum pertinentibus, Apostolicam Sedem Catholicis Regibus concessisse, ut sine illorum scientia, voluntate, & coaffectu nihil innoveret, nec acceptetur, ut constat ex litteris Alexandri VI. anno 1498. & ex alijs Iulij III. anno 1551. & pluribus alijs superioribus relatis.

Tertio, videtur certum correptionem fraternalm exercituantem impeditiūculpę indifferenter habere lecum ab Ecclesiasticis in laicos, & à laicis in Ecclesiasticos, quando iubetur aliquis d. quod absqueulla opinione, & dubio sine culpa non potest executioni mandari: nam tunc si non gradiora damna sequuntur, debet quicunque potest, executionem criminis impedire. Cetera que defiderari possent, à nobis superius dicta sunt, dum a ratione de h. c. thesi opiniones aut limitataimus, aut emendauius.

### *Toximonia viae opinandi sumpta ex auxilio debito violenter oppressis.*

**P**Lura ex ijs, que in superioribus produeta sunt, eo solum spectant, ut delinquentes indices Ecclesiastici à patrandis criminibus impedianter. Hec postrema viam singulatiter admittit Apostolicum literarum examen, & detentionem, cum ex illis subrepticie obtentis, violentiam sustinerent innocentes, si eadem litteræ executioni mandarentur. Idcirco huius opinionis assertores non pro opprimentibus, & peccantibus, sed pro illis, qui sine proprio delicto opprimuntur inique, disputare. Est

### *Et alijs recursibus.*

Est igitur eorum sensus, vt si ex Breuium exequitione violentia aliqua emergat, tunc illa examinari queant, & detineri à Principe non exerceente iurisdictiōinem; sed oppressis opitulante, ex praescripto iuris naturalis, & diuini: si frater à leone, aut vrso dilaniari incipiat, debet qui potest absque periculo eum liberare; similiiter si à quocumque homine opprimatur in fortunis, honore, aut vita, idem auxilium sub eisdem circumstantijs præstandum est.

Hec controversia licet odiosa videatur, sine ullius potentatus iniuria, aut querela examinari poterit, maximè quia recitativè, & sub hypothesis, atque ullo abiuste preiudicio cuncta proponentur; cum singulæ decisiones innitantur vniuersalissimo illo principio distanti, vim vi repellere licere, piura possunt peccati in eius applicatione, si non debitæ limitationes, & sub certis circumstantijs adhibeantur. Noxius abusus erit, si hec vniuersalit̄ veritas vniuersaliter denegetur, ita ut in nullo casu violentia aliqua Ecclesiastice potestatis impenedienda sit, etiam si periculum immineat ex morib; si Princeps secularis illam extra judicialiter non repellat. Similiter erit abusus, si à Magistratibus secularibus sub consueta praxi reprimantur omnes, & singulæ Ecclesiasticorum violentiae, quantumvis sint minimæ, & de minimis materijs; aut quantumvis maxime, si æquè bene, breuiter, & feliciter per conductus Ecclesiasticorum Antistitutum emendantur, & reprimuntur. Est modus in rebus. Nihil timendum magis in disputationibus moralibus, & politicis, quam confusa quedam, & tumultuaria, & vniuersalis sine discrimine applicatio generalium principiorum. Propterea illa solùm a nobis timide, & cunctanter proponenda sunt, que lucem aliquam efferre possint, ad cognoscendum quo moderamine, & caurela diuersarum, & aduersarum opinionum autores, & fratores circa presentem controvetsiam in singulatibus casibus decernere, & ad quas circumstantias, & limitationes attendere necesse sit. Tadēm iuxta

## *De primis instantijs,*

juxta hęc facile erit expedire, an aliquando hęc via op̄i-  
handi de retentione Breuium in causis violentie locum  
habear, & quis ille sit, aut sub quibus conditionibus. Pr̄e-  
mittamus aliorum placita, vt tandem nostram sententiam  
exponamus.

*Proponitur Ratus controversiae, & opinio plurium  
Doctorum, circa repellandas violentias.*

### *§. I.*

**P**rimo certum est, ius Canonicum nullam iurisdictionem tribuere magistratibus secularibus contra iudices Ecclesiasticos opprimentes violenter partem aliquam ex litigantibus: neque alicuius momenti sunt ea que producuntur à nonnullis Doctoribus, ex C. filijs, & nepotibus C. Principes, C. Regum, C. Administratores, C. Christianis, C. Petimus, C. Quidam Monachi, C. Boni Principes, C. Maximianus, & alijs similibus. Tum quia prædicta capita nulla iurisdictione spirituali muniant seculares magistratus in causis violentiæ; tum quia licet eam concessissent, per sess. 9. Concilij Lateranensis, & 25. Concilij Tridentini, & Bullam in Cœna Domini reuocata esse. Similiter certum est, nullum inesse priuilegium secularibus Principibus à Sede Apostolica, ad reprimendum violentias Iudicium Ecclesiasticorum, etiam illud affirmant Bañez 2.2.q.6.7.art.1.dub.2. concl.6. Henriquez lib. 2. & 3. de Clave Pontificis. Tum quia illud authentice scriptum non exhibetur: tum quia licet exhibetur, iam reuocatum est i Conciilijs Lateranensi, & Tridentino, & Bala in Cœna Domini. Tandem neque ex consuetudine, & praxi immemoriali potest iustificari recursus à iudicibus Ecclesiasticis ad Laicos magistratus, ut optimè probat Saarijus lib. 4. contra Regem Anglie, in postremis capitibus.

Sixtus V. & Clemens VIII. zelo iurisdictionis Ecclesiasticae tuendę, singulariter impedit curarunt recursus à iudi-

## *Et alijs recuribus.*

49

à iudicibus Ecclesiasticis ad laicas potestates in causis violentiæ. Azor 1.p. instit. moral. c. 13. & 14. ait ab anno 1586 & non ante cœpisse collocari in Bulla Cœna Dñi clausulam contra recurrentes ad laicas potestates in casu violentiæ, sub hac forma quæ nunc habetur. Ante horū Pontificatum duæ fuere classes autorum, qui similes recursus approbatunt. Ecclesiz Gallicaniz Doctores, qui innitentes Concilio Basileensi, & Constantiens, existimabant generale Concilium esse supra Papā: pro eo tempore, in quo prædictum Concilium non celebraretur, dicebant si forte violentiam inferret summus Princeps Ecclesiz, aut qui quis alius Antistes, licetum fore oppressionem manu secularium Principum repellere: at Doctores alij, qui editiosam, & scandalosam opinionem de autoritate Concilij supra Papam repudiarunt, adstruentes certissimam doctrinam de autoritate Papæ supra Conciliū, & tractantes qua ratione prouidendum esset violentijs Ecclesiasticorum iudicū, statuerunt vim vi esse repellendā per seculares Principes. Qui post Sextum V. & Clem. VII I. dicunt in causis violentiæ illata à iudicibus Ecclesiasticis recurrere ad magistratus seculares, expendunt Bullā in Cœna Dñi solā loqui aduersus eos, qui ita se gerunt, prætextu violentiæ tollēdæ; vel iniuriæ depellendæ; id est, cū violentia est prætextualis, & fucata, vel affectata: nā si vera sit, & realis violentia, aut iniuria, non credunt de illa Pontifices loqui. Primo, quia Alfonsus Viualdus in candelabro aureo prædictā distinctionem adhibuit, & plures illam amplexi fuere; nec tam ideo aliquid in Bulla Cœna immutatum est. Secundo, quia cū doctrina de violentijs repellendis, etiam à iudice Ecclesiastico illatis, sit iuris naturalis, iuxta pluriū, & gravissimorum Doctorum interpretationē, incredibile est, ut sine Ecclesiarum consultatione illa Apostolica Sedes condemnaret. Probant hęc partem propositis innumeris testimonijs, quorū nō pauca ordine temporū digeremus.

Ab anno 1594. usque ad ann. 1500. retrocedendo, sequentes autores docuerunt, licetum esse in causis violentiæ ab Ecclesiastico iudice, aut Principe, ad Reges, non ut iudices, sed veluti ad potentiores fratres imuriā repulsos conuolare.

N Ann.

*De primis instantijs,*

Anno 1590. Stephanus de Auila Iesuita, in tract. de censuris, 2. p. c. 7. disp. 2. dub. 5. cùm eo tempore ne adum- esset cognitus sanctissimorum DD. Sixti V. & Clementis VII I. zelus contra magistros huius doctrinæ. Plures è Societate Iesu illam in Stephano de Auila approbarunt, qui initio prædicti voluminis affiguntur.

Anno 1588. Gregorius de Valentia Iesuita eam sententiam tenuit, lib. 8. analysis fidei, c. 7. vbi ait se Turrecratam in ea parte sectari.

Anno 1584. Cardinalis Bellarmin. Iesuita, lib. 2. de Conciliorum autoritate, cap. 19. docet resistendum vi. & armis, sine autoritate iudiciali, si quando Pontifex grauia, & iniusta damna induxerit, & allegat pro se Turrecratam lib. 2. summ. cap. 106. Idem lib. 4. de Rom. Pontifice, cap. 19: ait; nomine Imperatoris Marciani plures iudices seculares interfuerunt Chalcedonensi Concilio, vt si qua violentia Episcoporum occurrerent, ipsi eas compescerent.

Anno 1585. Cardinalis Toletus Iesuita, in cap. 6. Lxx; annot. 41: ex Amb. 1: offic. cap. 36: probat esse in linea iuris naturalis violenter oppressos liberare, atque id sine villa iurisdictione exerceri; & quam non exprimat Ecclesiasticos iudices, omnes sub ea doctrina comprehendit. Ideo lib. 1. summ. cap. 26. nulla commentatione adhibita, solum refert excommunicationem Bullæ in Cœna, contra prætextentes friuolam quandam appellationem: quasi Pontifex solum de friuola, & apparente, & prætextuali violentia sermonem habeat, non de legitima, & reali, & subsistente oppressione iniqua.

Anno 1578. Franciscus Turrianus Iesuita; tribus in libris de autoritate Pontificis, & Concilij, doctrinam Va- lentiæ, & Bellarminij relatam nuper, sepius ingeminat, vt probet non esse necessariam illam doctrinam seditionis a de Concilio generali supra Papam, cùm oppressiones, & violentiæ, si quando à Pontificibus emanauerint, armis secularium Principum retundantur.

Anno 1576. Antonius Corduba Minorita, lib. 4: de potestate Papæ, q. 7: remittens se ad quest. 10. disp. 3. in numeros

*Et alijs recursibus.*

nmeros pro se Doctores producens, ait, non solum esse igitum, verum etiam necessarium, Regum, & secularium Magistratum auxilium, contra oppressiones Ecclesiasticerum iudicium.

Anno 1570. eundem sententiam tenuit Nauarrus, in cap. Nouit. de iudicijs, & in cap. cum contingat, de re-scryptis.

Anno 1564. Didacus Comarruias, in practicis qua- stionibus cap. 25. eundem sensum expressit.

Anno 1555. Thomas Campegius Episcopus dicat li- brum de potestate Rom. Pontificis Paulo IV. & in c. 24. expresse ait, licitam esse resistantiam Principum secula- rum aduersus violentias Pontificum.

Anno 1554. Driedo Theologus Doctor secularis li- bro 2. de libertate Christianæ, cap. 2.

Anno 1548. Dominicus Soto Ordinis Prædicatorum, lib. de tegendo secreto, q. 5.

Anno 1545. Bartholom. Fumus, eiusdem Ordinis, in summ. aurea armilla verbo Papa, prædictis nuper auto-ribus subscrubunt.

Anno 1540. Franciscus Victoria, eiusdem instituti, relect. de potestate Papæ, & Concilij, licet nolit decidere questionem de autoritate Pontificis supra Concilium, ait in propositione 22. magna cum asseveratione resistendum vi. & armis Pontifici aut violentiam inferenti, aut sine causa in iure Canonico dispensanti, præteritum si id fre-quenter accidit.

Anno 1530. Ioannes Cochleus in libro de Concilijs. Cardinalis Jacobatus lib. 10. de Concilijs, art. 7. Ioannes Faber libro de potestate Romani Pontificis, contra Lutherum, Alberrus Pighius lib. 6. Hierarchie Ecclesiastice, Ioannes Ekius in Enchiridio vel vt respondeant quid faciendum sit, si Concilium non est supra Papam, cùm violenter opprimit, vel tyranicè imperat, vel sacros conciliares Canones violat, vel cum disputant quid in ijs casibus præstandum sit, recursus ad Reges, & secularares Principes commendant, vt ab eis similes repellantur violentiæ extra judicialiter.

50

35

Anno 1520. Ioannes Major, Doctor Parisiensis, in c. 18. Math. & in tractatu an Papa sit subditus Conciliū universali, subscripsit Doctoribus hactenus allegatis, quā quam excedit in fētando opinionem illam seditionis de autoritate Concilij supra Papam.

Anno 1518. Franciscus Ferrarensis, Generalis Ordinis Prædicatorum, q. contra gentes, c. 72. in fine superiorē doctrinam approbavit.

Anno 1516. Iacobus Almainus, Doctor Parisiensis, tract. de autorit. Papæ, contra Caietanum similiter sensit; verū reprendendus in eo, quod dicat generale Concilium superiorius esse Papam.

Anno 1510. Cardinalis Caiet. opusc. de autoritate Concilij, c. 27. reprehendit Principes non impudentes vi, & armis, ne Pontifices aut violentiam inferant, aut scandala patrent; aut sacros Canones transgrediantur.

Ab anno 1500. vsque ad 1400. referendi Doctores eūdem tenuere sensum.

Anno 1494. Sylvester, Generalis Ordinis Prædicatorij, in summa, yerbō Papa.

Anno 1476. Cyprianus Venetus Theolog. Hispanus Ordinis S. Dominici, in tractat. de prima orbis Sede, de Concilio, de potestate Ecclesiastica, de Pontificis maxima potestate, eandē doctrinam sēpe repetit, & approbat.

Anno 1464. Dionysius Carthusianus, in libris lex de Conciliorum autoritate sēpe huic principio subscribit.

Anno 1460. Cardinalis Nicolaus de Cusa, ex instituto Prædicatorum, in concord. canonica, & in libris de docta ignorantia, licet doceat opinionem illā, quā Concilium supra Papam statuit, quā postea retractavit in epist. ad Rodericum, sentit tamen in causa violentiæ, aut transgressionis factorū Canonum, Principes auxiliari debere, etiam vi, & armis, ne similia scandala fiant.

Anno 1458. Ioannes Turrecremata, Cardinalis, Ordinis Prædicatorij, lib. 2. summ. de Ecclesia, c. 102. 106. eandem sententiam tenet, vt tens exempl' mariti, qui violenter resistere posset adulterari volenti cum sua coniuge Romano Pontifici.

Anno 1456. Aeneas Sylvius, postea Rom. Pontifex, eūm in minoribus esset, scripsit opera nonnulla in favorem Concilij Basiliensis, Papam inferiorem esse generali Concilio: & licet postea hanc doctrinam retractauerit, non tamen illam, quam docuerat de repellendis violētijs Pontificum auxilio secularium Principum.

Anno 1450. S. Antoninus tit. 22. c. 4. suæ summae superiorē doctrinam expressè approbat.

Anno 1442. Cardinalis Panormitanus, Benedictinus: eidem menti subscripsit: excedit in determinando Concilium generale esse supra Papam.

Anno 1441. Abulensis, in 18. Math. q. 108. & sēpe in defensorio similiter opinatur: docet tamen, & sequitur intolerandam illam opinionem de potestate Concilij supra Papam.

Anno 1440. B. Ioannes Capistranus Minorita, in duobus opusculis, de potestate Papæ, & Concilij, & de autoritate Concilij, siue Ecclesiae, præfatam opinionem tenet.

Anno 1434. Augustinus de Roma, Augustinianus, in libro de potestate Papæ sēpe idem repetit: quod tamen opus non est prohibitum, sicut alia ipsius monumenta, donec expurgentur, v.g. de sacramento diuinitatis Christi, & Ecclesie, de Christo capite, & eius inclito principatu, & de charitate Christi circa eius electos.

Anno 1430. Thomas Waldensis, Carmelita, tom. 7. doctrinalis fidei, lib. 2. art. 3. cap. 80. eandem opinionem sectatur, dicens Principibus vt extraordiniarijs patribus, & potentissimis fratribus licere præfatas violentias impedire. Hoc opus Romæ examinarum à pluribus, simul & approbatum autoritate Martini V. vt constar ex literis Apostolicis initio tomii secundi præfixis. Displicit tamen in eo, quod sententiam Sancti Augustini existimet esse, Concilium generale autoritatem habere supra Papam.

Anno 1427. Ioannes Gerson in varijs tractatibus, præfertum circa autoritatem Concilij, & Papæ, superiori sententijs subscripsit; assertit tamen Concilium generale esse supra Papam.

Anno 1420. Cardinalis Aliacensis. in libro de autofititate Papæ, & Ecclesiaz in omibz assentitur Gersoni, non solù circa violentias Ecclesiasticorum Iudicūm à Regibz coerendas, verum etiam in sedicioſa illa sententia de autoritate Concilij generalis supra Papam.

Anno 1414. Cardinalis Zarabella, libro de schisma. et similiſer sensit; verū languet illius autoritas, propter alia plura in eo opere expurganda. Possent innumerū alij produci ex ijs duobus ſecu'is, vt Petrus de Monte, libro de potestate Papæ, & Concilij; Antonius Delphinus lib. de Ecclesia; Nico aus Sanderus lib. 7. de viſibili Monarchia, & plures commentatores Magistri in 4. dist. 19. sed nonnullos allegasse sufficiat.

Ab anno 1400. vsque ad annum 1300. regrediendo, ſequentes autores prædictam ſententiam tenuere.

Anno 1330. Petrus Paludanus Dominicanus, in trac̄atu de cauſa immediata Ecclesiastica potestatis.

Anno 1324. Aluarius Pelagius, & Guillelmus O'Kam Franciscani, in trac̄atibus de potestate Pontificis, & Ecclesiaz in eandem mentem circa hanc theſim ſep̄e conuerunt; quanquam Aluarius efficacissime O'Kamum impugnat in cauſa Ioannis XXII. & certe in ijs rebus O'Kam debitis est autoritatis.

Anno 1318. Herveus, Generalis Ordinis Prædicatorum, in libris de potestate Papæ, & de utraque potestate, papali, & regali, præmissam opinionem tenuit.

Anno 1315. Durandus libro de origine iurisdiſtio-num præfato principio, & opinioni de repellendis violen-тиje Ecclesiasticorum iudicūm adhæret.

Anno 1304. Augustinus Triumphus de Ancona, Au-gustinianus, in iuimā de potestate Ecclesiaz relatis Doctribz ſubſcribit.

Ab anno 1300. vsque ad 1200. regredientes, pro ea-dem opinione ſequentes Doctores producimus.

Anno 1296. Ioannes Parisiensis, in libro de potesta-te regali, & papali, cū arderent contentiones inter Bonifacium VIII. & Philippum Regem Galliarum, pluri-ma iſcripit in fauorem prædictæ ſententiaz. Eius testimo-nium

nūm debile eſt, quòl plus & quo regios coratus promo-uerit.

Anno 1290. Ricardus de Mediauilla. Franciscanus Thomista, quodlib. 2. q. 28; etiam pro Religiosis expri-mit, illicitos eſſe recursus ad ſeculareſ principes ad repel-lendas violentias Ecclesiasticorum iudicūm.

Anno 1286. Henricus de Gandano, eminentiſſimus Theologus, quodlib. 10. q. 17. ex profeſſo diſputat hanc theſin, & recursus ad Reges approbat, pro repellendis violentijs Ecclesiasticorum.

Anno 1260. S. Bonauentura p̄r fata m opinionem ſepe laudat, & probat: in opuſculo *Quare Fratres Minores p̄dident, & confeffiones audiant, eas clauſulas pro-ducit*, quas in hoc trac̄atu aliū in finem allegamus..

Anno 1255. S. Thomas opuſculo 19 ſepe p̄m ſam opinionem laudat: cap. 5. ait; *Licet perfectis viris libertatem ſui ſtatus defendere, p̄cipue in iudicio Ecclesiastico.* Illud p̄cipue declarat, id interdum licere apud Magiſtratus ſeculareſ, quemadmodum ex Aſtor. 23; probat, vbi S. Paulus contra violentias Sacerdotum, & Phariseorum maniuit ſe umbra Caſaris, & poſtulauit auxilium hominum armatorum. Vrgentius eſt, quod pañopōd̄ ad-dit ex Gregorio Māgno; *Ex quo patet quid perfecti viri debent ſe ul̄tr̄ ingerere ad aliorum iniurias repellendas, etiam non prouocati.* Itaque iuxta D. Thomam, etiam ſi non poſtuletur auxilium aduersus violentias, impen-dendum eſt à Regibz: perſuadet hanc doctrinam ex libris Psalmorum, & Prouerbiorum, & alij argumentis. Idem S. Doctor 22. q. 69. art. 4. hec ait; *Condemnatur quis iniūcte, & tale iudicium ſimile eſt violentia latronum ſecun-dum illud Ezechieli;* *Principes eius in medio illius quaſi lupi rapientes p̄dām ad effundendum ſanguinem:* & ideo ſicut licet reſiſtere latronibus, ita licet reſiſtere in tali caſu malis Principibus. Ezechiel loquitur de Sacerdotibz, & Prophetis Ierusalem; non enim ſpiritualia officia Eccleſiasticos eximunt à dictamine inris naturalis, quo vim vi repellere licet. Idem omnino ſcribit S. Doctor in 2. ad Galat. leſt. 3. ſatis expreſſe.

## *De primis instantijs,*

Omittimus intermedia secula, per quæ regredi possemus, quod Imperatorum, & Doctorum decreta, & volumina, quæ in hanc partem afferri possent, plurimis machinis alienientur: nonnihil infra allegandum. Nunc solùm expendamus quid senserint Ecclesiæ Patres.

Anno 530. Sanctus Isidorus Hispanensis, relatus ab Henrico Gandauensi, loco proximè allegato, opinionem de recursu ad Reges in casibus violentiarum stabiluit.

Anno 527. Aurelius Cassiodorus lib. 8. cap. 24. refert, Athalaricum Regem, quanuis Arrianum, eam scripsisse epistolam, quæ habetur in Baroia, tomo 7. Annal. anno supra notato. Hic Rex summè coluit sanctam Seudem, licet ea labi Arrij infectus, & sic pro hac thesi loquitur. Considerantes Apostolicæ Sedis bonorem, & consulentes desiderijs supplicantium, praesenti autoritate moderato ordine desinimus, ut si quispiam ad Romanum Clerum aliquem pertinentem in aliqua causa probabili credi derit actione pulsandum, ad Beatissimi Papæ iudicium, prius conueniat audiendus, aut ut ipse inter utrosque, more sua Sanctitatis agnoscat, aut causam deleget aequitatis studio terminandam: & si forte, quod credi nefas est, desiderium fuerit petitoris elusum, tunc ad secularia forâ iurgaturus accurrat, quando suas petitiones probauerit à supra dictæ Sedis Presule fuisse contemptas. Hoc testimonium insitnum est, si autoritatem dicentes consideres; at non leue, si pondus rationis, & de extrajudicibus sit sermo.

Anno 553. celebratur Quinta Synodus, in cuius collatione 2. pag. 51. editionis Coloniensis, anni 1618. voluit ut Vigilius Papa circa trium librorum doctrinam simul cum ipsa ferret sententiam, non verò solitario suo iudicio ducens; cùque illa Concilij monitis non acquiesceret: eadem Synodus ijs verbis per internuncios eum est alloquuta. Si non vultis secundum ea quæ in scriptis nobis placuerunt conuenire, cognoscat vestra Beatiudo quod oportet & nos in unum conuenientes nostram manifestare voluntatem: neque enim iustum est, vel tam Christianissimum Imperatorem, vel fidem populum scandalizari ex dilatione, quæ in media circa responsionem efficiuntur.

## *Et alijs recursibus.*

isur. Et paulopost sic ait. Postulauimus à Pontifice: ut conueniret vna nobiscum omnibus, & tractaret de tribus capitulis, ut per communem consensem omnium finem acciperet causæ trium capitaliorum. Nos uero ad Vigilium Papam diximus, quod solus quidem sapientius in scriptis, & sine scriptis, condemnasti tria ista capitula: pessimum autem dominus Imperator in communi vult te vna cum alijs conuenire, & sic iudicium fieri. Iudicauit hæc generalis Synodus vna cum Imperatore, violenter, & scandalosè processurum Vigilium, si ipsa inconsulta, & Imperatore non auditio quidquam discerneret; vel si ad ipsorum supplications, & postulata nolle attendere: & hanc mentem, sensumque Pontifici insinuauerunt.

Anno 451. celebratur Concilium Chalcedonense, in quo plures facti sunt recursus ad Imperatorem, & Magistratus seculares ibidem assistentes pro repellendis violentijs. Actione 1. pag. 2. edit. Colon. anni 1618. Dorileus sanctissimus Episcopus supplicem libellum offert Martino Imperatori pro repellendis violentijs Patriarchæ Alexandrinij, in quo hæc sunt verba. Intentio, & propositū est clementie vestre uniuersis quidem sibi subditis prouidere, & manum porrigeere omnibus iniustè oppressis, præcitatè gamen fungentibus Sacerdotio, in hoc diuinitati placetes, à qua uobis imperare, & dominari. sub hoc sole donatum est. Quoniam & multa, & dira, & contra omnem consequentiā fides, que in Christum est, & nos sumus perpessi à Reuerendiss. Diocoro Episcopo Alexandriae, adimus uestram pietatem supplicants iustitiam promererē. Potuit quidem à Leone Nigro Pont. auxiliu polscere; potuit à Concilio, verum quia hic recursus non erat iudicialis, sed ad repellendam violentiam, arbitratus est licuisse agere Imperatore: neque id Synodus improbauit. Iungit simul violentias sibi & fidei à Diocoro illatas, illis verbis. Quoniam igitur non modica sunt quæ ab ipso usurpata sunt aduersus Christi fidem, & aduersus nos. In Concilio aderant septendecimi iudices Imperiales pro repellendis violentijs, & innumeri Episcopi: postulat Doriens, ut ad ipsos supplex libellus ab Imperatorib[us] remittatur, & post determinatio-

## De primis instantijs,

nem ipsi informentur Imperatores quid factum sit. Vbi primùm indicibus secularibus missus est hic supplex libellus, vt refertur in dicto loco; *Gloriosissimi iudices, & amplissimus Senatus dixerunt, soluantur que ingeruntur.* Expendendum est pro repellendis violentijs, & pace cōseruanda in omnibus actionibus interfuisse synodo septendecim illos Senatores, seu iudices Imperatorios, vt patet ex pag. 34 & 153. actionis secundæ, & ex principio quartæ, quintæ, septimæ. Ij cogebant Episcopos, ne quidquam contra sacros Canones determinarent, quemadmodum ijs verbis dicitur pag. 245. actione 5. *Gloriosissimi iudices dixerunt, sacratissimo Domino orbis placuit, non iuxta sacras literas, id est Imperiales, aut pragmaticos typos res sanctissimorum Episcoporum procedere, sed iuxta regulas à sanctis Patribus latae.*

Sunt alia similia exemplaria in prædicto Concilio, actione 11. pag. 298. Bassianus Episcopus Ephesinus, per vim ab alijs se Episcopis sua Sede expulsum cōqueritur, & supplicem libellum ijs verbis offert Imperatoribus. *Omnis salus violentiam patientium post Deum vestra tranquillitas est, præcipue autem Sacerdotum Christi, qua propter & ego ad has preces veni prouolutus vestigij vestris, ut in ipsis mei misereamini. Hoc insuper sanctire uestram diuinitatem exoro, ut nulli liceat vexationem aliquam mibi inferre, donec ad finem perueniant ea, quæ inter me, & aduersarios meos aguntur.* Iusterunt Imperatores, vt sine mora à indicibus fecutaribus, & Concilio contenta in hoc supplici libello determinarentur.

Actione 13. pag. 308. Episcopus Nicomedia Aluim supplicem libellum Imperatoribus obtulit, aduersis viencias Archiepiscopi Nicenii. *Proferimus nos Maiestatis vestrae vestigij, ut in beatissimis arceri iniustitiam, quæ aduersum nos est præsumpta à Reuerendissimo Episcopo Niveno Anafisio, per cupiditatem opprimere nos exturbare cœpit.* Examinatus est à Senatoribus Imperatoris, & Concilio articulus violentie.

Actione 14. pag. 312. Sabinianus violenter ab Episcopatu priuatum queritur ab Alexandrino Patriarcha, postu-

## Et alijs recursibus.

54  
postulat ab Imperatoribus auxilium contra violentiam: missio decreto cum supplici libello ad Concilium, & Imperiales iudices causa terminatur.

Ex ijs, & alijs testimonij decernunt plures, quid sentiendum sit de illa doctrina Azorij supra cap. 14. quæst. 6. ijs verbis contenta; *Quid si ipse quoque Romanus Pontifex canones, legesque, & iura negligat, innocentes opprimat, vim inferat res Ecclesiæ dissipet, Regum, & Principum iura peruerat.* Respondeo superiorem esse qualibet humana potestate, & lege, licet non diuina, & naturali, & quolibet canone, siue iure Ecclesiastico scripto: quare si legi ciuili, si canonii deroget, vel iuri scripto, Regi, vel Principi iniuriam non facit, vim non infert, & ideo quanvis peccet, id si absque iusta causa faciat, iudicari, aut condemnari à Rege, vel Principe non potest; sed monendus, & orandus est, ne iudicatur. Ex ijs verbis inferunt nonnulli plura contra ipsum Azor. Primum, cùm sit iuris natura is, & diuini ut vim vi reperiamus, posse violentias Principum Ecclesiasticorum manu Regia depelli. Secundo quod ait non posse Pontificem iudicari, & condemnari ob similes violentias, certum est de iudicio, & condemnatione iurisditionali: at non inde sit non posse resisti ex iure naturali, & impediri executionem mandatorum, quibus violentias, & manifesta iniquitas fuerit, adnexa: tum per supradictum principium, tum per fraternam correptionem executiuā. Tertiò, cùm Pontifex peccat est frater: ergo si executio peccati impediti non posset, miserior multò esset ceteris hominibus, quibus ex charitate, & misericordia est debita fraterna correctio: impediti a culpa, si ex impedimento non maiora scandalia consequantur. Quartò, cùm in eodem libro 5. Pater Azor dicat, Pontificem teneri servare sacras leges, & Canones quoad vim directuam, & peccare in transgressione, consequenter asserere debet, impediri posse ab executione peccati, non subleculo: maiori scando; nam ad id obligat fraterna correptione, de qua Ecclesiasticis c. 17. vt alibi referimus ex alijs. Quinto dicunt constare non esse admittenda verba illa Azor, ibidem; *Cum iudex publica autoritate agit, si vexet, oppri-*

## *De primis instantijs;*

mat, & condemnat innocentem, peccat quidem. Et p[ro]p[ter]a p[ost]. Quod si supremus iudex damnat innocentem. Respondeo, innocentis esse penam patienti, & aequo animo sustinere, non iudici manus, vim, & arma inferre. Nam cum sit contra ius naturale debitam appellationem denegare, non aliter illi resisti potest, ac si videret sponsus ab Ecclesiastico Antistite propriam uxorem per vim adulterium pati. Et certe supra S[an]cti Thomas in casu violentia ait iudices non fungi officio iudicium, sed esse similes latronibus. Secundum discunt, homini oppresso diuersas esse rationes violentiam repellendi; unam via iuridica, atque in ea seruandos esse gradus appellationum, & recursuum in iure prescriptos; alteram via naturali extra iudicialiter, atque in ea posse extra iurisdictionaliter violentiam patientes ad Reges conuolare. Septimus addunt praedicti Doctores, quem adinodum iudices violentiam inferentes extra iudicialiter procedunt, quanquam sit apparentia iudicialis, sic Reges & Magistratus licet pro repellenda violentia acta iudicia lia aduocent, scilicet quodam similia praestent habentia colorum iuridicam, omnia tamen ab illis extra iudicaliter fieri: nam certe si violentia infertur, processus non est iudicialis, nec min[or]e, aut paucis ad coercendum sunt iudiciales; sed quodam defensiones factas extra iudicialiter, sumpta notitia ab instrumentis ad speciem iudicialibus. Tandem addunt doctrinam de repellendis violentijs Ecclesiastorum manu Regia, intelligendam esse cum debit[us] conditionibus, ut scilicet non maiora damna, & scandala consequantur ex propria defensione. Ideo quia semper ex occidente Principis tyraanicè gubernantis graviora scandala, & damna emergunt, merito definitum est à Cœlio Constantiensi filicum esse necem illius intentare.

Ex hactenus dictis superiores Doctores aijunt, non posse negari doctrinam de recurso ad Principes seculares in causis violentiarum ab Ecclesiasticis iudicibus illicitarum: quam certissinam esse fatetur Gabriel Vazquez in tractatu manuscripto de hac thesi; & Franciscus Suarius lib. 4. contra Regem Anglie, c. 3. licet addat, ratissimos esse casus, in quibus iste recursus fieri queat, illata iurisdictione; & in-

muni-

## *Et alii recursus;*

55  
munitate Ecclesiastica; qui ut in sua opinione persistant, dicunt primi, contra Suarium, non esse mandatum iudiciale, quod a Magistratibus secularibus emanat, cum iubent adduci ad se acta; & processus iudicis Ecclesiastici; neque examen ipsorum esse iudiciale, si fiat titulo extra iudiciali subveniendi extra iudicialiter oppressis; aut impediendi correptione fraternali executione ipsos oppressores, aut alio simili motu extrajurisdictionali. Probatur hoc assertum ad hominem ex ipso Suario supra nos m. 14. & 15. Nam & ipse ait, ministros laicos comprehendentes Sacerdotem in fraganti delicto, aut paratum ad illud praetrandum, vel spoliantes illum inimicis, non procedere ut iudices, sed vt defensores iuris naturalis, vel impeditores culpam ex charitate quodam idem scribit Bonacina, tomus de legibus, disp. 10. q. 2. puncto 2. 3. 4. num. 2. 4. allegans pro se Menochium, Iulium Clarium, Diuardum, Graffum, Farinacum, Decianum, Ambrosum, Reginaldum, dicentes id extra iudicialiter licere: ergo similiter, et si Magistratus seculares aduocent ad se acta iudicis Ecclesiastici, illaque examine, & illis inesse violentiam decernat, per consuetos officiales possunt procedere, non ut iudices, sed vt tutores fratrum oppressionem sustinentium, vt patres extra ordinarij Ecclesie, vt protectores, & executores sacrorum Canonum, vel ex alijs motiis extra iudicialibus. Dicunt secundo contra ipsum Suarium, sufficiere probabilem, & verisimilem narrationem de oppressione facta a iudice Ecclesiastico, ut Magistratus seculares aduocent extra iudicialiter ad se acta, & processus: nam si evidenter facti violenti sine instrumentis scriptis debet esse Magistratibus perspecta, vt dicit Suarius, nulla violentia illata in provincia repelliri posset ab ipsis, cum non ubique presentes esse queat; immo nec in singulis partibus ipsius curie in qua co[n]veniantur. Ex opinione inquit Suarij infertur aut singularis omnium urbium, & oppidorum securisibus iudicibus dividam esse Regiam facilitatem, ut violentias Antiquitatum Ecclesiasticorum repellant extra iudicialiter; aut si solum supremis Senatoribus, & Magistratibus ea cura iniungenda est, sit omnes, & singularis violentias regni nullo remedio iuris naturalis posse coerceri.

Dicunt tertio contra eundem Suarium, sufficere opinionem manifestè probabiliorem de illata violentia, licet in se evidentiam non contineat, ut Magistratus secularis auxilium præster pro ea repellenda: atque adeò arguant Suarium de inconsequentia; nam ipse lib. 6. de legib. c. 8. num. 6. ait esse practicè certam sententiam Caietani, & Sotii, asserentium per solam opinionem, & iudicium probabile posse adhiberi episcopum, id est, correctionem legis, aut mandati, ubi non est recursus proximus ad superiorem. Prudentia humana in agilibus duci nequit mathematicis demonstrationibus, ut ipse ibidem Suarius profiteretur: ergo quemadmodum in vsu episcoporum, qui est extraiurisdictionis à dicamine tantum prudentia, sufficit opinio probabilis ad impediendum, aut suspendendum executionem legis, vel mandati, similiter sufficit eadem probabilitas, ut Magistratus secularis præstent auxilium Regium contra violentias Ecclesiasticorum, etiam si non sint evidentes prædictæ violentiæ, sed maior solùm probabilitas habeatur quod violenter Ecclesiaici indices procedant.

Vt magis prædicti Doctores suam sententiam illustrant, quandam magistrali censuram adhibent circa aliorum dicta. Gabrina tomo 4. præscriptionum, controvers. 5. art. 5. dubit. 2. pag. 115. a leueneranter ait, nullum decretum Romanæ alicuius congregationis ex ijs, quas Sixtus V. erexit, posse esse fallibile; propter assentiam summi Pontificis in ea curia, & quia nunquam potest esse deceptio, aut error in Clero Romano. Inde argumentum extenditur ad probandum opinionem, que tuetur licitum esse recursum extraiudiciale ab Ecclesiasticis iudicibus ad laicas potestates, sine graui nota, temeritate, & errore sustineri non posse. Cum sacra Congregatio de iudice omnes, & singulos libros prædictam doctrinam continentes prohibeat; ut suspectos, erroneos, & noxios immunitati, & libertati Ecclesiasticæ.

Yerum prædicti Doctores impugnant assertum Gabriæ: tum quia, solus Clerus Romanus cum Pontifice, ut Episcopus solum Dicœcœsis Romanæ, non est Ecclesi-

sia Catholica, sed membrum illius: at promissio Christi de non defectura fidei, intelligitur de Ecclesia Catholica vniuersali Romano Pontifici, ut vniuersali Pastori omnium Ecclesiarum, quemadmodum ex communis sententia statuit Suarius lib. 1. contra Regem Anglie, cap. 5. Deinde quia semper quæ à Romano Pontifice determinantur, ut certa recipiuntur ab vniuersali Ecclesia: at plures Catholicæ provinciæ illa decreta Congregationis non acceptant, ut notum est. Tertio quia cum opinio de recursu ad laicos Principatus, ad vitandas Autistitum Ecclesiasticorum violentias sit in materia gravissima, & tot, & tam gravium Doctorum, qui nuper relati sunt, & à plurimis Catholicis prouincijs ea in parte approbati, & ad praxim recepti, incredibile est sine consultatione omnium Ecclesiarum diuisuè, aut in Concilio generali eorum sententia fore condemnandam. Quartò quia sacra Congregatio de iudice non tam prohibit ratione conclusionis eos libros de violentijs Ecclesiasticorum manu regia propulsandis, quam ratione principiorum, & fundamentorum, quibus illam stabilirent, nonnulli debitum modum excedentes, ut non multò post referemus. Contra eundem sensum Gabrinæ innumeræ alia constiuntur manifesta argumenta ab illis Doctribus. Nullus à condita Ecclesia dixit de Pontifice quod ibidem Gabrina scripsit de Romanis Congregationibus, scilicet Congregationes sacras de ritibus, de regularibus, de iudice, de sancto Officio errare non posse, etiam in questionibus de facto, neque decipi per subrepresentationem, vel fraudem informantium, neque etiam inaudita parte illarum iudicium esse fallibile. Notat ibidem ut suspectum de fide quendam aliter decernentem. Idem Gabrina tomo 4. præscript. parte 1. controvers. 7. osteris 1. pag. 323. cum dixisset illud principium, vim vi repellere licet, & innocentis causam suscipere, & tueri, ut vim, ff. de iustitia & iure, intelligi solùm de violentia illata à priuatis personis, non à Magistratibus laicis, vel Ecclesiasticis, addit opinionem, quæ docet licete recursum à violentijs Ecclesiasticorum ad Reges esse suspectam de hæresi, nam in Concilio Constantiensi, sess. 15. decretum est,

## De primis instantijs.

est: nullum priuatum posse occidere legitimum Regem tyrannicè gubernantem. Verba Concilij sunt; *Declarat insuper, & decernit sancta Synodus, quod pertinaciter doctrinam hanc perniciofissimam defendantes sunt heretici. Ex quibus inferit Grabina, definitum esse, non licere priuatis, resistere Principibus, & Magistratibus, quantumuis tyrannicè, & iniustè dominatur. Hac cetera absque dubio vulnerat Grabina illustrissimos sui Ordinis viros, S. Thomam, S. Antoninum, Turrecrematam, Ferrarensim, Caetanum, Victoriam, Sotum, & alios suprà allegatos. Verum prædicti Doctores hanc Grabinæ doctrinam extra rem esse, & manifestè falsoam ijs argumentis suadent. Primo, nam aliud est occidere, aliud est resistere; non ipsi dicunt licitum est occidere Pontificem, aut Episcopum violentiam inferentem, sed solum illam propulsare: Concilium merito Iesuuit, eam occisionem cuiuscumque legitimi Principis Ecclesiastici, aut secularis, esse gravissimam culpam, quia ex ea praxi, & doctrina graviora multo incommoda, & Regnorum subversiones consequentur; at tucri se, executionem iniquorum mandatorum eludere, adire ad potentiores, qui sine damno opprimentium liberent oppressos, absque mutatione principatus, & monarchiæ, vel alio detrimento vniuersali, thesis est nullatenus à Concilio tractata. Secundò, absurdissimum opinantur prædicti Doctores illam Grabinæ expositionem, aut distinctionem, aut limitationem, qua principium de vi repellenda, & innocentie oppresso liberando, coeretur ad violentias illatas priuatis hominibus, ita ut eis quibus violenter opprimit index non possit homo resistere, quando ex resistentia non consequuntur seditiones, & maiora dannia. Merito Franciscus Suarius lib. 4. contra Regem Angliæ, cap. 34. num. 30. hec ait. *Defensio ex suo genere omnibus licita est, si necessaria sit, & debito modo fiat: unde etiam contra Papam licit im esse Regibus, vel Ecclesiæ, in tertio libro notatum est, cum Caetano opuso. de potestate Papæ, cap. 27. Icom Suarius ibidem citat Victoriam, Couarruiam, Didacum Verez, Didacum Castello, Matheu de Afflictis, Decium, Plateam, & alios. Henriquez lib. 3.**

de

## Et alijs recursibus.

57  
de clave Pontificis, tractans de hac thesi refert in glossis innumerous Doctores, præsertim Magistros, & Cathedra-ticos Academæ Salmantinæ, pro opinione laudante, & approbante extra iudiciale rencrum ad laicas potesta-tes, quando violenta oppressio Ecclesiasticorum grassaretur. Similiter opinatur Nauarr. cap. nouit. de iudicij. Menoch. de retinenda possess. remedio. 3. num. 354. Clar. lib. 5. § ultimo, qu. 36. In hoc autore prædicti Doctores præcipuum conclusionem admittunt, fundamenta proba-tionis repellunt. Primo illud privilegium Pontificiū è ta-bularijs Vallisoletanis productum ab Henriquez in fa-norem Regum, ad cognoscendum de violentijs Ecclesias-ticorum, dicunt esse suspeatum; & licet verum esset, iam legitimè per bullam Cœna reuocatum esse. Etsi Killucius tract. 16. cap. 10. & Suarez 4. contra Regem Angliæ, cap. 34. allegantes Bellarminum, non audent condempnare li-berum usum, & exercitium huius privilegij per solas clau-sulas generales bullæ in Cœna Domini, si tale privilegiū datum fuisset. Secundò addunt, non iustificari hos recur-sus in casu violentiæ, per dispositiones iuris canonici, tum quia illis non succurrat, tum quia licet aliquando suc-currisset, iam per nouissima Concilia, & Decretales re-uocatum est.

Couarruias in practicis cap. 35. ait per immemo-rialem consuetudinem aliquarum prouinciarum amissam esse immunitattem Ecclesiasticam, atque ratione huius consuetudinis posse laicos Magistratus cognoscere de vio-lentijs Ecclesiasticorum. Subscribunt Garsiæ de nobilitate Hispana, glossa 9. Salgado de protectione Regia, to-mo 1. parte 1. cap. 1. præudio 3. Simancas de Cathol. instit. tit. 45. num. 35. Michael Zanardus in directorio Theol. p. 3. cap. 31. Auila de censuris, p. 2. c. 7. disp. 2. Et licet non ita vniuersaliter idem adstruunt Bañez 22. q. 67. art. 1. dub. 2. Ioannes de la Cruz in director. part. 1. præcept. 8. q. 3. art. 1. dub. 1. r. Zanardus in director. Con-fess. tom. 3. cap. 50. Pessancius de immunitate Ecclesiasti-ca, disp. 3. Verum prædicti Doctores efficaciter impugnant Couarruiam, producentes eadem fundamenta,

P

quibus

## *De primis instantijs,*

quibus illum refellunt. Suar. lib. 4. contra Regem Angliae cap. 31. Tannerus 22. disp. 5. q. 5. dub. 4. Layman in Theologia moralis, lib. 4. tract. 9. cap. 10. Comitol. in Apolog. contra Venetos, cap. 3. Bellarm. in defensione Italae contra eosdem Venetos. Addit Couarrui. si Prælati Ecclesiastici negligentes sint in infligendis poenis contra sceleratos & scandalosos Sacerdotes, posse laicas potestates in illos animaduertere, & vindictam publicam exercere. Hanc doctrinam Doctores predicti, ut contrariam Ecclesiastice immunitati constantissime repellunt. Propter illam, & similes alias opiniones. Tannerus supra, & in defensione Ecclesiastice libertatis, lib. 2. tract. 16. Suarius tom. 1. de Religione lib. 1. de diuino cultu cap. 38. Madridriaga tract. de Senatu cap. 39. Bellarm. supra, vehementer incusat virum quoad alia magnum Conarruiam.

Ex autoribus qui scripsere contra predictos recursus extrajudiciales à violentijs Ecclesiasticorum ad seculares Magistratus, Martinus Bonacina magis ex professiothesin disputauit tom. 3. de censuris. In eo autore predicti Doctores succendentia asserta improbant. Disput. 1. q. 15. punct. 4. §. 1. allegans Bannez, Menochium, Bellarium, ait ex priuilegio Romani Pontificis in Hispania seculares Principes cognoscere de violentijs Ecclesiasticorum. Verum nec istud priuilegium vñquam fuit, nec si fuisset iam extaret post revocationem factam in pluribus Concilijs, & Decretalibus: neque ipse Bonacina seriò, & ex animo predictam priuilegium agnoscit, cùm illud postea artificiose impugnet. Quod ipse addit §. 3. licitam esse defensionem naturalem, tunc solum quando ex illa multo maiora damna non consequuntur, admittunt predicti Doctores; verum impugnant, quod infert ex quacumque naturali defensione sequi detrimenta grauiora, scilicet quod immunitas, & libertas Ecclesiastica funditus pereat: dicunt esse argumentum infirmissimum. Primo quia per eam defensionem naturalem nihil usurpat de Ecclesiastica iurisdictione. Secundò fallit eius discursus in eo, quod statuat ex ea defensione perire totam Ecclesiasticam immunitatem, cùm solum coercetur, & reprimatur aliquando.

## *Et alijs recursibus.*

rum iudicium abusus, illæsa manente tota iurisdictione. Tertio, quia argumentum efficacissime retorquetur ad hominem; quia si ex vnius, aut alterius Ecclesiastici Antislitis violentijs prouocatiōne extra judiciali ad seculares Magistratus perit tota immunitas Ecclesiæ, etiam ex viuis aut alterius violenta oppressione illata ab Ecclesiastico iudice, peribit funditus totum ius naturale: constat autem maius incommodum esse subuertere vniuersum naturale ius, quam ius positivū Ecclesiast. immunitatis, & libertatis. Alia, quæ adducit Bonacina dicunt esse extra rem, aut factas suppositiones continere: nam neque admittitur ab ipsis licitam esse usurpationem iurisdictionis Ecclesiæ; neque dicitur acta, & processus judicialiter cognosci a Magistratibus, neque ab illis puniri posse Sacerdotes. Tandem ex ipso Bonacina volente nolente, disput. 1. de easuris, quest. 2. plura argumenta congerunt predicti autores, quibus predicti recursus ad laicas potestates à violentijs Ecclesiasticorum iudicium confirmantur.

## *Judicium circa predictam controversiam.*

### *§. 2.*

Ego in praesenti controversia dicam quæ certa sunt pri-  
mū; deinde quæ incerta.

Primo certum est iustam defensionem naturalem, quam vi repellere possumus, & iniuste, atque violenter oppressos liberare, esse omnibus, & singulis hominibus licita, dummodo ex ea non sequantur gravissima Reip. incommoda, & seditiones, & ruine tranquillitatis publicæ. Hoc optimè probant omnia illa testimonia Scholasticorum, Patrum, & Conciliorum superijs ab illis Doctribus alata, & rationes communiter ab autoribus produc̄t. In hac parte conueniunt nobiscum etiam Doctores illi, qui dicunt esse illicitū semper, aut ferē semper recursum à violenta oppressione iudicis Ecclesiastici ad laicas potestates, præter Azorem, Grabinam, & Bonacinam: nullus ante illos eam distinctionem, aut limitationem probauit, quæ dicitur non licere resistere magistrati violentiā inferenti.

S; secundò

## *De primis instantijs.*

Secundò certum est similiter in hac via defensionis naturalis posse Ecclesiasticum Principem repellere vim illam à Magistratibus secularibus, si non consequantur maiora incommoda, aut seditiones, ex præmissa protectione, aut liberatione. Ratio est evidens, quia in iure naturali omnes homines sunt æquales, nec est differentia inter Ecclesiasticum, & laicum, nulla est alterutrius supra alterum prærogativa, aut præminentia. Si quæ autem præcedentia in hoc trahite iuris naturalis excoxitari posset, ea in favorem Ecclesie inveniri deberet: verum nulla nunc occurrit in hoc genere præminentia, sed omnimoda æquitas. Non ideo negamus, grauius delictum esse, si quis opprimat Ecclesiasticos, quam laicos, similiter non negamus, imò constanter fatemur, maius meritum esse posse, si quis succurrat eisdem Ecclesiasticis violenter oppressis. Maneante iure naturali æquali occurruunt circumstantiaz, ratione quarum aut obligatio, aut meritum in æqualitatem habent.

Tertiò certum est, plurima fieri posse à Magistratibus laicis manu officialium suorum, quæ licet emanent à iudicibus, non siant judicialiter. Sic Franciscus Suarez, & alij ab ipso allegati, scilicet Félinus, Decius, Nauarrus, Iulius Clarus, Panormitanus supra docuere, etiamsi laicæ potestatis ministri spolient armis Clericos, pro ea tantum occasione, qua timetur, aut dubitatur an aliquid mali aggrediantur, & etiamsi illos comprehendant ad fistendum eos in potestate iudicis Ecclesiastici, non id præstare ut iudices, sed veluti defensores, & coadiutores naturalis iuris; quod idem scripsit Souza in bullâ Cœnæ, cap. 16. disp. 82. Ioannes de la Cruz in directorio conscientiaz, part. 1. precepto 8. q. 3 art. 1. dub. 3. concl. 3. Bañez 2. 2. q. 67. art. 1. dub. 2. Lorca de legibus, disp. 25. memb. 4. Bonacina locis supra allegatis, & ionumeri alij etiam ex ijs, qui negat licere propter violentias Ecclesiastorum recurrere ad laicas potestates.

Quartò certum est, Magistratus secularis cùm vident subditos ab Ecclesiasticis oppressos; vel iudices Ecclesiasticos, cùm experintur oves suas à Magistratibus secu-

## *Et alijs recursibus.*

59

laribus opprimenti violenter, teneri in conscientia auxiliarem manum præbere; ita ut peccent grauissime, si violentiam sustinentes non liberent, dummodo non sequantur grauiora incommoda, & seditiones. Hanc obligationem esse de iure divino liquet Ierem. 21. *Eruite vi oppressum de manus calumniatis, ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, & succendatur.* Ergo manifestè diuinam indignationem meretur, qui non liberat violenter oppressos, quod sine culpa graui non contingit. Psal. 81. *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatis liberate.* Quicumque Magistratus opprimit, non procedit ut index, sed ut peccator. Ecclesiastici 4. *Liber a eum, qui iniuriam patitur de manu superbi.* Isai. 1. *Subuenite oppreso.* Quæ omnia sunt vniuersalia principia iuris divini, omnes generaliter, & indiscriminatim obligantia, si non grauissima timeantur incommoda.

Quintò certum est, tam Principes seculares, quam Ecclesiasticos teneri impendere prædictam auxilium contra violentias, etiamsi oppressi ipsorum opem non imploréti. Hanc conclusionem veluti patentem, & manifestam docuit S. Thomas episc. 19. cap. 15. ijs verbis. *Ex quod patet quod perfecti viri debent se ultrò ingerere ad aliorum iniurias repellendas, etiam non provocati.* Ad officium charitatis pertinet, quod aliquis oppressos ab opprimentibus liberet. Hoc præceptum libuendi oppressis est de iure divino, & vniuersale, nullum casum exceptiens, etiam quando oppressus non auderet præmetu, aut pudore auxilium postulare. Allegat ad idem intentum S. Thomas Gregorium dicentem. *In quantum causa exigit, debemus pro defensione iustitia nosmetipso obijcere, & peruersis ad iniusta erumpentibus, etiam cùm ab eis non querimur, obuiare.* Addit sanctus Doctor sequentia. *Ad officium charitatis pertinet, quod aliquis oppressos ab opprimentibus liberet, secundum illud Iob 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Concludit dicens. *Ex omnibus prædictis patet, quod Religiosi non solum licet, sed etiam laudabiliter interdum resistunt violentiis, & fraudibus malignorum.*

Sexto

Sexto certum est, non singulas oppressiones, & violentias pro rebus leuioribus illatas, debere à Magistratus secularibus, & Principibus Ecclesiasticis propulsatum quia sequentur grauiora multò incommoda, & perturbationes, & inutiles distractio[n]es iudicum, cum detrimento maiorum causarum; cum quia ad bonum Reipublicæ regimen pertinet, vt circa minutias non potentiori brachio, & remedij[us] urgentissimis prouideatur, sed vel illæ contemnuntur, & omittantur, vel remedij[us] leuioribus carentur. Ideo sapienter cautum est ab Hispaniarum Regibus, ne admittantur recursus à superioribus regularibus ad Magistratus i[ur]icos, quia siquas oppressiones sustinent, illæ sunt circa res, quæ levissime debent à Religiosis extinari, imò ad imitationem Christi eas appetere debent. Excipio illas violentias, quæ sunt contra libertatem statutæ, aut contra bona spiritualia, aut contra bonum nomine ipsorum in re graui, quemadmodum excepit Angelicus Dæc. opusc. 19. non solum cap. 14. vbi ex pluribus locis Pauli, Gregorij, Augustini, & aliorum, probat Religiosos debere resistere detractionibus; sed etiā principaliter cap. 15. vbi pluribus argumentis convincit, sanctis viris licet se per iudicium tueri, quemadmodum Paulus Act. 25. ne Sacerdotibus Hebreis traduceretur, ad Cæfarem appellavit. Post alia subdit. S. Doctor. *Licet perfectis viris libertatem sui status defendere, præcipue in iudicio Ecclesiastico.* Expende i. lam particulam præcipue, quæ ostendit aliud etiam modum naturalis defensionis, consugiendo ad potestates qui sibi habent maiorem vim habentes. Idcirco Regia voluntas denegans regale auxilium pro violentijs, quas sustinent Religiosi, solùm extendi potest ad ordinarias causas, in quibus libertas regularium, aut bona spiritualia, aut bonum ipsorum nomen nullatenus periclitantur. Quod si h[oc]c per oppressionem in graue dilectionem adducantur, debent Principes mundi, etiam non rogati subuenire, auxilium impetrando contra violentias, quas contigerit ab Ecclesiasticis iudicibus sustineta; atque similem autoritatem iuris naturalis debent exercere Principes Ecclesiastici in predictis casibus, contra Magistratus secularares, si fuerint

sacerdint oppressores. Quare in illa limitatione Regum Hispaniæ non potu[t] excludi auxilium, aut beneficium iure naturali debitum Religiosis in violentijs grauioris momenti, v. g. si defi audarentur per vim à cognitione prima instantiæ apud suos ordinarios Iudices, & Prælatos, si obligarentur ire ad locum non tantum, si cogerentur ad deserendam Religionem, si priuarentur cum ignominia totius Ordinis aliquibus indultis, aut nouis oneribus grauarentur.

Septimæ certum est, in ijs recursibus à violentijs Ecclesiasticorum ad seculares potestates, & à violentijs secularium potestatum ad Ecclesiasticos seruandū esse moderamen inculpatæ tutelæ, ita ut grauissime peccetur ab ijs, qui extrajudicialiter procedere intentant per viam naturalis defensionis; cum aquæ bene, & sine maioribus expensis, aut sine damnis irreparabilibus instituti suam consequi valent per formam iudicialem, prouocando, & appellando ad iudices superiores, aut inferiores, inhibendo, vel recusando. Ratio huius dicti est manifesta, quia extraordinaria media, & extrajudiciales recursus ordinantur in defectum, & supplementum eorum, quæ judicialiter præstari non possunt ad obtinendum legitimum ius partì debitum: ergo cum sine maioribus expensis, & absque damnis irreparabilibus aquæ bene debita iustitia impletatur per viam iudicialem, non sunt adiocanda, & intendenda media extraordinaria, & extrajudicia; nam frequenter durissima sunt, & cum ignominia Magistratum tam secularium, quam Ecclesiasticorum, cum veluti oppressores violenti, & tyrannidem exercentes, & hontines sine timore numinis infamentur. Hanc conditionem de non excedendo moderamen inculpatæ tutelæ semper præ oculis habendam censeo; grauiter enim peccari potest, si illa non obseruetur, præcipue circa Ecclesiasticos. Licet generaliter pro omni defensione, doctrina h[oc]c valde sit necessaria, singulariter adiutanda est, & præ oculis habenda in recursibus à violentia Ecclesiasticorum ad laicas potestates, pro reuerentia singulari ipsiis Ecclesiasticis debita.

### *De primis instantijs,*

Quanuis hastenū; dicta principia vniuersalia vera sint, in eorum applicatione ad singulāres casus innumerā difficultates q̄ecurrunt. In primis cūm procedunt in cognitione causæ duo indices, alter Ecclesiasticus, alter secularis, quorum unusquisque competens videatur, tunc examinandum superest dubium, an uterque cessare debeat, vel an dignior, id est Ecclesiasticus debeat procedere; vel an duo illi conuenire debeant in eligendo arbitro iudice, seu compromissario; vel an formandum sit quoddam quasi tribunal competentiæ; & dato quidem dignior iudex determinare debeat, si perest inuestigare ordinem dignitatis: nam vel eligendus est dignior secundum hominum existimationem in pompa mundana, vel iuxta debitum cultum spiritualibus rebus, & functionibus. Prorex, & Cancellarius secularis dignior est, & honorabilior, quam simplex Sacerdos, aut Vicarius Episcopi in prima acceptione, licet iuxta secundam dignior sit, qui uis simplex Sacerdos. Sic alia innumera dubia emergunt, quæ etiam post concessum principium vniuersale maiorem considerationem postulant. Aliqui Doctores arbitrantur indubitatū esse, per dispositiones Iuris canonici debere semper in ijs controversijs determinare indices Ecclesiasticos.

Deinde contingere potest, vt litigans secularis iurisdictionem Ecclesiastici iudicis declinare velit; & tunc emergunt aliæ quoque difficultates examinande, an appellandū sit ad Ecclesiasticum alium iudicem superiorē, vel an à digniori res sit decidenda, vel an quia partes sunt in hoc casu indices, ad compromissarios, & arbitros; vel ad tribunal quoddam veluti competentiæ conuenire debeat: & ex ijs aliæ etiam quæstiones pullulant, quæ difficiliter ex communissimis, & vniuersalissimis principijs inuestigantur.

Præterea contingit, vt iudex Ecclesiasticus non obstante interposita appellatione exequi velit sententiam suam, & tunc tam p̄tis granata in denegatione appellatiois, quam Magistratus, ad quem sit recursus per modum violentiæ, plures habent decidendas quæstiones circa factum, & ius: an æquè bene, & minoribus, aut æqualibus expen-

### *Et alijs recursibus.*

expensis recursus ille fieri possit ad superiorē alium iudicem Ecclesiasticum vicinorem, vel æquè vicinum; an damna ex denegata appellatione sint irreparabilia, aut quæ ex æquo postea non soleant compensari; an expressè ius canonicum absque villa tergiuersatione violetur; subinde ex ijs aliæ difficultates in iudicando emergunt, quæ poscunt subtiliorem inuestigationem.

Irem contingit, vt Princeps secularis per suos magistratus ordinet Ecclesiastico iudici, vt reuocet decreta, quæ à se emanarunt, & tūc si appellationem admisit idem Ecclesiasticus iudex, vel aliter functus est officio suo per prolationem sententiæ, examinandum est, an possit cogi à Princepe ad iteratam cognitionem, vel an ratione nullitatis in determinando non exprauerit ipsius iurisdictio, atque adeo illam reassumere valeat, quantumuis sit applicatio concessa, aut prolata sententia.

Item communis praxis est, vt in casu prætensiæ violenter processus, & acta originalia Ecclesiastici iudicis ad magistratus secularis deferantur, in quo examinandū est, an excedatur moderamen inculpatæ tutelæ, cūm ad repellendas violentias sufficiat testimonium, vel relatio causa, non extrahendo processus originarios è potestate iudicis Ecclesiastici; an verò hæc praxis iustificetur, quia Ecclesiastici iudices plura irreparabilia possint innouare, si acta, & processus apud se retineant.

Item quando Episcopi, aut Ordinarij partem aliquā iniulstè, & violenter grauant, s̄p̄pisimè pars l̄sa per recursum appellationis ad Legatum Apostolicum, qui aut inhibeat, aut absoluat, breuius, & facilius ius suum consequetur, quam si ad magistratus secularis accedat per viā violentiæ: nam ijs frequenter decerbunt, non habere causam statum determinationis iudicialis; ex qua declaratio ne ad Episcopum, vel ordinarium iterum deuoluitur causa cum maioribus dilationibus, & expensis. Videndum igitur est, an in hoc casu recursus ad laicas potestates illicitus sit, & pœna dignus, an verò sit legitimus, quia naturalia remedia defensionis naturalis ciuilibus anteponen da sunt.

Item in dato quod remedia pundiata naturalia ciuitatis habens sit anteponenda, atque adeo recursus per viam violentiae ad laicos magistratus prior sit appellatione indicia illi ad antistitem alium supremum Ecclesiasticum, videndum est, qua ratione possit esse evasio a gravissimo incommmodo, quod ex hac doctrina sequetur, scilicet posse violenter oppressum resistere ministris & exequentibus mandata iudicium, & legitimum creditorem posse per remedium naturale instar compensationis palam rapere bona debitoris: quae sequelz admitti nequente sine perturbatione publicae quietis, & pacis. Quod si, ut necessitatis est, aliquae limitaciones addendae sunt illi principio de aeratione naturalium remediiorum ad ciuitatem, quae illas sit, & sub quibus circumstantijs expendendum est.

Item in hac materia Reges Catholicorum promulgant leges severissimè prohibentes, ne laici ad iudices Ecclesiasticos accedant pro imprestanda iustitia, etiam per viam violentiae, ut habetur l. 13. tit. 1. lib. 4. recop. Nec laicus ita se gerens quocumque praetextu naturalis defensionis, impunis esset, quod Reges merito velint ciuitate remedia naturalibus anteponi. Ergo similiter Pontifex impedire potest, ne aliquis Ecclesiasticus in causis fori sui, vello praetextu, etiam violentiae, & titulo naturalis defensionis, ad laica tribunalia accedat. Regulz illa naturali lumine nobis insita, *Quod tibi rationabiliter non vis, alteri ne feceris,* veget in hoc casu: nam si Reges iubent, & rationabiliter volunt, ne praetextu violentiae, omissis ciuitibus medijs, laici ad Ecclesiasticos iudices accedant, ergo idem omnino decernere possunt Romani Pontifices. Quare, ne hoc argumento Magistratus seculares grauentur, videndum est, an solùm illi velint ne laici ad Ecclesiastica tribunalia corfugiant judicialiter; quæ vero exera judicialia sunt, maneant in suo cibore, ut quacumque via sine scandalo, & graviori detimento possint, laici auxilio Ecclesiasticæ potestatis violentiam secularium magistratum prospicient.

Item circa hanc thesim necessitatis est cauere, ne laicus Magistratus exponat de periculo peccandi, praesertim in causis.

Causis executivis testamentorum, & operum pietatis, & eleemosynæ, quando iubet Ecclesiasticus iudex, ut non obstante appellatione executio non retardetur; potest enim peccare retardando executionem, sumpto originali processu, si sufficiat testimonium de statu causa, & excedatur moderamen de inculpata tutela, & opera pia differantur cum detrimento animarum in purgatorio existentium. Videntur etiam est & recurrente ad laicas potestates, an sic, & quæ le discrimen de iniusticia præstanda a laico Magistratu, & si propterea Conc. Carthag. 3. cap. 9. docuerit, male sentire de vniuersa Ecclesia, qui a iudice seculari poscit auxilium. Videndum, & expendum est circa hos singularares causas, quibus circumstantijs procedatur, nam facile esse rebus ad defunctos, vel opera pietatis pertinentibus grauiter exceedere. Verum de singularibus satis ad exemplum diximus, ut constet etiam admissio principio devolentia repellenda per laicas potestates, innumeræ esse difficultates circa particulares causas, & casus, quæ iusta volumina poscant ad decisionem magistralem.

*Circum regulam quintam, & nonam de libris ab aliquo Autoris, & Typographia nomine: & quando libri excusso fine consuetis licentijs non comprehenduntur in prohibitis.*

Hoc caput pro sui defensione edidit Mag. Joannes

Tappia Stobza.

Ecclesia iubet Autoris nomen libris tractantibus de rebus factis adhiberi, Typographi, & Typographiz locum, & editionis tempus designari, & facultates præiuias Ordinarij constitutasque approbationes præscribi. Singulariter à Leone X. in Concilio Lateranensi, & à Concilio Tridenti, sess. 4. sicut hic te cautum est. Ciceranus verbo excommunicatio, in fine Carranza in fine summum Concilium Lateranum, Nauar. cap. 17. num. 248. Suan. tomo de censuris

## *De primis instantijs.*

disp. 22, in fine: & disp. 23, sect. 7. aiunt, penas impositas  
in Concilio Later. contra imprimateates absque debitibus fa-  
cilitatibus, non esse vsu, & consuetudine receperas. Id ne-  
queunt dicere de decreto Concilij Trid. circa quod legen-  
di Castro lib. 1, de lege penal, cap. 8: Svar, & Navarr. ubi  
proxime. Reginaldus lib. 9. num. 259. Tolet. lib. 1. cap. 42.  
Quoam verò predictum Cone. Trid. solam loquitur pro  
libris impressis absque facultate, & nomine, si de rebus sa-  
crae tractent, quid sacrorum nomine intelligatur, varijs  
interpretationibus exponitur, quas hic non expedit me-  
morare. Regula nona expurgatoriij nouissimi Hispaniarū  
decernit, omnes libros, & tractatus, qui post annos 1584:  
excusci sunt, & quotquot in posterum excudēter non præ-  
missis nominibus Autoris, & Typographi, habendos esse  
pro interdictis, & suspectis de falsitate doctriñ. Quoniam  
verò nonnulla opuscula ex ijs, ex quibus hoc volumen  
compilauimus, absque nomine proprio Autoris, & Typo-  
graphiæ verbabantur, aut cum nomine per anagramma in-  
uerso, liber dicere quid de ijs regulis Autores lenserint.

Regula proximè allata, tum per epii Xiam, tum per  
consuetudinem nonnullas exceptiones admettit, quatuor  
aliquas Doctores obseruant cum Gressero, libro 2. de iu-  
re prohibendi, cap. 4. Prima est, quam ipse Index expur-  
gatorijs regula 5. declarat, dicens plures libros in regio-  
nibus Septentrionalibus dissimulato vero nomine, aut eo  
suppresso, editos esse à Catholicis Doctribus, qui, vbi  
constiterit de puritate doctrinæ, permettentur. Hæc regu-  
la manifestè ostendit, sic intelligere supremam Inquisicio-  
nem Hispanam leges illas Ecclesiasticas Pontificum, &  
Conciliorum, vt cessante fide illarum, ipsæ etiam cessent.

Secunda exceptio est, quando iustis de causis Autor  
nomen dissimilat, obscurat, aut ad tempus commutat in  
libris editis, verùm illos sua manu subscribit, & exhibet  
Inquisitoribus, & Ordinariis locorum, & alijs Magistrati-  
bus, sive judicialiter, sive extrajudicialiter, nam tunc cessat  
omnino finis legis, & constat Autorem esse Catholicum,  
nec lucem fugere, sed palam te exhibere judicialibus punien-  
dum, si doctrinam damnabilem sparserit, aut laudandum,

& com-

## *Et alijs recursibus.*

63

& commendandum, si debitiss titulis nomen suum, & Ty-  
pographi suppresserit. Nullum est incommodum, quod la-  
teat vulgus nomen Autoris, si ipse ante euulgationem o-  
peris prodit se Inquisitoribus, & Ordinariis locorum,  
propositis legitimis causis, que ad eam deliberationem  
impulerunt. Idecirco Benedictus Iustinianus, in defensio-  
nem gestorum Pauli V. aduersus Venetos, sub nomine cu-  
iisdam Siculi Doctoris librum euulgat, conuentibus  
Ecclesiasticis Magistratibus, quibus sciebat non displici-  
turam defensionem similem.

Tertia exceptio est, cùm periculum adest, vt amore,  
vel odio plures incitentur ad inferendam censuram; vel  
cùm timetur, ne libertas iudicij viris doctis, & prudenti-  
bus eripiatur, ad absoluendum, vel condemnandum; si au-  
tor nominetur, si patria, professio, ordo, & status cognoscantur. Ideò S. Gregorius Nazianzenus opus de fide vul-  
gavit, tacito proprio nomine: & Vincentius Lytinensis  
sub nomine Peregrini publicæ luci dedit librum commo-  
nitorij, aduersus prophanas hæresim nouitatēs: & S. Paulus  
in ea quam scripsit ad Hebreos epistola, autore diuo  
Hieronymo in catalogo Scriptorum, propter inuidiam  
siti apud eos nominis, titulum salutationis in principio  
amputauit. Idem scriperat Clemens Alex. apud Euseb.  
lib. 2. hist. Ecel. 11. & 18. Nostro ævo propter vitandam  
inuidiam Ludouicus Richeomus ex Societate Iesu, in  
Gallia ficto nomine aduersis errores nonnullos opuscula  
varia publicavit: & Carolus Scribanus Iesuita similiter  
se gessit, euulgando veridicum Belgicum, & Apocalypsin  
Bataucam; & nonnulla alia ingenij sui monumenta: Chri-  
stophorus Scheiner etiam Iesuita librum exessit sine no-  
mine, sub eo titulo: *Apelles post tabulam latens*: Cardi-  
nalis Bellarminius ad Jacobum Angliæ Regem, sub no-  
mine Matthei Torti respondet; & Robertus Persius  
edicto Elisabethæ, nomine Philopatrii.

Quarta exceptio est, cùm quis celat suum nomen, &  
proprios libtos sub titulo grauis, & spectatæ alicuius per-  
sonæ iampridem mortuæ inscribit, vt melius alienæ utili-  
tati, & commodo possit consulere. Sic Saluianus Maſi-  
liensis:

Iensis libros suos ad uniuersam Ecclesiam sub nomine Timothei publicauit; & cum Saloni Episcopus ab eo posceret, cur ita fecisset; rescriptis, quia dicta, aut scripta tanti existimantur, quantus est ipse, qui dixit. Tam imbecilla, aut pene nulla sunt plurimum hominum mentes, & iudicia, ut non considerent quid legant, sed cuius legant. Propterea Autor de virtutibus cardinalibus Christi, monet se, suum nomen, titulumque celare, ne forte nobilis materia, eius explanationi studium adhibemus, decoratam se potius, quam ornatam nostra presumptione queratur. Solùm in hoc casu de alieno graui titulo præfixo timendum, ne mendacij labes intercedat. Hæc ut vitetur, curandum ut tam aptè & equivoquatio statuatur, ut in aliquo significatu appositus titulus sine iniuria veritatis præfigatur. Sic Stephanus Dinet è Societate Iesu varia opuscula luci dedit sub nomine Renati de Fonte: legitimè, & verè sic se nominauit, quod de fonte Baptismi renatus fuerit. Semper autem in ijs casibus obseruandum est, quod ijs verbis scripsit Concilium sextum Mediolanense. Moris olim fuit, vitande gloriae, ostentationisve causa, libros aliquando alterius nomine, & iam assimilato euulgari; sed quoniam hæc tempora, quibus impressoria editione aditus esse potest ad nefaria quæque profeminanda, diligentiorem cautionem requirunt, interdictum esse volumus, mentito, fictiore alterius nomine, libros, volumina, literas, scriptavè cuiusvis generis, argumentivè, de quibus in indice, seu Concilio Tridentino cauetur, euulgari, edi, typisve imprimi, nisi consensu illius, cuius nomine edentur, & Episcopi permisso.

Quinta exceptio est, cum quis opera sua euulgat, proprio suppresso nomine, alteri personæ committens ipsius de causis, ut se appellat eorum autorem, & ut sub consuetis facultatibus iudicato nomine Typographi publicæ luci comitiet ea ingeaj monumenta. Sic nonnulli arbitrantur D. Paulum epistolam ad Hebreos Barnabæ tradidisse, ut ipse eam quasi nomine suo vulgaret; ac propterea Territorianum, lib. de pudicitia prædictam epistolam attribuisse Barnabæ: si ita est, voluit Paulus cap. viii. vers. 23. seipsum, & domen suum Hebrais indicare, ut quando maior Dei gloria

gloria videretur, se autorem prædictarum litterarum proficeretur. Barnabas absque mendacio potuit ad tempus eam epistolam propriam nominare eo sensu, vt illius doctrinæ magister diceretur. Ut securius hæc exceptio procedat, si quis habuerit causas celandi proprium nomen, id ita præstet, ut opera, quæ ex iustis titulis euulgare necesse est, committat alteri, qui dicat se eorum collectorem, aut compilatorem suisse, & cum permisso ipsorum, ad quos illa studia pertinebant, publicare voluisse cum approbationibus ordinariis magistratum tam secularium, quam Ecclesiasticorum: sub hac forma plures sive coaceruatores, sive collectores, & rhapsodi quotidie prodeut. Neque est magnam diserimè si quis à pluribus, vel paucioribus, vel ab uno colligat quæ euulgat, dummodo nulli faciat iniuria, quod cum beneplacito Autorum, aut ipsis rationabiliter non inuitis ita se gerat, iuxta præscripta Concil. 6. Mediol.

Sexta exceptio est, quando modestia virginis cogitur quis ad silendum proprium nomen. Hanc causam occulati à se nominis scripsit Salvianus Mafilensis suprà; & longè ante Clemens Alexandr. apud Eusebium suprà, & Theodoretus in epist. ad Hebr. aiunt, Paulum idcirco non expressisse nomen suum in epistola prædicta, quod & celebraret Christum ut primum Hebreorum Apostolum; & præterea quia Hebrai alijs Apostolis essent commissi, scilicet Petto, & Iacobo. Igitur cum Paulus non primariò esset Iudæorum, sed gentium Doctor, & Apostolus; Christus autem, Petrus, & Iacobus pro Hebrais hoc munerentur, non ipsis scribit ut Doctor, & Apostolus, sed versus, & amicus, quemadmodum liquet cap. viii. vers. 22. quando similes causæ gloriæ vanæ eritandæ, aut conservandæ modestiæ, aut suspiciendi honori alieno succurrere, licet tunc similem stylum imitari, præmonitis Magistratibus Ecclesiasticis.

Septima exceptio est, cum doctrinæ aliquæ incensuram adduecuntur, & earum autores certissime noverintur à nonnullis sanctis Patribus, & grauissimis Scholasticis suis traditas: verum aut ex zelo plurium, non secundum scientiam, aut ex multorum factione, & conspiratione, aut

## *De primis instantijs;*

-aut ex sinistra informatione, & intelligentia, aut ex odio  
alicuius nationis, professionis, ordinis, status, vel perso-  
-næ, aut ex oppressione potentissimorum hominum in sum-  
-mam discrimen, & periculum iactari veritatem, aut piam  
probabilitatem, tunc licet suppresso proprio nomine, aut  
dissimulato per anagrammatæ, vel synonyma alterius lin-  
-gue, aut supposito alieno cum equivocatione non men-  
-daci, defensiones tacitas euulgare, pro consultatione do-  
-ctorali, aut magistrali Academiarum, vel Episcoporum,  
vel aliorum virorum illustris doctrinæ, & sanctitatis; cum  
defensio veritatis, vel pia probabilitatis sit de iure natu-  
-rali, & diuino, nec possit aliter cum multis fieri consulta-  
-cio, nisi excussis pluribus exemplaribus: at in hoc casu, &  
alijs minoris momenti, qui doctrinam non spectant, sed  
rem familiarem, aut adceptionem alicuius muneris Eccle-  
-siastici, regnorum legibus, & consuetudine permittitur, ut  
quilibet causam suam agat, informationes, & defensiones  
excludat, si sit pars legitima in iudicio pendente: neque est  
ullum periculum de suppressione nominis, cum iudicibus  
ministeriis innotescat, & ad sit qui puniri debeat, si exceeda-  
tur moderamen inculpatæ tutelæ. Plurimæ nominum si-  
-mulationes, aut suppressiones ex superioris relatis per hanc  
etiam exceptionem laudari debent: qua ratione, alio ta-  
-men sive Carolus Scribanus in Amphitheatro honoris,  
nomen supposuit, litteris per anagramma inuersas: sub eo  
ordine, Clarius Bonatcius. Sic pro occulta defensione  
quarundam doctrinarum, quæ in sanctis Patribus, & Scho-  
lasticis, & aliorum grauissimis monumentis reperieban-  
tur, quidam hoc tempore flexerunt, & contorserunt per  
varia anagrammatæ, nomina, & cognomina editis defen-  
sionibus, ut odio, vel amore semotis, magistraliter, aut do-  
ctoraliter examinarentur. Ego hæc quidem anagrammatæ  
legi: Ioannes Tappia Stobza; Ionas Azonttas Beippo;  
Joannes Zappata Bistig; Ioannes Bieza Scappio; Ioannes  
Pioz Rabattas; que omnia, & singulæ nomina cum eas-  
dem nouendecim literas soluta ordine inuersas conti-  
neant, credo eundem hominem esse, qui per anagramma  
diuersis nominibus appellatur.